SEPTIMVS TO-
MVS RERVM
POLONARVM

ANNOR[VM] 1528
1529



Tomus Septimus legationum. responsionum. literarum rerumque Polonicarum

Sub Divo Sigismundo primo, rege Polonie: per Sapientissimum Senatorem Petrum Tomiczki Epm Cracovien Regni Polonie actarum. dictarum. consultarum Et scriptarum

Per me Stanislaum gorski Cracoviensem et Plocen Canonicum collectarum Et in Thomos tredecim Digestarum.



Continet annos 1528.
1529.

Annus domini. 1528.

IV

Conventus generalis regni

Sub finem anni 1527: ad diem
Sancte Catherine in Piotrkow
institutus.

Sigismundus primus Rex Polonie Consiliariis maioribus regni.

R[everendissime] Mag[nifi]ce sincere nobis dilecte
Reverendissime in Christo pater etc. Que cause sint, ut Conventus generalis a nobis statuatur p[ate]rnitas vestra non ignorat, Nam et cum Thartaro hoste nostro anniversario adeo nulla nobis pax seu inducie intercedunt, ut eciam ob emissum Cesarem Zawolhensem sit adversus nos magis exacerbatus, porro quid agatur in Hungaria et quantum mali illinc, et ex aliis vicinis locis nobis impendeat, etiam v[est]ra p[ate]rnitas considerare potest, Et quamvis in Conventu generali decreta fuit taxatio fundorum ad meliorem defensionis ordinem statuendum, unde sperabamus in futuro Conventu citra magnum negotium nos opportunam defensionem ordinare et facere posse. Tamen quia ipsa taxatio et tarde nimis fit, et non in t[er]ris omnibus, non intelligimus, ut ex huiusmodi taxatione possemus in futuro Conventu aliquam defensionem constituere. Itaque necessario erit aliquis alius modus ad ipsam defensionem statuendam querendus, interim saltem donec iste taxationes conficiantur, Et quia nobis summa incumbit necessitas Lithwaniam visendi, proptereaque res exigebat, ut quam celerius Conventum generalem statueremus, et nos hinc absolveremus, Tamen considerantes Correctionem Iurium nondum esse finitam, et taxacionem bonorum ita tarde procedere, nolentes nimia celeritate statuendi Conventus, aliquid impedire eorum que ad ipsum Conventum futurum disponuntur, terminum qui nobis magis tempestivus visus est, eiusdem Conventus ad festum Sanctae Catharinae

2

proxime futurum Piotrkovie statuimus. Quem particularis in N feria etc. et generalis terrestris in C. feria etc. de more praecedent. Quod per has literas nostras vestrae paternitati denunctiamus, hortamurque illam, ut constituta primis in Conventibus N. et C. ubi de eligendis cum plena facultate Nunctiis operam faciet, demum pro eodem die sanctae Catherinae Piotrkoviam ad celebrandum nobiscum Conventum generalem et ad consulendum impendentibus periculis et necessitatibus Reipublicae venire non negligat pro debito suo et gratia nostra factura. Que bene valeat. Datum

Consiliariis minoribus

Sigismundus Deigratia, Rex Poloniae Magnus Dux Lithvaniae, Russiae Prussiae Mazouiae etc. dominus et heres

Generose fidelis dilecte. Non ignorat tua f. quod adeo nulla nobis pax seu Inducie intercedunt cum Tharthato anniuersario hoste nostro, ut etiam ob eruissum Caesarem Zawolhensem sit aduersus nos magis exacerbatus. Praeterea cum taxatio fundorum, ex qua sperabamus in futuro Conventu citra magnum periculum nos opportunam defensionem ordinare et facere posse, et tarde nimis fit, et non in terris omnibus, et ob hoc necessarium esse videtur, ut aliquis alius modus ad ipsam defensionem statuendam queratur, interim saltem, donec iste taxationes conficiantur. Conventum generalem Regni nostri, ad consulendum multis discriminibus, quae iam undique impendent, Piotrkovie ad festum Sanctae Katherinae proximum indiximus, et statuimus, quem particularis in P feria S. et generalis terrestris in C. de more praecedent. Itaque hortamur tuam f. ut ad ipsum particularem Conventum in P. et terrestrem in C proficiscatur, auditaque legatione

nostra, et consulat illic cum aliis, quae opportuna videbuntur, et Nuncios viros graues et prudentes, cum plena facultate ad Conuentum Regni generale eligat, ad quem demum etiam ipsa venire curet, nobiscum et cum aliis Consiliariis nostris, ac terrarum Nunctiis, de impendentibus periculis, et aliis necessitatibus reipublicae consultura, pro officio suo et gratia nra. Datum Cracoviae sabbato ante festum Natiuitatis sanctae Mariae, Anno domini Millesimo quingentesimo vigesimo septimo, Regni nri anno vigesimo primo

Nobilitati regni

Sigismundus I[s] Rex Poloniae

GEnerose fidelis dilecte, Exigente magna rei publicae necessitate, et vt consulatur multis discriminibus, quae iam vndique impendent, Conventum Regni generalem in Piotrkow, ad festum Sanctae Katherinae proximum statuimus, et indiximus, quem particularis in feria de more praecedet, Hortamur igitur tuam f. vt ad eundem Conuentum in proficiscatur, Auditaque legatione nostra et consulat illic cum aliis, quae opportuna videbuntur, et Nunctios viros graues et ad res tractandas idoneos, cum plena facultate, ad Conuentum generalem eligat, pro fide sua et gratia nra, Datum Cracoviae Sabbato ante festum Natiuitatis sctae Mariae Anno domini. Millesimo quingentesimo vigesimo septimo. Regni nostri anno vigesimo primo

Capitaneis Regni

Sigismundus primus Rex Polonie

Magnifice sincere nobis dilecte, Instituimus Conuentum Regni nostri pro festo sancte Katherine proxime futuro Piotrkovie, quem particularis in Vrzandow feria tercia proxima ante festum Sancti Martini et generalis terrestris in Noua Ciuitate Corczin feria quinta proxima post festum Sancti Martini de more precedent, Itaque mandamus Sin. f. vt eosdem Conuentus proclamari ac publicari faciat, in omnibus foris et congregationibus populi Ciuitatum et oppidorum Capitaneatus sui, litterasque nostras, quas ad Officiales, et nonnullos Nobiles scripsimus, ad eosdem perferri quam diligentissime faciat sic vt ad omnes perferantur. Queruntur enim ipsi Nobiles et subditi nostri, non reddi sibi literas Conuentuales, multasque per Capitaneos, vel eorum latores supprimi, Que autem litere titulum et superscriptionem non habent, eas Sinus, quos potiores nouit, intitulatas transmittat pro officio suo et gratia nostra non aliter factura, Datum Cracouie ante festum Natiuitatis sancte Marie Anno domini Millesimo quingentesimo vigesimo septimo, Regni nostri anno vigesimo primo

Legatio a Sigismundo rege Polonie ad Conuentus particulares

Nuncius Regius, post dictam salutem et gratiam Maiestatis Regie et oblatas litteras referret

Omnes et singuli .d. vestrarum sciunt et intelligunt Conventu generali opus esse, cum propter caetera multa, tum ob id maxime, q Regia Mtas nullam certam pacem, nec aliquas certas Inducias, cum Imperatore Thartharorum precopens. habeat, Nec enim dubitat Mtas sua eundem Imperatorem Precopensem, si unqm alias, nunc praecipue comotum et irritatum esse, q adversarius eius Caesar Zawolhensis hoc anno a sua Mte liber dimissus est, et ad gentes suas profectus

Praeterea in Regno Hungariae quid nunc agatur, quntumqz malorum huic Regno, et aliis dominiis Mti Regiae subiectis, illinc, et etiam ex aliis finitimis terris, que modo fluctuant, et tumultuantur impendeat, etiam .d. vestrae probe perspicere et expendere possunt

Quamvis autem in proxime praeterito Conventu, taxatio fundorum et bonorum erat constituta, ex qua Mtas sua putabat fore futurum, ut publica defensio Regni in futuro generali Conventu, citra magnam difficultatem et moram sequi et effici posset, tamen quia eaqz taxatio sero agi cepta est. et non in omnibus terris, non sperat Mtas sua qd ex illa in prus defensio firma et stabilis constitui posset, et ob hoc necessarium esse existimat de alio modo defensionis consulere priusqm eadem taxatio ad effectum perducetur

Insuper urgetur Mtas sua gravi et ardua necessitate, Magnum Ducatum Lithvaniae invisendi, unde iam integrum quinquennium abest, emergunt enim et exorte sunt illic tam magne res, ut nequaqm aliter q sub putia Mtis suae transigi et finem suum sortiri possint.

Itaqz priusqz sua Mtas ad eundem Magnum ducatum Lithvaniae se receperit, providenter Conventum ipsum agendum in animum induxit. Nolens Regnum suum vacuum praesidio et sine defensione debita relinquere

Quoniam vero videt Mtas sua, T taxationem fundorum, de qua supra

mentio habita est, lente et segniter quodam modo procedere et re:
formationem statutorum nondum ad finem perductam esse, Nolens nimia celeritate inducendi Conuentus aliquid eorum impedire et inter:
rumpere Quod Reipubcae et eius bono statui esset necessarium, Ita tempus ipsius Conuentus agendi, moderari et aptare voluit, prout suae Mti comodius visum fuit, ad omnia supra memorata peragenda et finienda.

Hortaturque vras d. Mtas sua, vt sepositis turbis et odiis intestinis, de sup memoratis rebus et aliis quae defensioni et ministrandae Justiciae, cete:
risque actionibus Reipublicae necessaria et comoda esse videntur, con:
sulant et deliberent, et Nuncios viros probos graues et prudentes ad generalem Conuentum mittendos, cum plenissima facultate deli:
gant, Qui vna cum Mte sua et Senatoribus Regni, ac cum reliquarum Terrarum Nunctiis, ea consulant tractent, et agant Quae Reipublicae salutaria sint futura.

Caeterum ordo Ecclesiasticus vt puta domini Spirituales et Clerus freque:
tibus et pene quottidianis querellis circumsonant aures suae Mtis de Ple:
beis hominibus et rusticis, Quia ipsi in solucione redituum eorum fiunt negligentes et Censuras Eccliacas contemnentes, et nihili facientes, nullis modis ad solucionem compelli possunt.

Quoniam vero sua Mtas, vt pote Clementissimus et Christianus Princeps vult omnes subditos suos cuiuscunque ordinis et condicionis sunt in Justicia et aequitate conseruare, et quod quis debet, vt omnino soluat. Ideo hortatur vras d. Mtas sua, vt etiam super eiusmodi negocio deliberent et inter se colloquantur, Nunctiosque suos instruant, qualiter tales et alii temerarii homines, diuina et humana Jura contemnentes, et Censuras Eccliacas vltra annum perferentes coher:
ceantur et puniantur.

Que omnia superius dicta cum vestrae d. fecerint plurimum dignitati et comodorum universae Reipublicae, et singillatim unicuique vrarum d. et posteris earum inde accedet, simul et singularem gram Mtis suae sibi vrae d. demerebuntur. In qua illas Mtas sua uti fidos et obsequentes suos subditos conservare semper dignabitur.

Sigismundus primus Rex Poloniae, venit ad Piotrkow, ad Conventum generalem Die XXiiij Mensis Novembris, Anno M° D° XXVij°

Bone regine Polonie

Petrus Tomizki Eps Cracoviensis & Regni Polonie Vicecancellar

Sacra Regiналis Mtas, domina et domina mea Clementissima, Post perpetue servitutis, et orationum mearum humilem Comendacionem. Allatus est hesterno die ex Cracovia fasciculus lrarum a Joanne Dantisco, In quo reperi unas lrãs scriptas, et titulatas Mti vrae quas mitto cum presentibus, Mti Regiae nimis laconice scripsit nunc Dantiscus, Reffert enim se ad eas lrãs que cum Mtas sua esset istic in Radom fuerunt illi allatae. Hic noster Conventus trahi videtur in longum, cum enim declarassent Nuncii a Nobilitate totius Regni huc missi quod nollent, neque possent tractare et consulere de defensione communi, nisi prius ducatus Mazovie reducatur ad sustinenda et ferenda omnia onera Regni, ita ut reliquae omes terre dudum eidem Regno incorporatae non granatim illa ferunt Coacta est Mtas sua statuere Conventum generalem in Ducatu illo Masovie ad diem octavam January

Ad quem Oratores suos mittere decrevit, qui declarent omnibus ordinibus eiusdem Ducatus hanc suam et voluntatem Mtis suae, et totius huius Conventus esse, ut illi accedant ad unionem et ferenda communia onera cum reliquis subditis Mtis suae, et posthabitis quibusuis diffugiis, quibus hactenus nitebantur, mittant huc Nunctios cum plena facultate, qui consulerent et agerent unacum aliis, cum de defensione et hostibus arcendis, qui nos continue infestant, tum de aliis periculis Regno imminentibus, Quare ut dixi producetur is noster Conventus in longum. Curabo tamen ego quantum maxime potero, ut quam citissime Mtas Regia se hinc eripere possit, Dominus Deus quam diutissime servet Mtem vram cum Illustrissimis eius liberis sospitem et foelicem, Cui me rursus suppliciter commendo. Ex Piotrkow etc.

Nicolao Tomiczki Castel° Gnesnensi Costen Pysdren Coninen Capitaneo Prefecto Stabuli regii

Petrus Tomiczki eps Cracovien & Regni Polonie Vicecancell.

GEnerose domine frater germane charissime, Quantum conijcere possum producetur in longum is noster Conventus, Nam Nunctii terrarum huc missi, nolunt tractare et consulere quicquam de communi Regni defensione, nisi prius Ducatus Mazowie reducatur ad ferenda onera defensionis et unionem Regni, ac Contribuciones in hoc Conventu decernendas, solvat, Quia vero. Mtas Regia certo edocta est, subditos illos suos de ducatu Masovie nolle accedere ad eiusmodi unionem Regni. timensque ne Nunctii illorum, qui venire huc debuerunt, dum cum illis de eadem unione et reductione ad ferenda onera Regni tractaretur, excusarent se quod non haberent a suis fratribus ad hoc consenciendum seu suscipiendum mandatum, resque propterea extrahi posse videtur, Indixit illis Mtas sua generalem Conventum Warschovie ad feriam quartam proximam, post festum Sanctorum trium Regum, et ad illum oratores et Consiliarios suos mittere hinc decrevit

qui illis declararent hanc esse voluntatem et sententiam tam Mtis suae q universorum ordinum Regni, ut illi in omnibus et per omnia onera defensionis et servitutis bellicae ferant, prout ferunt illa reliqui Nobiles Regni, et Nuncios suos cum plena facultate huc mittat, qui cum Senatu et aliarum terrarum Nunciis consulerent de statuenda firma aliqua defensione ad annum sequentem, et proinde priusquam is ipse Conventus Warschoviens absolvetur priusquam Nuncii ex illo revertentur transibit non parum temporis. Interim vero de reliquis Negociis hic tractabitur et Judicia agentur, Opus est nobis hic Coczanek sutore Posnanien qui faceret nobis sandalia, hoc est calceos pontificales. Quare rogamus vos expediatis eum huc ad nos ad parvum tempus, cum primum enim fecerit nobis eadem sandalia, que nisi sub praesentia nra bene laborari non possunt, mox illum isthuc remittemus, et expensis providebimus, Possetis autem mittere eum huc cum domino Castellano Gnesnen fratre nro, Siquidem est cito venturus, aliogun operam faciatis ut conducat sibi parvum Currum, ad quem receptis secum Instrumentis suis sutoriis, et Corio non uncto. ac etiam corck, huc quamprimum veniat. Nos vero et precium vecturae solvemus, et pro expensis eius quas fecerit satisfaciemus. Scribimus etiam in ea re domino Volski Canonico Posnanien Bene Valete, Datum

Legatio a Sigismundo primo rege Poloniae ad Ducatum Masoviae

Data Ioanni Latalski Episcopo Posn et Andreae de Nisczicz Palat° Ploczn.

Post dictam gratiam Regiam, et lras fidei oblatas, dicendum, Satis esse iam declaratum terras Mazowiae, unum esse corpus, et unam hereditatem Regni Poloniae, unam gentem, una lingua, unos dominos ipsorum ab inicio semper extitisse. partito vero Regno inter Duces, ut alias tras, ita et Ducatus, terrasque Masoviae decedentibus Masculis iure feudi ad

corpus et unitatem Regni denuo rediisse, quae ex l[itte]ris, inscriptionibus, et exemplis, ita clare constant, ita in recenti memoria existunt, ut nullis rationibus, et argumentis inficiari possint

Cum itaq[ue] placuit divinae M[aies]t[a]ti reliquam masculam sobolem Ducum Mazoviae ab humanis auferre, et reliquae terre Masoviae, iure feudi, et iuxta inscriptiones veteres, ac recentes, in M[aies]tem Regiam, et Regnum Poloniae recidissent, licet M[aies]tas sua potuisset evestigio possessionem earundem trarum accipere, et illis sicuti reliquis t[er]ris, et subditis suis imperare, tamen voluisse M[aies]tem suam Clementem et benignissimum Principem, rem alioquin iam prius transactam, iterum placide, et equanimiter transigere, Non enim dedignatam fuisse M[aies]tem suam, primum legationibus benignissimis illos ad debitum ipsorum cohortari, Deinde etiam ipsammet ad eos descendere, et iustis r[ati]onibus, modisq[ue] clementissimis Ius suum et debitum illorum ab eis exigere, quibus cum iuste reluctari non potuissent, tandem universos Iusiurandum M[aies]ti suae, et Regno suo Poloniae praestitisse.

Quamvis autem petiissent, tum et pariter in Conventu Cracovien[si] dari sibi in Ducem, et dominum Illustrissimum Principem Sigismundum filium M[aies]tis suae charissimum, tamen M[aies]tem suam id tum illis, et demum in Conventu Cracovien[si] denegasse, quod nollet videri viribus Regni sui quicq[uam] detrahere, magisq[ue] conducere putet et filio suo et omnibus subditis suis, Regnum et dominia sua unita, quam scissa, et divisa, illis relinquere.

Nec id adhuc satisfuisse, verum cum hortaretur M[aies]tas sua in Conventu Cracovien[si] Nuntios ipsorum, ut simul cum aliis trarum Nuntiis, de Reipub[li]cae necessitatibus consulerent, illiq[ue] affirmarent, se ad id nullam habere facultatem, et peterent sibi Conventum de hac re statui, benigne id tulisse M[aies]tem suam, et ad postulata ipsorum, Conventum illis statuisse, Legatosq[ue] Insignes ad illos misisse, qui illos non minis, sed iustis rationibus ad unitatem Regni, et debitum ipsorum praestandum admo-

nerent, quibus cum illi tale responsum dederunt, quale et iuribus Regni, et voluntati Mtis suae, et postremo iuramento ipsorum prorsus adversatur, potuisse Mtem suam, unacum universo Senatu aliquid severius in illos decernere, et ita adversus contumaces subditos procedere, mirarique Mtem suam et indignissimo ferre animo, quod rem iam transactam et rebus actisque prioribus extinctam resuscitare nituntur, impugnantes Ius feudi Mtis suae, ducesque utriusque sexus, heredes esse terrarum Masoviae affirmando: quod ad illos iam extinctis ducibus nihil attinet disputare, nam non illis sed ducibus ea ratio si qua esset competeret,

Verumque est adhuc distulisse Mtem suam id, quod severius exequi in illos debebat, sed iterum ultimo tamen, ex sua benignitate et consilio Senatus sui Conventum hunc illis indixisse, ad declarandum universis, quod Mtas sua nequaquam vult, neque potest aliter de Ducatu hoc disponere, quam Iura Regni exigunt, et quam Praedecessores sui de aliis terris eodem modo ad Regnum devolutis disposuerunt,

ET proinde cum debitum illud, quod defuncti domini Duces ad defensionem Reipublicae Regni Mti suae tenebantur, cum illis est extinctum, et debitum eorum, quod ipsis dominis suis tenebantur, ad ipsam defensionem, transfusum est in Mtem suam, iam Dominum ipsorum immediatum, hortari et mandare illis Mtem suam, ut ad hunc Conventum Nuntios cum plena facultate, citra moram mittant, ad consulendum defensioni Regni, et oneribus, quae alia Regni membra ferunt, subeundis,

NAm Ubi id facere nollent, et Causa ipsorum omnia rei benegerende Consilia impedirentur, et indignationem gravissimam Mtis suae, odiumque universorum Regnicolarum adversum se concitaret, et rebus, statuique suo non recte consulerent, Cogeretur enim Mtas sua adversus illos, ita, ut adversus Contumaces subditos procedere, et viam Cuiusuis obtinendae gratiae suae illis praecludere.

QUod autem ad Privilegia et immunitates ipsorum attinet, velle Mtem suam illa omnia confirmare, quecunque iusta et honesta, ac quae Iuribus Mtis suae non officerent, et debitoque ipsorum servicio, erga Mtem suam

et Commem defensionem Regni non contraueniret

Caetera prudenciae dominorum Oratorum committuntur, qui ita adaptabunt Sermonem et Consilia sua, prout res ipsa et dignitas Regia, ac Reipub: cae necessitas exposcere videbitur

SIgismundus primus Rex Polonie

Ioanni Latalski Epo Posnaniensi
Andree de Niscziće Palat:o Plocensi
Consiliariis, et oratoribus ad Ducatum Masouie missis.

Sigismundus dei gra Rex Poloniae etc

Rde in Chro pater, et Magnifice, sincere nobis dilecte, gratiam nram. Edocti sumus, a quibusdam multas esse scriptas et missas lras in Masouiam, ad Subditos nros, eiusdem Masoniae Incolas, tam ad optimates quam ad reliquum populum, quibus illi animantur ac impelluntur, vt nobis pertinaciter negent debitam obedientiam, Sed quia iam omnes illi populi de fidelitate sua Iusiurandum nobis praestiterunt, merito videntur, Nos, non debere talium rerum quicquam celare. Propterea hortamur V. Stes et volumus, dent operam vt sciscitentur ac inuestigent ab illis aliqd de talibus lris, Primum apud Primores et proceres illius Ducatus, Deinde etiam et apud reliquam Nobilitatem et populum ac plebem similiter diligentissime disquirant, Mandentque omnibus nomine nro vt sub fide sua et Iusiurando nobis praestito easdem lras edant, Et quascunque eas vrae Stes nacte fuerint vndecunque et ex quibuscunque oris et Regionibus emanatas et missas, eas omnes ad Nos vel mittant, vel perferant Pro gratia nra et suo debito non aliter facturae vrae Stes. Quae bene valeant. Ex Piotrkow.

Litere Contribucionis publice in Conuentu generali decrete.

Sigismundus dei gra Rex Poloniae Magnus Dux Lithuaniae, Russiae Prussiae, Masoviae etc dominus et heres,
Vniversis et singlis Ecclesiasticis et Secularibus Consiliariis Regni nri, Caeterisq Subditis nris quibuscunq, tam terrestribus q Civitatum, et Oppidorum honoribus et officiis insignitis, ad quorum Noticiam pntes lre nre pervenerint, et praesertim in Palatinatu P. et districtibus eius consistentibus, Sincere nobis et fidelibus dilectis Salutem et gram Regiam. Rmi ac Rndi in Chro Patres, Necnon Magci, Generosi, Nobiles, Famati, et Providi Sincere nobis et fideles dilecti, Iam nulli incognitum est aucto in immensum perpetuo et Anniversario hoste nro Thartaro, et Thurcorum Imperatore viribus et conatibus suis omnibus in nrum et Hungariae Regnum converso, qutm discrimen et periculum ipsi Regno nostro immineat, Cui nos opportune consulere volentes, Conventum hunc generalem Piotrcovien. instituerամus. in quo pro servandis praesidiis in tris Russiae, decrete sunt Contribuciones infrascripte, quas tametsi omni ubi sensu volenti constare potest, sufficere non posse, cum aliqs in minoribus necessitatibus, et periculis Regni, maiores decernabantur, que nihilominus egre ad tutandos fines suppetebat, tamen cum ita visum est, Nos ex eisdem Contribucionibus, defensionem, ubi maxie, et, quoad fieri poterit, sarcire curabimus, neqs aliquid officii nostri qutm vires sufficient, praetermittemus. quo res publica servari et defendi possit, id quod omnibus erit testatum, quo minus accedente aliquo motu, et discrimine, quod omen Deus avertat, nre a quoqua Culpari poterimus, Sunt autem hec ipse Contribuciones.

Inprimis Coloni seu kmethones tam villarum nrarum Regalium quam omnium Spualium et Secularium subditorum nostrorum, de singulo manso seu laneo possessionato, sexdecim grossos de medio laneo octo grossos de quarta parte lanei quatuor grossos, et reliquum pro quantitate laneorum ad duas temporis ratas infrascriptas solvere debent secundum antiquas quitancias sive ipsi lanei in antiquis quitanciis descripti et contenti sicut possessionati sive deserti, hoc est duodecim grossos pro dominica Judica proxima, ita quod omnes solvant et contribuant incipiendo a dominica Judica usque ad dominicam secundam post festum Pasche proximum, quae misericordia domini vocatur, Sub poena dupli, quae exigi debet ab omnibus negligentibus, aut solvere non curantibus, mox post dominicam praedictam Misericordia domini, Quatuor vero grossos reliquos, pro festo Sancti Bartholomei proximo solvent

Item Burgrabii terrestres, et Exactores, qui quodam abusu publicas Contribuciones, pro Regni defensione decretas, de bonis suis non solvebant, Contribuere debent de omnibus bonis suis que habent, modo et ordine suprascripto, quemadmodum alii solvent et Contribuent

Item Advocati et Sculteti, Colonos seu kmethones non habentes, solvent de suis laneis, per unum fertonem, Et similiter Coloni seu kmethones ipsorum advocatorum, de quolibet manso per sexdecim grossos, solvent secundum antiquas quitancias, ita ut kmethones aliorum dominorum, ad rathas temporum suprascriptas, Sub poena dupli, Ipsi vero advocati Colonos seu kmethones habentes, nichil solvent, sed eorum Coloni seu kmethones

Item Tabernatores hereditarii, sive sint dominorum sive advocatorum seu Sculte torum, qui agros habent, ab illis contribucionem solvent, pro temporibus superius designatis, secundum antiquas quitancias, iuxta agrorum quantitatem, hoc est de singulo laneo, pro prima ratha praedicta, unum fertonem, De medio laneo sex grossos, de una quarta tres grossos, Pro secunda vero ratha, de singulo laneo agri quatuor groff, De medio laneo duos grossos, de quarta parte lanei

vnum grossum, Et reliquum de quantitate laneorum, Exactionem vero Ancillorum, a singulis coctoris Cervisiae, more consueto, solvere nobis dominus erunt astricti

Alii autem Tabernatores mamales, qui propinat Cervisiam, ex Civitatibus et Oppidis quibuscumque Regni nri advectam per sex grossos hoc anno solvent, tres videlicet grossos, pro prima ratha, et alios tres pro secunda ratha, cum non coquunt ipsam Cervisiam, sed illam aliunde ad propinandum adducunt, Illi vero Tabernatores mamales, qui propinat Cervisiam a suis dominis sibi ad propinandum datam, solvet quisque illorum hoc anno, de Thaberna sua Mamali, vnum fertonem, sex grossos videlicet pro prima ratha temporis, et alios sex pro secunda ratha supradicta, Sub poena dupli

Item Nobiles Pauperes, Colonos non habentes, de quolibet laneo culto, solvent duodecim grossos, Qui vero non habent laneos, sed praedia, computatis eiusmodi eorum praediis in laneos, solvent de quolibet laneo duodecim grossos, De medio laneo sex grossos, de quarta parte lanei tres grossos, Et reliquum de quantitate laneorum, Ubi aut duo, tres, aut quatuor Nobiles pauperes, vnum laneum agri colunt, solvent oes simul de huiusmodi vno laneo, duodecim grossos. Alias quisque illorum solvet secundum quantitatem agri, et porcionis lanei, Medietatem vero pro prima, et aliam medietatem pro secunda ratha temporis praedicta, Sub poena dupli,

Item Villae vastate et exuste per hostes, aut aliquo casu fortuito et a suis dominis libertatem habentes, quarum vero Incole dominis suis nichil solvunt, Siquidem hoc probaverint testimonio duorum Dominorum, ex vna quaque villa medio corporali eorum Iuramento, quod suis dominis nichil solvunt, liberi esse debent a solucione Contribucionis in pnti Conventu institute, Exactione Czopove excepta

Item Civitates et oppida, tam nra Regia quam Subditorum nrorum Spualium et Secularium in toto Regno nro exactionem Civilem quam Schosß vocat, unam integra, cum tercia eius parte, iuxta antiquas quitancias, solvent et contribuet, Quequidem exactio Civilis integra solui debet, per easdem Civitates et Oppida pro prima ratha supradicta, Tercia vero pars eiusque exactionis Civilis contribuetur pro festo Sancti Bartholomei proxime futuro sub pœna dupli

Item Inquilini in Civitatibus et villis existentes, qui neque exactionem Civile, neque de laneis solvunt pro utraque ratha per sex grossos solvent semel duntaxat, Exceptis viduis pauperibus et hortulanis et familia artificum

Item Contribucio Cervisie, Vini, medonis, Malmatici, Muscatelli, Czopove dicta, in hisdem Civitatibus et oppidis, ac etiam Tabernis Villarum tam nris, quam Subditorum nrorum Spualium et Secularium, incipiendo a festo Annunctiationis beatæ Mariæ proxime venturo, ad integrum Annum, a singlis Cervisie Coctoribus, more solito solui debet, ex quibuscumque braseis fuerit eadem Cervisia cocta, sive brasea ipsa sint Civium, et dominorum ex Molendinis provenientia et emensurata, sive domi facta

Item etiam de Cervisia externa, quæ de externis Regionibus et Ducatibus, nobis et Regno nro non subiectis, ad Regnum nrum ducitur, ut Swidniczen, Theschnew, Bernoniew, et alia quecumque externa de terris Regno nostro non subiectis Contribucio ipsa Czopove solvatur secundum antiquam Consuetudinem,

Item Molendina omnium Villarum tam nrarum quam Subditorum nrorum Spualium et Secularium, quæ poßbrebne vocantur, Manuales, seu anniversarios Molendinatores habencia, ex singulis rothis sex grossos semel duntaxat hoc anno solvent,

Hereditarii vero Molendinatores, dictarum Villarum, et solus de ex singulis rotis Molendinorum suorum, quae valne dicuntur duodecim grossos persolvent, ad rathas temporum suprascriptas videlicet grossos sex pro prima, et alios sex grossos pro secunda ratha,

Item Molendina Brasealia, et hereditaria, aquatica et equestria, in omnibus Civitatibus et Oppidis, more veteri taxata, et secundum antiquas quitancias, Contribucionem unam, cum eius tercia parte, quae Schoss dicitur, a qualibet marca taxe, duos grossos persolvent, pro dominica videlicet Iudica proxima integram Contribucionem Schoss Terciam vero eius partem pro festo

Et similiter illa Molendina, quorum tercias Mensuras temitarx bonorum nrorum Regiorum exemerunt, et illas a se emptas, seu in summis pecuniarum obligatas tenent solvent Contribucionem quae Schoss dicitur. Sicut reliqua omnia Molendina in Regno, seu illorum Molendinatores eam solvere solent, contraria consuetudine, quae coruptella potius dici debet, penitus non obstante,

Minerarie vero officine, alias ferrum facientes, et Serre hereditarie, ex singulis rotis, duodecim grossos. Annales aut officine minerarie, et similiter Annales Serre, hoc est locate, seu conducticie, a qualibet ratha sex grossos solvent

Item Molendina Ventilia hereditaria, duodecim grossos, Illa vero Molendina ventilia, quae Anniversarios Molendinatores habent, sex grossos solvent, ad rathas temporum supradictas, hoc est medietatem pro dominica Iudica proxima, et aliam medietatem pro festo Sancti Bartholomei proximo

Item Prothopopones als Namiesthniczi, per duos florenos, Sacerdotes vero Ruthenj, qui popones vocantur, ex singulis Ecclesiis et Sinagogis per mediam sexagenam grossorum, medietatem videlicet pro prima, et aliam medietatem pro secunda ratha praedicta persolvent,

Item Valachi ex singulis laneis integris, si illos habent, vel areis, quae dworziscza dicuntur duodecim grossos solvent, et qui agros non habent a singulo Centenario ovium similiter duodecim grossos persolvent, sex grossos pro prima, et reliquos sex grossos, pro secunda ratha superius expressa

Vt autem supradicta ordinatio in exigendis eisdem Contribucionibus facta, debite executioni demandetur Generosum

ad eas colligendas in Palatinatu et districtibus eius, Exactorem designavimus et constituimus praesentibus litteris, Mandamusque ut in manus illius designato tempore easdem Contribuciones persolvere curetis, Vobis vero Capitaneis quorum interest mandamus ut praedictas Contribuciones in pñti gñali Conventu decretas publicari, et in foris Civitatum et Oppidorum, ac aliis locis publicis proclamari, et praefato Exactori nrō, pro tempore et termino superius expresso, Sub poenis ad hoc constitutis, absque eiusmodi morae et dilationis interventu de hisdem Contributionibus, per eos, ad quos pertinet, reddi faciatis, et vos ipsi respondeatis, Negligentes vero in solvendo et Contumaces, modo infrascripto, ad solvendum easdem Contribuciones cōpellatis, pro officio nrō et grā nrā facturi, Quicumque enim infra tempus superius expressum Contribuciones ipsas non solverit, et vobis, aut alicui vrum, per Exactorem nrm delatus fuerit, vos id domino seu tenutario ac possessori bonorum, de quibus non sūt solute ipse Contribuciones, declaretis, Admoneatisque illum, aut eius Procuratorem, seu Officialem per vrās lrās, quas per Ministerialem ad eum mittere, aut in eius absencia in bonis illius, de quibus non fuerint solute publicae Contribuciones, poni illas facere debetis, ut easdem Contribuciones, alias poenam dupli infra octo dies, a die praesentacionis, et posicionis lrarum vrarum computandos, extradat, seu extradi faciat, Qd si id non fecerit, Vos Capitanei, possessionem eorundem bonorum, adeatis et accipiatis, in illasque nos Aucte nrā intromittatis, et teneatis ea tam diu, donec poena dupli hoc est principalis summa Contribucionis, debita et non soluta, et tantundem vice poene exolvatur

Quod si quispiam dominus Tenutarius et Possessor ad Ius Castrense vobis intromissionem in bona sua prohibuerit, seque vobis opposuerit, aut vos postea de possessione eorundem bonorum eiecerit, talis citatus per vos ad Ius Castrense, banniri et proscribi de Regno debet, tanquam rebellis et publicis decretis se opponens.

Si vero Exactor noster detulerit vobis aliquem, tanquam negligentem in soluendis publicis Contribucionibus, et ille per vos monitus ostenderit quitanciam eiusdem Exactoris a pena dupli se illa tuendo, Exactor ipse soluere eandem poenam dupli teneatur, quam vos Capitanei, ab eo omnino exigatis, et exigere curetis pro gratia nostra, Quod si exactor ipse in Capitaneatu vestro Possesionatus non fuerit, illi Capitaneo illum deferatis sub cuius Capitaneatu bona et possesiones suas habuerit, qui ab illo poenam dupli exigere teneatur.

Vt autem via calumniis praecludatur, Volumus et mandamus, vt Exactor noster, nomina eorum qui Contribuciones ipsas, ad rathas temporum supradictas soluere neglexerint, in scedula diligenter conscribat, in qua annotet diem, qua illam scripserit, et ad Capitaneum perferendam dederit, et illam vobis sigillo suo obsignatam, et manu sua propria vel sui Notarii, subscriptam mittere teneatur.

Et quoniam magna vis monete Swidnicensis, contra prohibicionem nostram, in Regnum et dominia nostra est inuecta, praesertim vero ad terras maioris Poloniae, Cuiauiae, Masouiae, et alias terras illis vicinas, adeo, quod pauca admodum bona moneta illic reperiatur, Prouidere volentes, ne quid negligentiae committeretur in communi defensione, de Consilio et Consensu vniuersi Senatus, et Nunciorum terrestrium permittimus, vt Exactores earundem terrarum, Maioris Poloniae, Cuiauiae, Masouiae, et aliarum illis vicinarum pro prima ratha temporis praedicta, publicas Contribuciones in hoc generali Conuentu Regni nostri decretas, in moneta Swidnicensi, ab hominibus qui bonam monetam non habuerint, accipiant, Computando quemlibet medium grossum Swidnicensem per octo denarios minutos Regni nostri.

ita vt pro singulis duodecim grossis bonae monete Regni nri, ijdem ipsi Exa:
ctores tredecim cum medio grossos Swidnicen monete, que dudum e Regno
nostro explosa et recipi prohibita est accipiant eandemqz Swidnicen moneta
pro prima duntaxat ratha, vt praemissum est, receptam, ad officina nram
monetariam, et Magnificum Nicolaum de Schidlowyecz Castellanum
Sandomirien, et Regni nostri Thesaurarium transmittat, qui pro ea, bonam
monetam numerabit, dando vzt pro singulis tredecim cum medio grossis
Swidnicensibus grossos duodecim bonae monetae, als pro singula marca et
sex grossis monete Swidnicen vnam marca bonae monetae, vt eadem bona
moneta detur et distribuatur Militibus mercenariis, qui ad presidia terrarum
Russiae, Scribi et suscipi in Palatinatibus Regni nostri debent,

Exactor aut praedictus habebit mercedem seu Salarium pro labore et ex:
pensis suis de publicis Contribucionibus secundum Constitucione Conuentus
Thornien   marcas pecuniaru, Eaqz mercede contentus
esse debet, nec quidqz vltra illam de ipsis publicis Contribucionibus recipere
sibi audeat,

Qui Exactor in Conuentu particulari, qui praecedet generalem Regni Conuentu
futurum, faciet facereqz tenebitur rationem de pecuniis Contribucionu
a se perceptaru et expositaru, Coram Palatino, Castellanis, Dignitariis et
Officialibus Palatinatus sui, ac etiam Nobilitate, Facietqz eandem ronem
distincte, demonstrando sigillatim, quantum ex Contribucione Lanearu, quantu
ex Ciuili exactione, quae Schoss dicitur, quantum ex Chopowe, et quantum
ex Nobilibus pauperibus, qui Colonos non habent, perceperit ac distribuerit,
vt sciri possit, in futuro Regni Conuentu, ad quem ratio et calculus omniu
Exactorum per Palatinos terrarum, aut aliquem ex Castellanis, referri et
comportari debet, quae summa Pecuniarum, ex vna quaqz Contribucione
praedictarum Colligatur, Datum in Conuentu generali Piotrkovien
Sabbato proximo post festum Sancti Valentini, Anno domini, M°
D° XXviij, Regni vero nri anno XXij

Ad mandatu

Contribucio Czopowe

Sigismundus dei gratia, Rex Poloniae Magnus Dux
Lithvaniae, Russie, Prussiae, Masovie, etc dominus et heres
Vniversis et singulis Principibus tam Spualibus quam Secularibus, Reverendissimis et
Reveren in Christo Patribus, dominis Archiepiscopis, Episcopis, Necnon Magnificis,
Generosis, Nobilibus, Famatis et Providis Pallatinis, Castellanis, Capitaneis,
Tenutariis Terrigenis, Nobilibus, Officialibus, et eorum vicesgeren, heredibus
Advocatis, Sculteris, Civitatumque et Oppidorum tam nostrorum quam quorum
cumque Subditorum nostrorum, Magistris Civium, Consulibus et Communi
tatibus, et generaliter omnibus subditis nostris Spualibus et Secularibus
cuiuscumque status, conditionis, et praeeminentiae existentibus, Bona
quecumque tam Spualia quam Secularia, Civitates, Oppida, Villas, Tabernas,
possessiones, et alia bona quocumque nomine nuncupata habentibus in terra
et districtibus eius existen sincere et fidelibus nostris
dilectis, Salutem et gratiam nram Regiam. Sincere et fideles nobis dilecti,
Noveritis communi omnium tam Spualium quam Secularium Consiliariorum
nostrorum, et Nunctiorum Terrestrium in pnti Conventu generali Piotrcovien
congregatorum voto et concordi voluntate, Exactionem Ducillorum quae
Czopove dicitur, multis et arduis necessitatibus Reipublicae ita exigentibus
decretam esse, quae inchoari debet a festo Annunciationis Sancte Marie
proximo, et continuari per integrum annum ad aliud festum Annunciationis
Marie inclusive, Anni Millesimi quingentesimi vigesimi noni, Exigetur
autem et solui ac exigi debebit eadem ipsa Contributio Ducillorum secundum
antiquam Consuetudinem, modo videlicet infrascripto, ut quilibet Cervisiam
coquens venalem, ex quibuscumque brasiis fuerit eadem ipsa Cervisia
cocta, hoc est, sive brasea ipsa sint Civium et dominorum, sive ex Molendi
nis provenientia et emensurata, sive domi facta, a quolibet vase singillatim
vel coctura ipsius Cervisie, iuxta locorum consuetudinem antehac observata,
Exactionem ipsam Ducillorum in manus infrascripti exactoris fideliter

Soluat, ita vt a maiori coctura als waru plures grossi soluantur, et a
minori pauciores iuxta vasorum numerum et quantitatem, et Exactorum
ordinationem, quam vbi opus et quocies expediens erit, nra authoritate
facient et constituent, Notariosque et Custodes tam in Ciuitatibus et
oppidis, quam etiam in Villis iuxta arbitrium suum, Exactores etiam ipsi
deputabunt, et Iuramento corporali ad fidelitatem illos astringent, Ternarij
vero more vetusto circa quemlibet grossum soluendi, pro Ciuitatum et oppido-
rum reparatione conseruentur, Tabernatores vero singuli Ceruisiam coquen-
tes vel coctam a dominis tam Spiritualibus quam Secularibus ad propinandum reci-
pientes, a quolibet vase mensure Ciuilis, teneantur per vnum grossum in
manus Exactorum soluere, Item a medio vase vini als pollensch,
florenus cum triginta quadrantibus soluendus, Item a Drelynk siue
fferencien vase vini duo floreni cum sexaginta quadrantibus soluendi,
Item a quolibet Barili Malmatici vel vini Italici, vnus orth, cum septe
ternarijs soluatur, A Barili vero simplicis vini duo grossi soluantur et
duo ternarij, A medonis vase communi duo grossi cum duobus ternarijs,
A Ceruisia aduectitia, siue externa, vt Swidnicensi, Glogouien, Theschnen,
Bernomen, et alia quaecunque, a qualibet eius vase duo grossi, Et
quicunque non soluta prius exactione praefata, Ceruisiam, vinum, Medonem,
Malmaticum, et alium quemcunque potum, ex praedictis vendere et pro-
pinare in fraudem Reipublicae praesumpserit, totum illud in quo fraudem
commisit, seu committere voluit, irremissibiliter amittet, et ad poenam regalem
soluendam, quocies id fecerit obligabitur, Capitaneusque loci in tales
omnes et singulos fraudem huiusmodi committentes, animaduersione debita
veritate rei cognita, non habendo respectum ad quempiam irremissibiliter
exequatur, Ad quamquidem Exactionem colligendam, diligenterque
et fideliter exigendam in ipsa terra et districtibus
eius Generosum

Vobis omnibus et singulis quorum interest mandantes, quatenus Praefato
Exactori siue ab eo substituto de ipsa exactione Ducillorum respondeatis
et respondere faciatis, Vos vero locorum Capitanei, eos qui rebelles vel
negligentes erunt, et quos ipsi Exactores deferent per pignorationes solitas
ad solucionem huiusmodi Exactiones compellatis, sub poenis nostris contra
negligentes Capitaneos in Nouis et antiquis Statutis descriptis, et pro
gratia nra aliter non facturi, Datum in Conuentu generali Piotrcovien
feria quinta proxima post dominicam Sexagesimae, Anno domini Millesimo
quingentesimo vigesimo octano, Regni nri anno vigesimo secundo,

Mandata ad Capitaneos regni vt contribucio publica, anni preteriti retenta: contribuatur.

Sigismundus Rex.

Vniversis et singulis Capitaneis, in Regno nro vbilibet constitutis, eorumque Vicecapitaneis et Burgrabiis, Sincere et fidelibus dilectis, gratiam nram Regiam, Sincere et fideles dilecti, Certo edocti sumus per Exactores Contribucionum publicarum anni praeteriti, quod plerique Nobiles, ac Cives, aliique Subditi nostri in Capitaneatu tuae F. bona sua possidentes. partim per contumaciam, partim vero per negligentiam, ipsas Contribuciones anni praeteriti, videlicet decemocto grossorum Exactiones Civiles, Census Iudeos, et alias Contribuciones eiusdem anni praeteriti, hactenus non extradiderint, in magnam iacturam et detrimentum Reipub[licae], Quod non possumus, non molesto, et indignanti animo ferre, Nolentesque solucionem integram, dictarum Contribucionum, vlterius differri, quandoquidem nemo ex eo, quod vniversos generali constitucione stringit, et omnes Regni in commune obeundum, aut sublevandum, concernit, potest se excipere vel excusare, et vrgens necessitas, solvendi residui stipendii, militibus mercenariis. qui ipso anno praeterito in Russia militarunt, nobis incumbat, Mandamus tuae F. districte vt absque omni mora in foris Civitatum et oppidorum, aliisque locis publicis Capitaneatus sui proclamari et autoritate nra mandari faciat, quod omnes et singuli cuiuscumque status et condicionis existant, qui dictas Contribuciones anni praeteriti, in toto, vel in parte non extradiderunt, illas omnino ad dominicam Letare proxime futuram extradant, et ad manus Exactorum eiusdem anni praeteriti plene consignet sub poena dupli,

Q[uod] si aliquis illorum ad eandem dominica Letare proxima Contribu-
ciones praefatas anni praeteriti non solverit, et tuae F. per Exactores
eiusdem anni delatus fuerit eadem tua F. id domino seu Tenutario
ac possessori bonorum, de quibus non fuerint solutae, ipse Contribuciones
anni praeteriti, declaret admoneatque illum, aut eius Procuratorem,
seu Officialem per suas l[itte]ras, quas per Ministerialem ad eum mitte,
aut in eius absentia, in bonis illius, de quibus non fuerint solutae
praedictae Contribuciones, poni, illas facere debet, ut easdem Con-
tribuciones, a[b]s[que] poenam dupli, infra octo dies, a die p[rese]ntationis
et posicionis l[itte]rarum tuae F. computandos, extradat seu extradi
faciat, Q[uod] si id non fecerit, tunc ipsa tua F. possessionem eorumque
bonorum adeat, et accipiat, in illasque se auctoritate n[ost]ra intromittat
et teneat, ea tamdiu, donec poena dupli, hoc est principalis sum[m]a
Contribucionis, debita, et non soluta, et tantundem r[ati]o[n]e poenae exsol-
vatur, Q[uod] si quispiam dominus Tenutarius et possessor tuae F.
intromissionem in bona sua prohibuerit, seque illi opposuerit, aut illa
postea de possessione eorumque bonorum eiecerit, talis citatus, per
ipsam tuam F. ad Ius Castrense, banniri et proscribi de Regno n[ost]ro
debet, tanquam rebellis, et publicis decretis se opponens, Volumus
autem et mandamus, ut tua F. diligenter, non habendo respectum,
ad quempia[m] praesens mandatu[m] n[ost]r[u]m exequatur, Pro debito officii sui
et gratia n[ost]ra non aliter factura, Dat[um]

Exactoribus contribucionum anni preteriti 1527

Sigismundus Rex

Generosi fideles dilecti, Soluturi sumus Militibus mercenariis, qui anno transacto in terris Russie militarunt, stipendium eorum, hactenus illis retentum, pro dominica palmarum proxima, Itaque mandamus vobis, vt omnes pecunias quascunque habetis, ex Contributionibus publicis anni praeteriti collectas, paulo ante eandem dominicam Palmarum, ad Thesaurum nostrum Cracoviam comportetis, vel transmittatis, Et quicunque subditi nostri cuiuscunque status et condicionis, easque Contribuciones anni praeteriti ad dominicam Letare proximam in toto, vel in parte non soluerint, illos Capitaneis locorum deferatis, nomina eorum in Scedulis conscripta, ad eos transmittendo, qui scient, quibus modis eosdem negligentes, ad soluendum compellere debeant, Pro officio vestro non aliter facturi, Datum in Radom, feria quarta Cinerum, Anno etc

Exactores in terra Cracovien

Venerabilis Caspar Podlianski Canonicus Cracoviensis et Joannes Moczik

Sandomirien

Venerabilis Stanislaus Lipnicki Canonicus et Officialis Sandomirien Et Vincentius dzik, vel vicecapitaneus Sandomirien

Russię et terrae Chelmen

Nicolaus derssnyak

Belzen

Niemierza kimizki Tribunus bodlen

Lublinen

Nicolaus Byszram subiudex Lublinen

De abolenda eliminanda et transcudenda moneta Swidnicensi

Sigismundus Rex

Significamus tenore presentium quibus expedit vniuersis, Quia cum annis superioribus agnouissemus graue dampnum ac non modicam iacturam, qua Regnum hoc nostrum ex Swidnizen monetę inductione affectum fuerat, et indies magis ac magis afficitur, quod item praeter illius monete et pondere et grano leuitatem, subinde varia falsi genera fiant et misceantur, vt paulatim bona Regni nostri moneta educta, sola leuis Swidnizen, varie quidem sortis et diuersa falsa, remaneat, Cupientes his ac futuris malis maturo remedio consulere, Consiliariorum nostrorum, ac omnium ordinum Regni nostri in proxime preterito Cracouien conuentu generali congregatorum, accedente expresso consilio statueramus praedictam Swidnizen monetam per decursum vnius anni, in hoc Regno nostro adhuc recipienda, ita tamen quod singuli medietas

Non nisi per quinque denarios Polonicales darentur et reciperetur, Ut per illud tempus unus quisque, se ab eo monete genere exonoraret. Transacto vero anno, eadem Swidnicen moneta in Regno nro pro falsa haberetur, Ut quociescunque duo grossi in una marca apud aliquem reperiretur, poena tunc statuta plecteretur. Cognoscen aut re ipsa praedictam constitucionem nram, mediocribus ac infimi sorte hominibus, non parvum damnu facere, quippe, si ea moneta cuius maximus est numerus hoc modo abrogaretur, futuru esse qd per eos, quos magno reipubce malo inducta est, non sine privato lucro per eosque iterum cum pauperum damno, et eorum ingenti lucro educeretur, lembus falsis, ac adulterinis Nichilominus in Regno nro remanentibus, Volentes igitur omniu subditoru nrorum indemnitati quo melius posset fieri hoc decreto nro consulere, In pnti Piotrcovien Conventu generali cum Consiliariis nris, ac omnibus omnium terrarum Nunctiis Statuimus, qd praedicta Swidnicen moneta a solucione huius Conventus deinceps a nemine cuiuscunque condicionis status ac dignitatis existat ullo modo recipiatur qualicunque precio, prout hac de re statutum Conventus huius lacius declarat Sed ab omnibus eam habentibus in officinam nram Monetariam nunc Cracovie existentem, aut in aliis locis, videlicet in Civitate nra Thorunen proxime quam primum id comode fieri poterit erigendam futura comportari debet, ibidem in alia moneta transfundenda, et nihilominus iuxta hoc statutu nrm solvenda: Ita videlicet, quicunque partem aliquam praedicte monete Swidnicen in aliquam officinam portaverit, que pondus, sine parvum sine magnum attigerit, illa mox conflare et probari debet, et quociescunque in tali massa pagamenti reperti fuerint quindecim lothi argenti puri, tociens solui debent florenj septem et grossi viginti per triginta grossos. Ubi vero portati

fuerint qui pondus non attigerint, illi solum debent ~~floreni septe~~ per denarios octo singuli mediantes, falsis tamen ac adulterinis Sep exceptis, Solventur aut omnes cum his monetis novis excudendis aut grossis, ternariis, vel denariis, secundum quod in officina monetaria, moneta fuerit parata, Denarios vero, vel ternarios, nullus praeter suam voluntatem in magna summa cogatur recipere,

Ut aut ipsa Swidnicen moneta cicius et minori quo possit fieri sumptu, transcendatur, Laudamimus et Statuimus, ut ex eadem transcundantur grossi maiores duplici genere, quorum alii sint ponderis unius Lothi, et valoris sex grossorum usualium Polonicalium, Ita quod quinque in florenum seu mediam sexagenam: et Octo in marca ~~numeri et sedecim in marca~~ Cracovien ponderis ingrediantur. † Mixtura vero eorum sit in marca quamlibet argenti fini, Lothi sex, aut minus uno vel duobus denariis, secundum quod fieri possit illud sine ullo praeiudicio Officialium esse debet

Ab una parte effigies Imago regia, In Circuitu textus Sigismundus primus Rex Poloniae 1, 5, 2, 8,

Ab altera parte, seu in altero latere arma seu insignia, in medio scilicet, aquilla Regni, a dextris Lithvania, a sinistris austria, Inferius Russiae et Prussiae insignia, Superius Corona Regia, Textus in Circuitu, Deus in Virtute tua letabitur Rex

Alij vero grossi ita fiant, ut per omnia duo ex istis, unum ex superioribus pondere ac valore constituat, Effigies vero sit huiusmodi, ab una parte et in uno latere aquilla magna, Textus, Moneta Regni Poloniae 1, 5, 2, 8. vel currentis anni, In alio latere Imago Regis, Textus in circuitu, Sigismundus primus Rex Poloniae

† alii vero valoris trium grossorum usualium Polonicalium: ita quod decem illorum pro Triginta grossis usualibus numerentur.

Istius vero generis ultimi, propter competenciorem usum plures quam alterius esse volumus

Ut autem eiusmodi moneta diligentius et cicius cudatur, demandavimus huiusmodi operis curam cum Magnifico Nicolao de Schidlowyecz, Castellano Sandomirien. et Regni nri Thesaurario, Nobili Josto Ludovico decio Carbario Wielicien tanquam vices illius gerenti

Volentes ut imprimis hec moneta utriusque generis Cracovie cudatur, et interim paratis ad hoc instrumentis ac familia et Officialibus Necessariis, paulo postquam negocium progressum acceperit, in Civitate nra Thorunien, alia officina instituatur, Quo comodius ex maiori Polonia et ducatu Masovie illuc convehi possit, Ubi vero necessarium et expedire videbitur in Civitate nra Posnanien, et alibi locis aliquot ordinentur, qui eandem monetam coemant et in officinas deducant, aut transmittant. Si vero ultra hoc videbitur expedire, poterit demum in Civitate Posnanien et Warschovien altera videlicet earum Civitatum, aut in ambabus, tercia, vel etiam quarta officina institui id quod Thesaurarii nostri et Officiales vices gerentis illius industrie et cognitioni committimus, Ut autem ista moneta minori sumptu transcendatur, committimus eidem Thesaurario nro, et eius vicesgerenti, omnes impensas moderari et restringere, quanto melius fieri poterit Sine quibus vero esse non poterit, illa semper septimanatim solventur, Que vero amputari possunt, in caput anni et racionis reserventur, Ubi nos

cu Consiliariis nris habito benigno ac laborum digno respectu, secundum exerescentis summae exigentiam, alios Officiales remunerabimus.
Ne tamen toto hoc tempore ipse Thesaurarius nr et eius Vices gerens praedictus, propriis impensis rem tantam curare cogantur, decernimus, et volumus, quocirscumque extra Ciuitatem Cracovien huius operis gratia, vel in propria persona quocumque vice sine mittere contigerit, hoc ad monetae dictae impensas facere possint ac debeat.
Vt autem praedictus vices gerens Thesaurarii nri laborum suorum ac industriae condignam habeat pro meritis remunerationem, decernimus, Vt eidem trecenti floreni per mediam sexagenam computati ex officina nra monetaria ad annum currentem soluatur.

Volentes autem omnem fraudem tollere, prohibemus ne vlla alia moneta conflata in massasque portata, hoc precio ematur, sed alio precio secundum communem argenti valorem, prout ipsi Thesaurarij nri Officialis nouerit expedire solvatur

Item Constituimus ad maiorem certitudinem recte administrationis Vt de moneta ista probanda, antequam exierit in publicum in Ciuitate Cracovien, Solita a probatoribus Regni nri Seruetur consuetudo, Similiter hoc idem in Ciuitate Thorunien, vel alibi vbi officinas institui contigerit, personis iuratis ac fidedignis, qui a locis illis non recedant, committat ijdem probatores,

Quia aut Negocim totum propt difficultatem eius, maxie in fide et virtute Officialiu nrorum, hoc est, Magnifici Thesaurarij Regni nri et Iusti Ludonici eius vicesgerety consistit, promittimq in Capite anni ratiom administrationis huius suscipere, et eaq quam in fide nobis debita facient, ratam habere, neq illos neq heredes eorum eius in casu mortis ipsorum quoquomodo molestare aut turbare, sed tantam illorum fidem, curam, et diligens nob et reipub nrae serviendi studium, regia nra gra s. compensare

Hoc modo itaq transcussa et emissa praedicta moneta probatoru nrorum testimonio confirmata, Volumus vt deinceps Magnificus Nicolaus de Schidlowiecz Castellanus Sandomiriew et Thesaurarius Regni nri et dictus Jostus Ludonicus pdci eius vicesgeren ab omi molestia et impeticione casu quocuq et a quibuscunq sint liberi et immunes perpetuo et in evum, harum testimonio lrarum quibq sigillum nrm est appensum. Dat in Conventu generali Piotrcovien feria secunda proxima post dominica Sexagesimae, Anno domi 1. 5. 2. 8. Regni nri anno XXij

Legatio a rege ad Conuentus particulares missa.

Ex terris Posnanien, Sandomirien, Lancicien, Ploczen, nuntii ad Conuentum generalem, missi fuerunt non cum plena potestate. Ideo Rex hiisdem terris: post finitum Conuentum generalem nouos Conuentus indicit, vt in eis decreta generalis Conuentus suscipiantur atque approbentur.

Post dictam Maiestatis regie gratiam, Nuncius refert Mirari ac dolore Maiestatem Regiam, quod ex Conventu vrarnyj dominationum particulari ante generalem iussu ac voluntate Maiestatis suae, octo Nuncij missi sunt non cum plena, sed cum limitata potestate, quos tamen mitti cum plenissima potestate, non solum vetus consuetudo, sed Maiestatis suae dignitas, et impendentia Regno pericula summopere postulabant, Declaratum siquidem est vniversis, quantis et quibus vrgentibus causis, quo denique discrimine permota Maiestas sua, Conventum generalem Regni indixerat, Quae quidem Nunciorum vrorum limitata potestas, totam rei bene gerende occasionem, et Conventum ipsum, cum maximo Reipublicae detrimento impedivit et perturbavit,

Tantoque id magis dolore, et acerbo animo ferre Maiestatem suam quanto plus suam, et Conventus generalis authoritatem nec minimum, ordinemque omnium perturbari cognoscit. Missis enim cum limitata facultate, vrarum et aliquorum palatinatuum Regni, nunctiis. Ex Palatinatu vero Posnanien et Calissien, nullis electis, missisve Piotrcoviam Nunctiis, benigna et necessaria monita suam in conteptum

abiisse, et totius Conventus consultationes, in eam perplexitatem et Contentionem coniecta esse Mtas sua experta est, vt nisi Clementia sua, et prudentes dominorum Consiliariorū persuasiones intercessissent, Conventum protinus solui, et rebus omnibus infectis Piotrcovia discedi, et motionem illam belli generalem omnibus damnosam, decerni opportuisset, Sed Mtas sua et domini Consiliarii eius, ob errata et imprudentiā paucorū, totius Reipublicae salutem, deserere nolentes omni cura et studio consultū esse voluerūt, quibus modis et rationibus, regnū esset ab impendentibus discriminibus quoquomodo conservandum,

Cum vero post multiplices tractatus de tuenda Resp:ca inter dominos Consiliarios, et terrarum Nuncios, omniū sententia, Contribuciones commes visae sint, maiorem vtilitatem in defensione, q si expeditio bellica capesseretur, afferre posse, in hac praesertim contra Walachos et Tartaros celeri suscipienda defensione, quibus non alia, q expedito et exercitato milite resisti vnqz poterit: Decrevisse Mtem suam, cum vniverso Senatu, et maiore parte Nunctiorum terrestrium, nonnullas pecuniarias Contributiones, in vniversalibus lr̄is nominatas et perscriptas, Vzt de singulis laneis agrorum, per duodecim grossos, De Civitatibus vero et oppidis exactionem similem, que schoss dicitur, et Contribucionem Czopowe,

Sed quia Nunctii terrarum, propter quorunda circumscripta facultatem, a Mte sua postularunt, vt Conventus particulares, et generales terrestres, in his lr̄is, quorū Nunctij consultationibus publicis se immiscere noluerūt, statuere dignaretur, in quibus requirri posset ab vniversa Nobilitate ad easdem Contribuciones consensus,

Maiestatem suã illorum postulatis deesse nolente, et pro mederi reipub: ac saluti, vtcunqꝫ cupientem, particulares Conventus, in Szroda, Opatow, Lanczicia et in Raczişz, ad diem hodiernum, generalem vero in Colo, ad feriam terciam proxima post dominicam Reminiscere, constetuisse, declaraveqꝫ ea oibꝫ Dignitarijs et Officialibus, ac vniversæ Nobilitati fecisse, quæ a se, et vniverso Piotrcoview nunc dimisso Conventu, constituta sunt,

Hortari itaqꝫ Mtem suam, tam dominos Consiliarios q̃ reliqua Nobilitatem, vt fideles subditos, et filios huius Regni sui periclitantis, vt ad id quod ipsa sua Mtas, cum vniverso Senatu suo decrevit, quodqꝫ alias leviores ob causas egerunt, nuc cum res in tanto discrimine versatur, non graventur consentire, vt si debito et sufficienti modo defensio Regni, tam celerite, vt res exigit, fieri non possit, aliquo saltem modo retineri queat, vsqꝫ ad id fœlix tempus, quo exactius de ipsa defensione aliquid statui vakat, alioqui fieri non posse, quin celerius opinione grave aliquod periculum et casus, quem Deus avertat regno contingat,

Licet aut Mtas sua, habens in potestate sua, debitum subditorum suorum Militaris ordinis, ad servicium sibi præstandu, et fines Regni tutandos, non indigeat tanta solicitudine et cura, de quærendis alijs modis regni deffendendi, tamen quia intelligit generalem motionem, gravem et damnosã oibus, et Conventu præteritum statuere, et nihil intentatu relinquere,

dignata est, quo sine ipsa motione generali defensio fieri posset, perferens etiam, ut pius Princeps, insolentium adversum se indignas Contumelias, ut per se nichil defuisse omnibus cōstaret, quod ad comun omnium utilitatem pertineret, Proinde ubi decretum generalis Conventus per eos non susciperetur, et ad motione bellicam tota defensio recideret, que nec tempestiva, nec diuturna esse posset, omnibusq incommune maximū afferet gravamen et dispendium, quidquid inde damni, quidquid turbarum et maledictionis hominum accideret, non iam in Mtem suam, aut dominos Consiliarios, Nunctiosq terrestres obsequentiores, sed in eos qui sine ulla ratione vel causa tumultuantur, et publicis decretis obsistunt redundaret, Nam Mtas sua nō habens ullū finem belli Walachici nullam etiam cum Tartaris pacis condicionē ubi Contributiones Conventus generalis praeteriti non susciperentur, aliter nullo modo, nisi publica motione bellica eaq celerrima, regnum defendere posset.

Ubi vero Mtas sua Nobilitatem propensam, ad id cognosceret ut deesset nolit patriae, virtutiq et saluti suae simul et decretis ac sententiae suae et Consiliū sui, Non defutura est etia Mtas sua, omni ope, viribus, et sanguine suo, quo vindicet et conservet Regnum et subditos suos a clade et excidio, quod undeq imminet, Nichilq eorum praetermissura est, quae opportuna ad bonum statum Regni fore videbuntur.

Ordinatio de tenendis stipendiariis in terris Russie

Sigismundus Rex Polonie.

Significamus tenore presentium, quibus expedit, Vniversis, Quia consideravimus que et quanta incomoda reipublice Regni nostri ex dispensatione pecuniarum de publicis contribucionibus pro defensione Regni nostri provenientium, que annis transactis in singulis Palatinatibus Militibus Mercenariis distribuebantur obveniebat, tum quia hi ipsi Milites minus Idonei et sufficientes ad arma ferenda conscribebantur, tum quia in profectione et reditu innumera damna Subditis nostris tam spiritualibus quam Secularibus inferebant, Nulla disciplina militari sese gubernari permittentes, volentesque eiusmodi dispendiis atque incommodis pro debito officii nostri obviare de vnanimi Consilio et assensu Consiliariorum Regni nostri et Nunctiorum terrestrium in presenti Conventu generali congregatorum infrascriptas Constituciones et ordinationes sanximus et decrevimus,

In primis, quia Capitaneus exercituum generalis et Thesaurarius Regni nostri, eligent praefectos Militum, hoc est porvczniki viros rei militaris peritos, in singulis Palatinatibus, Ipsi vero praefecti Militum conscribent milites, eisque Capitaneo et Thesaurario praesentandos, prout ad vnumquemque Palatinatum numerus Militum conscribendorum est infra designatus,

Quisque praefectus Militum ad singulos equos quorum numerum idem Capitaneus illis praescribere debebit, habita ratione minorationis Contributionis anni praesentis, habebit stipendium decem florenos per quatuordecim scotos numeratorum,

Reliqui vero Milites habebunt stipendium, super quemlibet equum, ad quodlibet quartale anni per sex florenos per mediam sexagenam,

Quilibet autem praefectus non per substitutum sed solus per seipsum ducere debet Comites seu Comilitones suos, tam eundo ad terras Russiae, quam inde redeundo, et prospicere ne damna fiant hominibus Spiritualibus vel Secularibus, ac eorum subditis, neve ab illis stationes exigantur, Quae damna si fuerint facta, et aliquis Militum vel eius praefectus pro illis convictus fuerit, Thesaurarius Regni nostri solucionem illorum facere debebit, ad rationem stipendii illius qui damnum intulerit, vel sui praefecti, circa ultimae rathae solucionem,

Idem praefecti post finitum seu expiratum servicium sui et Comitivarum suarum de Castris et terris Russiae discedentes comitivas suas sub obedientia sua habeant, et in officio contineat, prohibeatque ne damna hominibus et miseris Colonis, ac Spiritualibus inferant,

Idem praefecti Militum, providere debebunt, ut neminem suscipiat ad miliciam, nisi ad summum in octo equis, et inferius in septem, sex, quinque, quatuor, et ut quisque militum solus per seipsum serviat, et non per Substitutum, et servos suos,

38

Conscribentur autem in omnibus Palatinatibus Milites equites tria millia, trecenti, et decemiseptem simul cum praefectis equitum et peditum, et Notario exercitus computati. Pedites vero trecenti: ordine infrascripto.

In terra et Palatinatu Cracovien, equites quingenti et quadraginta, Pedites vero Centum quinquaginta.

In Sandomirien Palatinatu equites quingenti quadraginta

In Russiae et Belzen Palatinatibus equites quingenti quadraginta

In Lublinen Palatinatu equites octoginta

In tra et Palatinatu Posnanien equites Centu sexaginta

In tra et Palatinatu Calisien equites ducenti
et in ijsdem duobus Palatinatibus Posnanien et Calisien pedites Centum quinquaginta.

In tra et Palatinatu Siradien equites trecenti viginti,

In Lanczicien Centum sexaginta.
In Rawen ducenti quadraginta — equites
In Plocen Centum viginti.

In Brzesten et Junioladislavien Palatinatibus equites Centu sexaginta
In tra Dobrzinen equites quinquaginta,

Ex ducatu et tris Masoviae de Contribucionibus publicis quae illic instituentur et solventur, servari et conscribi debebunt equites, quingenti, quibus servicium et damna, solui debebunt de Contribucionibus in eodem ducatu compositis seu collatis, similiter per Thesaurarium Regni nri.

Praefecti equitum, Licet anno superiori habuerint equos conscriptos Centum nonaginta tres, vczt ad quodlibet Centum equorum quinque equos, Tamen anno pnti Captus exercituum, habita ratione minorationis Contribucionis, moderari debebit, eum numerum, pro suo arbitrio,

Praefecti vero peditum seu Rots Mgri habebunt duntaxat sex equos quibus solvetur, ad singulos per decem florenos per quatuordecim scoty numeratos

Notarius exercitus habebit equos decem conscriptos, ad quorum singlos ei solvetur, etiam per decem florenos similiter per quatuordecim scoty numeratos,

Quiquidem omnes equi praefectorum equitum et peditum, similiter et Notarii includi debent in summam equitum superius expressa,

Vexilliferi Roth-Magistrorum peditum, seu illorum vexilla computari et includi debent in numerum peditum etiam supra expressum iuxta morem antiquum,

Debita vero militibus mercenariis pro servicio et damnis anni praeteriti 1, 5, 2, 1. solventur eisdem ex residuitatibus contribucionum eiusdem anni praeteriti vezt militibus ex terris maioris Poloniae in Civitate Lancicien, Ex terris vero minoris Poloniae in Cracovien Civitate,

Ne aut in repetendis iisdem debitis error aliquis admittatur in damnum Reipub̄cae si assercioni simplici cuiuslibet staretur Tenebuntur servicium aut dampna repetentes, firmare assercionem suam militari sacramento coram suis p̄fectis, quia eiusdem dāna in servicio nr̄o et reipublicae regni nr̄i perpessi sunt, et quia illis tanta sūma pro servicio debetur, et hoc quidem ubi id in registris scriptum non reperiret iuxta antiquam consvetudinem, et tandem praefecti eiusdem p̄bacōe a suis Comilitonibus accepta, simili modo, suam relationem firmabūt, pecuniā recepturi in locis supra expressis

Si vero ex Causa quacunque ad tempus constitutum propter summae de Contribucionibus retentis comportandae defectum, omnibus militibus quibus anni praeteriti debetur solucio impendi non possit, Ex tunc summa que fuerit comportata, equaliter dimidetur inter omnes solucionem petentes, iuxta quottam vniuscuiusque debita, Vt vnus quisque consolatus, reliqui solucionis expectare valeat comodius. donec residui Contribucionum retentarum comportetur.

Datum in Conventu Piotrcovien generali feria secunda proxima post dominicam Sexagesimae, Anno domini 1, 5, 2, 8.

Sigismundus Rex Polonie Consiliariis maioribus

Pro continuatione Taxationis fundorum

MAg^cae sincere nobis dilecte, Non ignorat tua Sinceritas decretum esse in Conventu Piotrcovien proxime praeterito, vt taxaciones fundorum continuentur. Et proinde, volentes nos hoc ipsum decretum, sicut et alia decreta et Constituciones rempublicam Regni nri concernen, debite executioni demandari, et in nulla re ipam Rempublicam neglig, Mandamus tue S. adhibeat diligentem operam, vt illi qui ad taxanda bona seu fundos in Palatinatu tue S. sunt deputati, ad prosequendam et Continuandam eandem taxationem, ad districtus qui nondum sunt taxati proficiscantur. quorum taxatio, inchoari debet in eisdem districtibus nondum taxatis feria secunda post dominicam secundam post festum Pasche proximam, quae Misericordia

domini appellatur, Factura tua S. pro debito officii sui et gra nra, Datum in Radom feria qta proxima post dominica Invocavit, Anno domini 1, 5, 2, 8,

~~Capitaneis~~ in Prussia. Consiliariis Palatinis

MAg^{ce} et generose, Sincere et fidelis dilecte, Cum Respublica christiana in tantis difficultatibus et periculis sit nunc constituta, ut nemo non videat gravem casum, qui illi iminet iam non in foribus sed in ipsis penetralibus eius esse, Nosque qui indies peiora tempora consequi cernimus, non possimus non esse solliciti, quibus rōnibus Regnum dominiaque nobis subiecta a tantis malis praeservare valeamus, dumque in hac pnti sollicitudine nra, omnia quae debiti ac officii nri sunt, quaeque nobis ob oculos versantur, intus forisque excutimus, existimamus id precipuum et necessarium esse, ut arces Civitates et oppida ipsius Regni nri in sua municione, aliisque ad tuicionem illorum necessariis ac opportunis, debito modo provideatur, quo ubi vis aliqua ingruerit, defectu eiusmodi necessariorum laborare, et quod absit in discrimen aliquod prolati non cogantur, Et proinde volentes nos ut arces quoque ac Civitates istarum terrarum in sua provisione non negligantur, Committimus vobis pntibus mandan.s ut in Palatinatu isto ~~Culmen~~ Marienburgen Pomerān omes et singulas ipsas arces Civitates, ac oppida conspiciatis, eorumque ordinem regiminis et administracionem recenseatis, et videatis an sint bene, ac debito modo provisa necne, Ubi vero defectum et negligentiam aliquorum necessariorum esse videritis, iniungatis et praecipiatis nro nomine Officialibus quorum interierit, ut habeant omnia, quae nobis ad debitam provisionem eiusmodi necessaria, et opportuna esse videbuntur, Pro gra nra facturi, Dat

Edictum de eliminanda e regno Poloniae moneta Swidnicensi

Sigismundus Rex.

Vniversis et singulis Principibus tam Spiritualibus quam Secularibus, Reverendissimis ac Reverendis in Christo Patribus, dominis Archiepiscopis Episcopis, Necnon Magnificis, Generosis, Nobilibus, Famatis et Providis Palatinis Castellanis, Capitaneis, Tenutariis, Terrigenis, et quibusvis aliis dignitariis, Officialibus, et eorum vices gerentibus, heredibus advocatis Sculteris. Civitatumque et Oppidorum nostrorum, et quorumcumque Subditorum nostrorum, Magistris Civium, Consulibusque et comitatibus, et generaliter omnibus Subditis nostris, cuiuscumque condicionis et praeeminenciae existentibus, ad quos presentes litterae nostrae pervenerint, et ad quorum noticiam verisimiliter infrascriptum edictum nostrum perlatum fuerit, Sincere et fidelibus dilectis gratiam nostram Regiam, Sinceri et fideles dilecti Cum annis superioribus, cognovissemus grave damnum, ac non modicam iacturam, qua Regnum hoc nostrum ex inductione monetę Swydnicensis affectum fuerat, et indies magis ac magis afficitur, quam item, praeter illius monetę, et pondere et grano levitatem, subinde varia falsi genera fiat et misceantur, ut paulatim bona Regni nostri moneta educta, sola levis Swydnicensis, variae quidem sortis, et diversa falsa

remaneat. Cupientes his ac futuris malis, maturo remedio consu-
lere. Consiliariorum nrorum, ac omnium ordinum Regni nostri,
in proxime praeterito Cracovien Conventu generali congregatorum,
accedente expresso consilio, statueramus praedictam Swydnicen
monetam, per decursum unius anni, in hoc Regno nro adhuc recipien-
dam, Ita tamen, quod singuli medii grossi, non nisi per quinque dena-
rios Polonicales darentur, et reciperentur. ut per illud tempus
unusquisque, se ab eo monete genere exoneraret, transacto vero
anno, eadem Swidnicen moneta in Regno nro pro falsa haberetur,
ut quocienscunque duo grossi in una marca apud aliquem reperirentur,
poena tunc statuta plecteretur. Cognoscentes autem re ipsa, praedictam Consti-
tucionem nram, mediocribus ac infimae sortis hominibus, non parvum
damnum facere, quippe si ea moneta, cuius maximus est numerus
hoc modo abrogaretur, futurum esse, quod per eos, quos magno
reipublicae malo inducta est, non sine privato lucro per eosdem iterum
cum pauperum damno, et eorum ingenti lucro educeretur, leuibus,
falsis, ac adulterinis, nihilominus in Regno nro remanentibus.
Volentes igitur omni nrorum subditorum indemnitati, quanto melius
fieri posset consulere statuimus in proxime praeterito Conventu generali
Piotrcovien, cum Consiliariis nris, ac omnibus omnium terrarum Nuncijs,
quod praedicta moneta Swydnicen, a solucione huius proxime praeteriti
Conventus Piotrcovien, deinceps a nemine, cuiuscunque condicionis, status
ac dignitatis existat, ullo modo recipiatur, qualicunque precio,
prout hac de re statutum eiusque Conventus lacius disponit, sed ab
omnibus eam habentibus, in officinam nram monetariam, nunc Cracoviae
existentem, aut in Civitate nra Thorunen, prout quamprimum id comode
fieri poterit. futuram comportari debet. Sine ad festum Nativitatis
Sancti Joannis Baptistae proximae futurum, ibidem in aliam monetam
sub signis nris regiis transcendenda, grossorum vero maiorum dupli-
generis, quorum alii sunt valoris sex grossorum, ita quod quinque illorum

in vnu florenu, seu mediam sexagena computentur, Alii vero valor
trium grossorum, vsualium polonicalium, ita quod decem illorum pro tri
ginta grossis vsualibus numerentur, Quibusquidem grossis maioribus,
sic vt praemissum excudendis, aut ipsis grossis vsualibus, vel terna
riis, aut denariis minutis, iampridem excussis, secundum quod in officina
monetaria, moneta fuerit parata, soluentur omnes in eadem officina,
infra tempus supra expraessum, pro ipsa moneta Swidnicensi, quam
ad cambiendum attulerint, modo infrascripto, Ita videlicet, quod quicunque
partem aliquam praedicte monete Swidnicensis in aliquam officinam porta
verit, quae pondus siue paruum, siue magnum attigerit, illa mox
conflari et probari debet, et quocienscunque in tali massa pagamenti,
reperti fuerint, quindecem lothi argenti puri tociens solui debent
floreni septem et grossi viginti per triginta grossos, vbi vero portati
fuerint, qui pondus non attigerint, illi solui debent, singuli medii grossi
per octo denarios, falsis tamen ac adulterinis semper exceptis, dena
rios autem vel ternarios, nullus monetam ipsam Swidnicensem cambiens,
praeter suam ipsius voluntatem, in magna summa recipere minime cogatur,
Volentes autem omnem fraudem tollere, prohibemus, ne vlla alia mone
ta conflata in massasque portata, hoc precio ematur, sed alio
precio, secundum communem argenti valorem, prout Magnificus Thesaurarius
Regni nostri, vel eius officialis, nouerit expedire, soluatur in praedictis
officinis monetariis, Cracouiensi et Thorunensi, ad quas, si ex maiori
Polonia, et Ducatu Masouiae praefata moneta Swidnicensis commode
deferri seu conuehi non possit, commisimus ipsi Magnifico Thesaurario,
Vt si necessarium et expediens fore videbitur, aliqui probati viri,
in Ciuitate nostra Posnaniensi et Warschouiensi, et alibi aliquot locis,
ab eo constituantur, qui eandem monetam Swidnicensem, ad festum praedictum
Sancti Joannis Baptistae proximum coemant, et in officinas praefatas dedu
cant, aut transmittant, Si vero vltra hoc illi videbitur expedire,
poterit demum in Ciuitate Posnaniensi et Warschouiensi, altera vice

earum Cmitatu, aut in ambabus, tercia, vel etiã qᵗa officina
instituimus, id quod ipsius Thesaurarii nri, et Officialis, eius vices geren.
industriae et cognicioni committimus. Quia vero maior vis dictae
Monetae Swidnicen. con̄ prohibicionem nram ad tras maioris Polo-
niae, Cuiaviae, Masoviae, et alias terras illis vicinas, q̃ ad alia
loca Regni nri est invecta, adeo, qđ pauca admodũ bona moneta,
illic reperiatur, providere volentes, ne quid negligenciae committe-
retur in communi defensione, permittimus. Vt exactores earundem trarum
Maioris Poloniae, Cuiaviae, Masoviae, et aliarum illis vicinarum,
pro prima ratha tpis, hoc est pro dominica Iudica proximae futura,
publicas Contribuciones, in proxime transacto Conventu generali
Piotrkovien. decretas, in moneta Swidnicen., ab hominibus praedictarum
trarum, qui bonam monetam non habuerint accipiat, computando
quemlibet medium grossũ Swidnicen. per octo denarios minutos Regni
nri, ita vt pro singulis duodecim grossis, bonae monete Regni nri
idem ipsi Exactores, tredecim cum medio grossos Swijdnicen.
monetae, quae dudum e Regno nro explosa, et recipi prohibita est,
accipiat, eandemque monetam Swidnicen. pro prima duntaxat
ratha, vt praemissum est receptam, ad officinam nram monetariã
et Magnificum Thesaurarium Regni nri transmittat, qui pro ea
bonam monetam numerabit, dando videlicet pro singulis tredecim cum
medio grossis Swidnicensibus, grossos duodecim bonae monetae, atque
pro singula marca et sex grossis monetae, vt eadem bona moneta
detur, et distribuatur militibus mercenariis, qui ad praesidia
trarum Russiae scribi et suscipi in Palatinatibus Regni nri
debent. Quod si hominibus praedictarum trarum maioris Poloniae, et
Masoviae, vltra solutas, per eos Contribuciones pro prima ratha,
vt praefertur, aliquid monetae Swidnicen. superfuerit, hi ipsi
homines, et alii Subditi nri, cuiuscunque status, condicionis di-
gnitatis et praeeminentiae existentes, totum eius reliquum in su-
pradictis Officinis et locis cambire ad festum Sancti Joannis

proxime futuru, omnino careat, Nam postea ea ipsa moneta Swidnicen per quam splendor, et decus Mtis nrae Regiae imminuitur, et toti Regno nro, non mediocre damnum infertur, nullo modo recipi, sed tanq falsa ac noxia ab omnibus vitari debet, sub amissione hoc monetae, cui fuerit intermixta, et sub poenis nris regalibus in Cracoviensi Conventu generali constitutis, Sic qd apud quemcunq duo grossi eiusdem monetae Swidnicen in vna marca inventi fuerint, totam illam marca perdat, absq spe alicuius veniae, et poena quatuordecim marcarum puniatur, Quocirca vobis supradictis et praesertim locorum Capitaneis et eorum vices gerentibus, committimus pntibus mandan, quatenus hoc edictum nrm per loca, Ciuitates, et oppida, et apud parochiales Ecclias diebus festis, per publicas proclamaciones ad vniversoru noticiam denunctiari, exemplaq seu Copias pntium ad valuas praetorii et ecclesiarum affigi faciatis, Custodesq et Inquisitores tam in finibus Regni q etiam intra ipsum Regnum, in vris Capitaneatibus constituatis, qui diligent inquirat, ne deinceps ipsa moneta Swidnicen in Regnum nrm inferatur vel quispiam amplius pro mercibus et aliis rebus illam expendendo vel recipiendo ea vtatur, Qui quidem Custodes, apud quemcunq illam invenerint, recipere eam possint et debeant, non habendo respectum ad quempiam, et pro fisco nro Regio conservare, Quae omnia et singla praemissa sedulo exequi volumus, per eos quoru interest sub poenis contra negligentes Capitaneos et Officiales statutis, pro eorum officio et fide, gratiq nra. Datum in Radom feria quarta Cinerum, Anno domini 1, 5, 2, 8. Regni nostri anno XXij.

Occlusio vie ad Slesiam mercatoribus Polonis

Sigismundus Rex Polonie.

Universis et singulis Principibus tam Spualibus quam Secularibus, Reverendis ac Reveren in chro Pribus dominis Archiepis, Episcopis, Necnon Magnificis, Generosis, Nobilibus, Famatis et Providis, Palatinis Castellanis, Capitaneis, Tenutariis Terrigenis, et quibusvis aliis dignitariis, Officialibus et eorum vices gerentibus, heredibus advocatis, Sculteteis, Civitatumque et Oppidorum nrorum, et quorumcumque Subditorum nrorum, Magistris Civium, Consulibusque et Communitatibus, et generaliter omnibus subditis nris, cuiuscunque condicionis praeeminenciae existentibus, ad quos presentes lre nre pervenerint, et ad quorum noticiam verisimiliter infrascriptum edictum nrm, perlatum fuerit, Sincer et fidelibus dilectis graciam nram Regiam, Sincere et fideles dilecti, Jam alias declaravimus vobis propter quas Causas coacti fuerimus, occludere et prohibere iter in Slesiam, nempe ob cussionem monete Swidnicen, ad instar monete Regni nri detrimentum, deinde propter Lutheranismum in Slesia vigentem, quo nollemus Subditos nros per comercia illorum hominum infici et corrumpi, Quia vero eadem moneta Swidnicen etiam cum titulo Serenissimi olim domini Ludovici, Hungariae et Bohemiae etc Regis, quod indignissimum est data opera cuditur in maximum Regni nri dampnum, et nichilominus Lutheranismus viget, in Slesia ut prius

de consilio Vniversi Senatus, et instancia regnicolarum nostrorum inhi-
bicionem et occlusionem omnium itinerum in Slesiam, non solum proro-
gandam, sed etiam diligentius custodiendam esse, decrevimus. Ac
vt eadem inhibicio et occlusio, suum debitum sorciatur effectum.
Vobis omnibus et singulis supradictis cuiuscunque ordinis et condicio-
nis existentibus, strictissime mandamus, vt eam inhibicionem
et occlusionem firmissime observetis, ita quod nemo audeat in Slesiam
res et merces aliquas tam grandes quam exiguas cuiuscunque quanta-
tis fuerint, praeterquam sal nostrum Regnum, vehere et inferre, sed
nec ad alias quoque, quascunque remociores partes, easdem res et
merces de Regno nostro, per ipsam Slesiam ducere, et boves etiam
ad aliqua alia loca extra ipsum Regnum nostrum, praeterquam ad ea, que
iam pridem per nos designata, et per literas nostras vniversales,
ante biennium, omnibus notificata sunt, pellere quovis modo, prae-
textuve vel colore praesumat, nedum sub amissione ipsorum bonorum
mercimoniique et rerum, quas contra praesentem inhibicionem nostram de
Regno nostro, quispiam duxerit, verum etiam bonorum suorum
omnium confiscatione. Liberum autem esse debet, mercatoribus,
aliisque hominibus ex Slesia et ex aliis extraneis partibus
quibuscunque, ad Civitates et Oppida Regni nostri, ad ea videlicet
ad quae ab antiquo ire consueverunt, cum rebus et mercibus suis
quibuscunque venire, et ibidem emere aut vendere, resque et negocia-
ciones suas, ac alias actiones licitas, cum nostris Subditis exercere
et contra e Regno, libere cum bobus, rebus et mercibus solu-
tis datiis et theloneis debitis et consuetis exire. Subditis vero
nostris licebit ad alias provincias et Regna, praeterquam ad Slesiam
res et merces quascunque de Regno transmittere, et ducere, dummodo
per ipsam Slesiam illas non transmittat, nec duci aut vehi faciat.
Et quia non verentur plurimi hanc prohibicionem et occlusionem
viae in Slesiam, multiplicibus modis transgredi in contemptum

decretorum et mandatorum nrorum, et in pessimum inobedienciae exemplum, Volentes tam Custodes quam etiam Negociatores, hanc ipsam prohibicionem nram transgredientes, severius coercere, Statuimus cum Vniversis Consiliariis, et terrarum Nunctiis, in generali Conventu Piotrcovien proxime preterito congregatis, quod quicunque deinceps compertus fuerit eandem prohibicionem nram transcendisse cum mercibus aut frumentis qualibuscunque aut etiam cum paratis pecuniis ad negociandum, in Slesiam vltra fines Regni nri transgressus esse, et capite et bonis omnibus puniri debet, Qui vero non fuerit in transgrediendo deprehensus, sed vel furtim, vel conniuencia Capitaneorum, transgressus, et deinde domum reversus, si testibus idoneis conuictus fuerit, eam transgressionem commisisse, poena capitis puniatur, Si aut quispiam Capitaneorum, permiserit aliquem, contra ipsam prohibicionem nram in Slesiam transire, et Capitaneatus sui officio priuari, et alia quae nobis condigna videbitur animaduersione puniri debebit, Si vero fuerit Capitaneus, qui bona nra habuerit oppignorata, perdere debebit absque vlla spe veniae, summas oes pecuniarum, quas in ipsis bonis nris habuerit inscriptas eademque bona ad nos, ipso facto devolui debebunt, Quod si Burgrabius, vicecapitaneus, aut Notarius Capitanei modo supradicto excesserit, et idoneo testimonio conuictus fuerit, quod aliquem contra prohibicionem nram transire in Slesiam permiserit, quovis colore vel pretextu, illum eius dnus, vel eruere, vel ad poenam capitis et bonorum, nobis extradere debebit, Atque huic Constitucioni et decreto nro Vniversi homines, tam nri quam Subditorum nrorum Spualium et Secularium subiacebunt, nec quisque exemptus esse debebit, Proinde vobis locorum Capitaneis ac proconsulibus et Consulibus Ciuitatum et oppidorum severe percipimus, vt hanc nram Constitucionem, ac edictum, vbique in omnibus locis publicis, ad que homines frequenter convenire solent

denunctiari et proclamari faciatis, ne aliquis ignorantiam praetendens, aliquid contra eam constitucionem nram committat, et poenas suprascriptas incurrat, Vos vero Capitanei in custodiendis et pervestigandis locis omnibus ac itineribus, ne quis eandem, prohibicionem nram transgrediatur, curam et diligenciam omnem adhibeatis, et quoscunque offenderitis, vel deprehenderitis in minima quaque re, contra hanc prohibicionem nram excessisse illius res, et ipsosmet capiatis, et usque ad instructionem et documentum nrm detineatis, Sub poenis contra Capitaneos et Officiales negligentes statutis et pro gra nra non aliter facturi, Dat in Radom. feria quarta Cinerum, Anno dom 1, 5, 2, 8 Regni nri anno XXIJo

Capitaneis regni

Sigismundus primus Rex Poloniae

Generose fidelis dilecte, Mittimus cum ptibus ad tua quaternas lrds nras, alteras vzt universales Contribucionum publicarum in proxime pterito Conventu Pietricoview decretarum, alteras vero, de solvendis aliis Contribucioibg anni pteriti, per plerosque Nobiles, et alios, in Capitaneatu tuo f adhuc retentis, cum sufficienti instructione, de modo compellendi ad solvendum et extradendum, easdem utrasque Contribuciones, omnes illos. qui in eis solvendis ad rathas, temporum, in ipsis lris nris peremptorie praefinitas, negligentes essent vel contumaces, Tercias aut lrds, mittimus pro abolenda

ac penitus eradicanda de Regno et dominiis nris moneta Svyj-
dnicen' plurimum ipsi toti Regno noxia, que hactenus cohiberi
non potuit ignorancia simplicium hominum, et licencia eorum
qui decreta et prohibiciones nras transgrediuntur, ac lras
de custodiendis et occludendis fortius itineribus in Slesiam
Que quidem quaterne lre predicte, apud tuam F. pro eius me-
moria et documento, quomodo vedt se in pmissis gerere, ac
officio suo fungi debeat, remanere debent. Mandamusque
tue F. vt per publicas proclamaciones, in Ciuitatibus et
oppidis Capitaneatus sui diebus fororum, et circa Ecclesias
Parochiales diebus festis, ea omnia que in eisdem quaternis
lris continentur, et mandantur, diwlgari, et ad vniversorum
quorum interest, noticiam deduci faciat, et ne quispiam illa
transgrediatur omnem operam, quatum sua interest, adhibeat,
ac officium suum contra transgredientes, iuxta ordinatione
in dictis lris descriptam, diligenter exequatur, Et quia plu-
rimum veremur, ne quis insultus et impetus hostiles, accidat
hoc anno in Regno nro, sub hoc ex illo nro discessu, ad ma-
gnum ducatum Lithvanie, volentes contra eosdem insultus debi-
tam prouisionem facere, et securitati, ac indemnitati reipublice
et Subditorum ipsius Regni nri, interim prouidere Mandamus
tue F. vt etiam proclamari mox visis pntibus faciat, almod
edictum pfati Conuentus generalis proxime pteriti, hoc vedt
vt propter arcendos ipsos insultus hostiles, nemo ad bellicam
expedicionem, obligatus, huius possesiones et bona in Regno nro
audeat exire, extra ipsum Regnum, Et si qui interim exiuerunt,
vt tempestiue, et quprimum redeant, ad domos suas, sub amissione
omnium bonorum suorum, sintque intenti, et continue parati, ad
retundendum et propulsandum quorumcumque hostium nrorum impetu

qui aliquam irrupcionem faceret, vel facere conaretur pro debito officii sui et gratia nostra, tua f. non aliter factura, Datum in Radom feria quarta proxima, post dominicam Innocentum, Anno domini 1.5.2.8. Regni nostri anno XXIJ°

Ordinatio cudende monete auree.

Sigismundus Rex

Manifestum facimus tenore presentium vniversis quibus expedit Quia Considerantes non parvam iacturam Reipublice Regni nostri per annos retroactos ex monetarum varietate, illatam esse, ita vt crescente moneta mala et adulterata, Regni nostri moneta in malam pervenerit estimationem, Aureorum precium subinde crevit, et per hoc precia omnium rerum aucta, et nostra moneta vilescere ceperit, Proinde nos in hoc Conventu generali omnium Consiliariorum nostrorum, vtriusque status ac ordinum omnium Regni nostri accedente consilio de moneta in hoc Regno, et dominiis nostris, deinceps accipienda, vel extirpanda satis copiose ordinavimus ac statuimus, vti per alias literas nostras super ea re emanatas, abunde declaratur, Quia vero Aureorum non parva est penuria in Regno nostro, et moneta nostra nullo modo in suam estimacionem nisi crescente aureorum numero redire posse videtur, Praeterea nullum sit Regnum inter omnia Christiana Regna, in quo

Aurea moneta nõ cudatur, Et quod auri etiam quãtitas in
hoc Regno nr̃o, cum pro plumbo, tum etiam a mercatoribus,
qui alioqui in alia loca, illud ducãt, haberi possit, Volen
igitur et nos Regni nr̃i decori, atq Subditorum nr̃orũ utilitati
consulere, Statuimus supradictorum omniũ ordinũ Regni nr̃i
accedente consilio in hoc Regno nr̃o aureos novos cudere, ordi-
ne et modo infrascripto, Cuius rei curam Mag.co Nicolao
de Schidlowiecz Castellano Sandomirien Regni nr̃i Thesaura-
rio etc et illius in officio cudende monete vicesgerenti Nobili
Josto, Ludovico Decio, Secretario nr̃o et Carbario Vielicen
demandantes vcgt, in Civitate nr̃a Cracovien eosdem aureos
cudere, mandavimus, pondere ac grano hungaricis modernis
aureis per omnia equivalentes hoc est in marcam ponderis
Cracovien aureos quinquaginta sex, Et quia in marcam
ponderis ingrediuntur, scoti viginti quatuor, qui scoti in
aureo pondere apud huius artis peritos karathi vocantur,
Volumus quod viginti tres cum medio scoti sive karati sint
in marca ponderis de puro auro, et reliquus medius scotus
seu karatus sit Argenteus, ita quod quadraginta septem partes
unius marce sint de puro auro, et una duntaxat scilicet qua-
dragesima octava pars unius marce sit argentea, Quia tamen
hec mixtura, propter argenti albedinem, et auri puri mollitiem
nimium pallida foret, Censuimus argento addere granum e
cupro, ut colorem suscipiat magis rubeum, Quod granum in mar-
ca ponderis, tres denarios ponderis excedere non debet, De-
narius aut ponderis, est ducentesima quinquagesima sexta pars
unius marce ponderis, et ex ista mixtura cudi debent Aurei,
qui in una parte effigiem nr̃am habeant, textu vero Sigismundus

primus Rex Poloniae, in Circuitu sub pectore Auri currentis numerus,
In alio aut latere scutum cum quadra, in cuius prima quadra,
superius Aquilam Regni nri insigne, in secunda Insigne Magni Du-
catus Lithvaniae, in prima quadra inferius Leonem insigne terrarum
Russiae, in secunda Aquilam cum gladio, Insigne terrarum Prussiae
fieri et poni ordinavimus. In Scuti vero medio seu in pectore, ubi
quadrarum Lineae in Crucis formam coeunt, minutissimum insigne ponatur
domus Austriae, superne supra scutum Corona parvula, Textus
vero in Circuitu, Iustus ut palma florebit, a latere scuti dextro
C. Lra Cracoviam, a Sinistro vero latere litera N. designans
nomen officialis et Thesaurarii Regni nri, ut aliorum Principum
mos est. Ut aut omnis generis homines, maiorem cudendi
Auri habeat occasionem, Statuimus ut quociens aliquis in
officinam nram monetariam, auri pondus portaverit, quod laudatam
bonitatem attinget, illi ex suo auro cudantur, iuxta decretum
et laudum nrum aurei, recepta ab eo solucione a labore dumtaxat,
pro singulis aureis unum grossum polonicale Idque propterea ut
huius Aureae monetae cussionis commodum, ad omnes ex equo per-
veniat, nro aut Reipcae Regni commodo minime quesito, Huiusce
modi aut Aureos, antequam in publicum exeant, volumus diligenti
cura, per hieronimum Monetariae officinae, aut pro tempore existentem
iuratum probatorem, Praesentibus Regni nri ad hoc ordinatis proba-
toribus, vel eorum vices gerentibus, semper prius ad artis ingenium
ac industria summa probari et examinari, ubi vero hoc servato
ordine, Secundum laudum et decretum nrum iuste examinati, recteque elabo-
rati, comperti fuerit, volumus et mandamus hac ex illa serie
ut in publicum exeat, et ab omnibus in Regnis ac dominiis
nris pro et loco Aureorum hungaricalium, in aequivalente valore
recipiantur, et a nemine cuiuscunque status et condicionis fuerit
in solucionibus seu Cambiis excludantur. Si vero contigerit

que hom aetatis huius est malitia in futurum falsos Aureos aliunde immisceri seu immitti hoc praefato Mag.co Thesaurario nro vel vices gerenti illius imputari, seu nocere nullo modo debet, De praedictis aut grossis pro singulis Aureis accipiendis, imprimis volumus huius operis sumptus solui, et de reliquo, si quid supra accreuerit, rationem nobis conuenienti tpe reddi, ubi nos quoque meritorum et industria officialium benigna racione habituri sumus. Harum testimonio lrarum quibus sigillum nrm est appensum, Datum in Conventu Bohcoviensi generali

S. Rme D. vre non placet textus iste, Iustus ut palma florebit, quod recte de nro Rege dictum ego putam, ne detur occo suspicionis quasi in meipm ego hec lusissem, Ponatur pro 21. lris istis (Nam plures esse negnent) alius textus totius lrarum Deus in virtute tua letabitur Rex.

Quia Nunctii Masovitarum, ex Conventu illorum Varssovien, venerat Piotrcovia, ad Conventum generalem, non cum plena facultate: Ideirco Nunctii Regni nolebat quidquam consultare etc, et propterea Rex: mox alium Conventum Masovitis indixit Varssovie post trium Regnum.

Et Legatos misit, sed Masovite in eodem suo Varssevien Conventu; consilia habebant de Iure feudi, et de Masovia ducisse am Vri: gini tradenda, et idcirco nil certi ad Regem ad Piotrcovia attulit, nisi hanc feudi peticionem. et ideo Rex absoluto generali, indixit eis Conventum Varssoviae: pro Dominica Judica. ad quem litterae sequentes pertinent.

Maioribus Consiliar. Masouie

MAg^{ce} Sincere nobis dilecte. Nunquam existimavimus evenire potuisse, ut ex Ducatu nro Masovie tot difficultates, omnes nras et Reipcae actiones remorantes exoriri debuissent, ac exortas esse re ipsa comperimus, Ita ut etiã Conventum hunc Regni nri, quem modo hic Cracoviae agimus, in tam longum tempus produxerint, Quã rem tametsi non satis aequo animo feramus, tamen quum ad reductionem Ducatus ipsius, ad ferenda onera Regni nri, quam omnino consequi volumus attinet, Ne in hac parte videamur communi bono et deffensioni pubcae, deesse. Praesertim cum Legati Masovie, qui hic apud nos sunt, id a nobis instanter contenderent, Conventum generalem, quem etiam particulares de more praecedent, toti Ducatui Masovie nuper in ptatem nram devoluto, ad feriam sextam proximam ante dominicã Judica proxime venturam Warssoviae celebrandum, Indiximus, indicimusque per pntes, Quapropter S. tuã hortamur, Mandan ut se ad eandem Conventum, ad locum et diem superius designatum conferat, et cum reliquis eiusdem Ducatus Consiliariis et Nunctiis trat, audita legatione nra, quam Oratores nri, quos de medio consilii nostri ad eum ipm Conventum missuri sumus in commune consulat, cum de caeteris Reipcae ac ipsius Ducatus rebus, tum ut ipsa reductio Ducatus Masoviae ad ferenda onera Regni ex qua multa comoda consecutura speramus, sine ulteriori dilacione tandem ad effectum deducatur, Pro fide erga nos tuã et gra nrã aliter non factura. Dat

Capitaneis Ducatus Masouie

Sigismundus primus Rex Polonie.

GEnerose fidelis nr dilecte, Non potuimus satis aequis auribus audire, Quod subiecti nri Ducatus Masoviae in Conventu Varssovien quem eis feria qrta post trium Regum festum proxime praeteritum indixeramus, Non modo mandatis nris, quem eis per Consiliarios nros Rndm Joannem Epum Posnanien et Mag cum Andream de Wyssnicze Palatinum Uocensem significaveramus, non aequievernt, Verum Nunctios suos non cum pleno mandato, sed cum praescripto quodam ex eodem Conventu huc ad nos Piotrcovia miserit, quibus rebus effectum est, vt praeter alia multa incomoda, que ex tali eorum aduersus nos contumacia Reip. obtigerunt, etiam omes actiones pntis Conventus intermisse sut, et Conventus ipse in tam longum tempus est protractus, Que res vt nobis pter opinionem et voluntatem nram evenit, ita nobis non pt non plurim displicere, Nemini enim incognitum est, quot et qnta comoda et fructus, secum adfert concordia et vnitas, rursus scissio et disparitas atque inequalitas, quibus periculis et ruinis exposita est, Quod nos qq considerantes et volebamus iam pridem et modo volumus, vt Ducatus ipse nr Masoviae in ferendis communibus oneribus Regni nri se prout merito debet conformaret, oneraque belli ac Contribucionum equaliter ferret, quo iunctis viribus et Consiliis perpetuis hostibus nris Regni nri

Vndiqꝫ lacessentibus resisti possit, et inde honor, decus, tranquillitas, Imo Salus vniversis Subditis nris proveniret. Quod quo tandem ad effectum deducatur, praesertim cum Nuncii ipsi istius ducatus nri Masoviae ad nos hue missi, etiam hoc ipm instantissime flagitaverint, ex superhabundanti. Iterum alium Conventum generalem Varssoviae ad feriam sextam ante dominicam Judica proximam indiximus, que, vt particulares Conventus, de more praecederent, Indiximus Conventum particularem in districtu Zakroczimensi Capitaneatus tui ad fer: secundam proximam post dominicam etc. de quorum Conventuum Indictione Ne quisqꝫ subiectorum sub Nunciorum nrorum Ignorantia praetegat nescire valeat, quominus Conventui interesset F. tue Mandaq[...] quatinus his visis lris nris, Mox talem Conventum particularem in Capitaneatu tuo, vbiqꝫ in locis celebribus prout moris est denunctiari publicari, et proclamari facias, et vniversae illius districtus Nobilitati in tali Conventu futurae nomine nro denuncties ea que ad te perscripsimus, eisqꝫ verbis nris mandes. vt in primis inter se viros graves et prudentes eligant, et eos ad Conventum Varssoviensem proximum cum plena facultate mittat, deinde vt vlteriori dilacione et terginversacione postbabita, tum, quantum ad annexionem Ducatus ipius Regno nro Poloniae et ferenda equaliter cum illo onera belli et Contubucionum attinet, tum in alijs rebus omnibus, mandatis nris que eis per Consiliarios nros, quos ad Conventum Varschoviensem proximum hinc mittimus per omia acquiescat et pareat, Et cum primum generalem Conventum Regni nostri Piotrcoviae, aut alis vbi nobis collibuerit, nos agere contigerit, ad eum Consiliarios et Honorarios, atqꝫ etiam tras Nunctios Masoviae mittat, ea condicione, vt tam ipsi Consiliarii qꝫ terrarum Nunctii inter reliquos Senatores et Nunctios consedeat, pariterqꝫ cum eis de Repca, Caeterisqꝫ Regni negocijs et Necessitatibus

tractent et consulat pro gra nra aliter non factura Datz et

Legatio a Sigismundo rege Polonie Varsseuiam ad conuentum Ducatus Masouie missa

Post denunctiata R. Mtis Salutem et gram. Postqz lras Creditorias exhibitas, domini Oratores, vel vnus eoru verba faciet in hunc qui sequitur modum.

Regia Mtas dominus nr gratissimus, Non sine magna grauitate animi sui fert, Quod vos semel atqz iteru per binos Legatos eosqz insignes a sua Mte ad vos missos, humanissime simul et clementissime admoniti, Quo, iusticia racione, et debito vro ita exigentibus, Regno Poloniae, a quo tot annos seiuncti eratis, rursus vos vniretis aduerteretis, et onera defensionis pub[licae] subiretis, Cui tamen suae Mtis admonitioni tam iuste, tamqz clementi, parere contempsistis, et vsqz in hunc diem contumaciter restitistis et aduersamini

MAndauerat siquidem vobis eadem Mtas Regia inter caetera mandata, hoc praecipuum, vt Consiliarios Ducatus huius et Nuncios terrar Masoviae Piotrcoviam ad Conventu generale Regni novissime Piotrcoviae habitum, cum plenaria facultate et mādato mitteretis, Qui pariter et concorditer cu caeteris Consiliariis

Nunctius Regni, cum de defensione publica, tum de alijs totius Regni necessitatibus, in locis suis considentes, tractaretis et consuleretis.

Vos vero misistis quidem Nunctios vros, sed eo modo, vt perinde fere sit, ac si eos non misissetis, Non enim cum plenaria facultate oia tractandi, eos misistis, sed cum limitacione et praescripto quodam, Ita vt ijdem ipsi Nunctij vri, ad nullum Reipcae et publicae defensionis negocium aparuerint esse vtiles. Quam ob eam rem, omis supranominati Conventus actiones: interturbatae, et plurima Reipcae negocia impedita et remorata extiterunt,

Que Contumatia et inobediencia vra, Non modo ipam R. Mtem Clementissimum dnum nrm, sed etiam vniversos ordines Regni gravissime erga vos commovit et exulcerauit

Palam etem est, atque ita notorium, vt nec ipsi inficiari potestis, Mox post excessum ab humanis dnorum Ducum vrorum, Vos R. Mti et Coronae Immediate subiectos, ei quoque fide et servitute obstrictos esse, Nō minus atque alias omes tras Regni Poloniae, Ideoque aequissimum erat, vos a Mte sua admonitos, Consiliarios et Nunctios vros, cum plenaria facultate, ad Conventum generalem Regni mittere, qui in locis suis considentes cum reliquis Regni Consiliarijs et Nunctijs, pariter ac vnanimiter tractassent, consuluissentque in commune, cum de caeteris Regni necessitatibus, tum praecipue, quibus nam modis et racionibus perpetuis Regni hostibus Tartaris resisti possit, et eis quidem hostibus, qui neque iusto bello, neque collatis signis congredi soleant, sed incursionibus duntaxat, et Latrocinijs, sine intermissioe Regnum ipm depopulantur infestant et depredantur.

Quamquam vero Maiestas Regia, propter superius dicta vestram Contumaciam et inobedienciam iure et merito gravius et severius in vos constituere potuisset, Tamen quia ipsi ipsi Nuncii vestri, quos novissime ad Conventum Piotrcovien miseratis, excusabant vos, Errorem quendam et ignoranciam vestram, in hoc praetexentes, quod usque Conventus in Ducatu isto Masoviae per Maiestatem suam vobis indicti, non satis tempestive designati fuissent, ita, ut non ad omnes ex Nobilitate Noticia voluntatis et Legacionis Maiestatis suae pervenire potuit, et hinc factum esse quod ipsi Nuncii Masoviae, non cum plenaria potestate ad Conventum Piotrcoviensem venerunt, Ideoque idem ipsi Nuncii vestri supplicaverunt humiliter Maiestati suae Regiae, ut sua Maiestas hoc factum vestrum, Casui potius cuidam fortuito, ignoranciae atque errori, quam Contumatiae et rebellioni ascribere dignaretur.

Humilibusque praecibus rogaverunt et obsecraverunt suam Maiestatem ut ad certum et competentem locum, et tempus, alium quoque Conventum vobis indicere, et Oratores ad eum ex medio Consilii sui, cum priorum mandatorum repeticione mittere dignaretur.

Ad quam peticionem simul et ad intercessionem Consiliariorum suorum Maiestas sua acquievit benigne praecibus dictorum Nunciorum vestrorum Indixitque vobis Conventum praesentem hic Varssoviae ad hodiernam diem,

Nosque ad eundem Conventum huc in medium vestri misit, ut quae mens quae voluntas, quodque imperium suae Maiestatis sit, nobis denunciaremus, et declararemus,

Et Primum sua Mtas vobis significare mandavit, in proxime praeterito Conventu Piotrcovien. multa utilia et salubria esse constituta ad hostiles incursiones arcendas, et ad caetera ornamenta et comoda Regni, et Reipcae plurimum conducibilia, ut pote, Contributionem generalem, per totum Regnum Poloniae, ex qua exercitus militaris ali, atque teneri possit, et in primis ex singulis mansis ut 16. grossi contribuantur constitutum esse, Item ex Civitatibus et Oppidis, constituta esse Contribucionem civilem, que vulgo schoß vocatur, Praeterea Contribucionem que Czopove dicitur, ad extremum mocione omnium terrarum Regni generalem, ubi magna vis hostilis ingrueret, cui praesidium militare, quod publico stipendio in terris Russiae servabitur, resistere seque opponere non posset, Sed cum vos domini Masoviae ad talem Conventum non cum plenaria potestate Nuncios misistis, Vult sua Mtas et mandat. ut etiam ad superius nominatas Contribuciones consenciatis, et eas Contribuatis,

Si enim ad expedicionem bellicam generalem serviendam suae Mti obligati estis, et tenemini, prout caetere terre Regni tenentur, que servitus est durior, maiorisque impendii et sumptuum, Cur ad contribucionem conferendam (que multo levior est et tollerabilior, et qua nichilominus parvis hostium insultibus absque generali mocione resisti potest) tergiversari deberetis?

Illud etiam sua Mtas vult et madat, ut cum primum quemcunque Conventum generalem Regni Poloniae haberi contigerit, Vos quoque Consiliarios, et Nuncios Masoviae ad talem Conventum mittatis, non eo modo, quo mittere soliti estis, sed cum plenaria facultate et mandato, ut vestri ipsi Consiliarii et Nuncii vestri, inter reliquos Consiliarios et Nuncios Regni, in locis suis consedentes perinde ac iam unum corpus esset, et unius domini et Regis subditi, tractet,

deliberet et consulat cum de Universis Regni et Reipublicae negociis et necessitatibus, tum ut sepe nominatis hostibus Regni quam minimo negocio et absque mocione generali resisti possit.

Praeterea Sua Maiestas Regia ita existimat, Non ignorare nos, institutam esse in Regno Poloniae taxacionem bonorum et fundorum, ex qua taxacione multa et magna comoda Reipublicae proventura sint, que taxacio in aliqua sui parte iam perfecta est, in aliqua modo perficitur. Igitur mandat Sua Maiestas ut cum ad primum quemque Conventum generalem Regni vocabimini, ita, ad eum, parati et instructi veniatis, ut talem taxacionem quam expeditissime, et sine difficultate, vos quoque subeatis.

Et haec sunt, que Sua Maiestas Regia per nos vobis denunctianda imperavit, nec dubitat, quin eis, prout fideles subiectos decet, sine ulteriori altercatione parebitis, ut iure tenemini.

Namque alioqui si vos Sua Maiestas Regia in pristina vestra contumacia et rebellione perstare intellexerit, nequaquam vult esse deinceps spectator duntaxat et admirator pertinaciae et temeritatis vestrae, quin queret modos et vias, quibus tandem, velitis, nolitis, cogamini ad ea omnia, ad que Iure tenemini, et ad ea, que Sua Maiestas, tanquam verus et immediatus dominus vester imperabit.

Quantum vero ad Iurium et Privilegiorum vrorum confirmacionem, pro qua tantopere Nuncii vri laborarunt, attinet, Sciatis Mtem suam in hoc esse, vt ea vobis confirmet, dummodo vos omnia superius expssa et imperata prius faciatis,

De inequalitate vel imparitate mansorum, qua quia vestri Mansi terrae Mazoviae wloki vulgariter dicti, dicantur minores esse quam Mansi terrarum Poloniae, qui Lanij dicuntur, Non vult Mtas sua Rg vt causemini, vel in hoc aliquam difficultatem ad Contribuciones soluendas obiciatis, vel praetexatis, Quandoquidem in Regno quoque Poloniae, etiam inequales mansi sunt, Et Nichilominus ex omnibus in commune equaliter, sine quauis excepcione, Contribucio solui solet

Et hec sunt que Rgia Mtas dominis Oratoribus suis ad Mazoviam ad Conventum Varssoviensem ituris, illic agere mandauit, que illi pro sua prudencia ita extendent, et moderabuntur, prout res, et dignitas Mtis suae, et Regni vtilitas, ac tranquillitas postulabit Sed ad extremum si domini Oratores Regii Masovitas nimium lamentantes, et se plus iuste grauatos esse vociferari animaduerterint, Sique inducere eos non poterint, vt omnes Contribuciones in Conventu preterito Regni generali decretas, suscipiant et Contribuant, Illud eis proponant, vt in hac subita et vehementi Reipublicae necessitate, saltem talem Contribucionem pro defensione communi conferant, qualem olim ducibus suis, in summis eorum necessitatibus, conferre, et contribuere soliti erant, Et qualem Mti suae, vt eorum novo duci Iure dare, et contribuere tenentur,

Hanc esse suae Mtis voluntatem et immutabile madatum

Hieronimus Laski Palatinus Siradien

Spectabilis ac Magce dne affinis amantissime ac honorande, Sub ea tempestate, qua extra Regiam fui, binas ad vram M. scripsi lras, quibus omnem novitatum materiam, que certior tunc esse poterat, significare non omisi, Semper etenim hoc michi fuerat et nunc est studium vt quos obseruem et colam, eos etiam absentes recorder et amem, quare fit, vt litterule mee crebriores volitent, absentibusq3 dentur, et maxime vre M. Cui ego, vti semper esse ad vota promus asuevi, ita ab ipso cepto desistere nolim.

Hinc etiam tota rerum tragediam istarum scriberem libentissimus, nisi presencium lator intercessisset qui interfuit parti, cui omnia communicare vre M. commisi, opinor tn multos et varios rumores, vel futuros, vel iam fuisse, de hac Regia Mte, ac de nobis eius adherentibus, nichil tamen tale fuisse, vel accidisse credat, quod iusto amici dolore dolendum foret, nemo tn congaudere potest, tot tradicionibus, decepcionibus, ac defectionibus, que

infideli Subditi erga hanc celsitudinem patrant, Nam primi Apostolorum Petrus et Paulus a dno suo defecerunt, vzt Petrus de Peremi Woyevoda Transilvaniae, et Paulus Archiepus Strigonien, vterqz acceptis tot et tantis beneficiis seducti a Sathana Ferdinandum sequuntur, mira res Maiestas dne. apud hac gentem honorem, famam, atqz virtutem adeo parvipendi, vt tot fraudes illorum, iam non ex malicia, sed ex aliqua constellacione oriri credam, praeterqz hanc divinae voluntatis plagam, reliqua omnia se optime habent,

Comes Christophorus de frangepanibus huius Regni exercituum Ductor, qui exercitum XX millium in Sclavonia primum contra Turcas collegerat, quemqz non dimiserat, sed cum eo servire dno suo conando contra Ferdinandum, dum Castrum quoddam ac Civitatem Warasdien in finibus Germaniae Slavoniae conspiceret, per quam partem aggrediendum illi et expugnandum esset, pixide ictus occubuit, profecto magno Regis, omniumqz rerum de se desiderio relicto,

Mtas aut sua hic in Transilvania descendit, ad componendos nonnullos Tumultus, quos artifices Ferdinandi excitabant, inter Saxones huius Regni incolas, vbi magna Nobilium et Czakloy, cum expectacione excepta, partem istam Saxonum, quae Braschoviam colunt, reducere curabit ad sanitatem, et hoc parvo labore et maximo suae Mtis cum lucro ac comodo

Na aliter in eius factionis capita aduerteret, qui per nos Sedam fuerat animaduersu. etc

Non miror ego Magce dne Ferdinandu tanta ambicione ava: riciaqz hoc sibi querere regnum, nam si alicui ob avaricia, vel thyrannidem peccandu est, huius hungariae Regni peccadu esset potissimu gra, quod per opulencia Auri et mineraru, frugu et vinearu fertilitatem, armentoru ac pecoru indicibilem ma: gnitudinem, nulli orbis terraru Provinciae comperari potest credidi ego hungaria non fuisse meliorem, qui in illis Bude ac Cassovie partibus, sed somnia sunt illa, intuitu huius Tra: silvaniae Regni, nam in ista Provincia vix sunt aliqui rivuli qui per lociones non praeberent auru, Vina maxima crescentia, salis ingens copia, mineras si quesiveris nusqz incassu fodies, Nam aut aurum, aut argentu, aut cupru vel sal invenies. Non sunt quatuordecim dies, sicuti plumbi maxima copia inve: ta est, de quo nusqz antea in isto Regno habuerat cognicionem, Futurumqz arbitror in singlare fodinis nris Polonicis dannum, etc in hoc primo aut suae Regiae Mtis aduentu, octuaginta mil: lia in auro ducatoru dare vnanimi laudo decreverit, quae per quindecima diem contubucio exigi incipietur, simili etia pro festo S. Georgii non recusant dare, modo viderint bene omnia exponi, vltra hoc Zakli, duo millia equitu et mille pedites arcigeros expedient, et omnis ista Constitucio in Mense deducetur ad effectu, et postea sua Mtas ibit obuiam hosti. Vbi illmis Celsitudo cupit magnopere gentes nras ad sua ducere

stipendia, Sed quia nunc propter insecuritate viæ, tu q[uia] pecuniæ nondu[m] collectæ sint, sed ut scripsi brevi exigentur. M[aies]tas sua in eo negocio constituit, uti amicicia, atq[ue] opera V[est]ræ M[aiesta]tis cum pecunias ob dictos respectus mittere nequiuerit, ut illa apud hos millites tantu[m] auth[orita]te et prudencia ageret sua, qui nunc Russiæ merebant[ur], et quibus fatalia expirat, quo mille eo[rum] dicti equites et quingenti electi pedites, ad arcem Regiam Muncach a Leopoli per XV milliaria sita ad sumenda ibi stipendia venirent, ubi M[aies]tas sua illos gratissimus habebit, pecuniis providebit, ac conscribi faciet, Sciens itaq[ue] sua Celsitudo graviter id milites facturos, nisi adesset alicuius magni viri authoritas, monitu suasuq[ue] meo, ac plena de M[aiesta]te V[est]ræ erga se affectionis habens fiduciam, in eo negocio statuit, uti M[aiesta]tis V[est]ræ amicitia, atq[ue] auxilio, recte etem ego fecisse videor, qui d[omi]no meo, in ca re, uti V[est]ræ M[aiesta]tis opera suasi, et qui tantu[m] Auth[orita]ti illius hic tribui, ut iam M[aies]tas sua fere certa sit, eiusmodi V[est]re M[aiesta]tis de amicabili cura. Quare Mag[nifi]ca d[omi]ne affinis. rogat M[aies]tas sua V[est]ram, M[aiestatem] rogo et ego et suadeo, dignetur in eo suam interponere curam, ut dictus equitu[m] et peditu[m] electus numerus, ad Munkacs pro sumendo stipendio, et conscribendo isto exercitu iret, quor[um] Ductor esse debebit d[omi]nus Przeczlaus Langhorunski, ad quem M[aies]tas sua in eo negocio mittet l[itte]ras,

Parvo aut labore id Magnificentiam vram factura arbi-
tror, si perpendere voluerit, quanta amicitia atqz gra-
tie apud hanc Mtem polleat, et quid facere isti ibi Mili-
tes ad vota vræ M. possunt, Nam si michi hec copia eundi
isthuc esset. Licet non sim Capitaneus eorum, facile id
impetrare, ut duorum vel trium dierum itinere pergeret
ad assumenda stipendia, qui tum vræ M. qui cum
illis tota hac estate stetit, et qui pro officio suo gene-
ralis Capitaneatus in futurum illis preesse debet, non de-
beret apud illos id obtinere, per quod illi vræ M. agent
postea gras, et per quod dittabuntur, et per quod
M. Vra sibi apud istam Mtem parabit perpetuum
amorem. et Credat michi vra M. si in hac re illius Cel-
situdo cognoscet illius erga se Studium, quod non pige-
bit Vram M. opere, et quod michi gras aget, quia per-
suaserim huic Mti ad querendu illius in hac re officium
ac amicitia, parvaqz vel nulla apud me equestrium est
dubitacio, modo pedites allici possint, Quos si M. Vra
aliter conducere nequiuerit, det illis quingentos florenos
suos, et Mtas sua vræ M. in Munkacz cum gratiarum
actione reddet, Nam si ego scirem no debere ita esse, si-
cuti scribo, profecto puderet me, qui semper veritate
dilexi, tot papiri qntm me perscripsisse, sed certissimus
sum id Vræ M. maiori quam credat referri debere
Gra, et istos omnes, qui venient, esse postea contentissimos,

Insuper mitto Vrae M. obligatione mea ad satisfaciendum omnibus apud arcem ista Munkacz et aliam M. Vrae, si dederit istis peditibus pecuniae aliquid, quod hoc totum illi quamprimum Poloniam veniam persolvam. Mallem tamen ut Mtas Vra Regiae Mti sibi pararet amicitia, et quod non tantum ad scripta vel ad obligaciones meas, quam ad illius Mtis vota faceret, que factura sit, quia si vult potest, Nec apud me aliqua excusacio habebit locum, etc.

Istos aut Mtas sua designat Rothmagistros, In primis, si dominus Langhorunski etiam Comitivam ducere deberet, vel voluerit, ut duceret 300, Sin vero non, ut condonaret cui vellet officium hoc. Hos tum Mtas sua si voluerint venire nominat.
B. Alizki in 200 equitibus, Czioleh in centum 30, Chodowski in 130, Kaczkowski in 130, Troianowski in 110 pedites aut Gnoyenski in ducentis, Gostkowiecz in 150, Krzizki in 150, si voluerint venire. Sin aut non, extunc dns Langhorunski cum Vrae M. Consilio provideret de aliis Rothmagistris.

Mittit praeterea sua Mtas Oratores ad Regiam Mtem, ac totum generalem Piotrcovien Conventum Epos duos ac dum Vilzek, qui epi nunc primum ad vram Mciam veniet in eo negocio istorum equitum ac peditum, postea tamen transibunt Piotrcovia, quamprimum dmus Vilzek ad eos pervenerit qui aliquo dierum agredietur, confidit Mtas sua Sexomnium dum nrm habitura rationem Celsitudinis suae confederacionis, affinitatis, ac vicinitatis, et adiuturum illum in hac eius Mtis necessitate, contra impetum ac ambicionem Ferdinandi, quod si illius Celsitudo fuerit destituta a confederatis vicinis, et amicis suis, timendum est, ne cogeretur querere exteras naciones, ac amicitias, et ne etc. cum non possit habere Regum coronatorum auxilia) habeat ab Principe linteolum Turcos. in capite ferente opem, que non Ferdinando solum, si educeretur verum et multis Christianis Principibus perniciosa erit. Obtestatur tamen Mtas sua dum Deum, et nos omnes, qui illius adheremus Celsitudini, quod non aliter id factura est, nisi destituta ab amicis et desperatis rebus suis.

Ego nunc ne per ignaviam pigrescam, vel fierem segnior, mittor Venecias, iterque mihi erit per Greciam, recta Constantinopolim, ubi actis apud Imperatorem honoris verbis, ascensa navi Venecias solvam, nescio quo fato navigaturus, profecto nunquam me libenius a tali onere excusassem, quum me, si cum honestate licuisset, sed cum huius Mti iam obnoxior sim opperepreciem est, ut illius Celsitudinis votis obsecundem. Magnum tamen michi imminet periculum, et pauci hic sunt, eius qua ego sum condicione, qui se in tale darent periculum, utcunque tamen eundum est, in

dei nomine, et pro istius optimi Regis virtute, quicquid eve-
nerit, subeundum erit.

Mirabitur vra M. quid ego faciam uxoratus dignitarius, et
satis comodas hereditates habens, quia ab uxore, quia ab
geniali dno, quia a Pria, ac amicis divellor, maxime cu ibi
fama increbrescat, res dni mei pancoru dierum futuras. pro-
fecto non sum captus praemiis, no habeo in odio dulcissimam
Coniugem meam, non abhominor dnm genialem, non sperno
amicos. plusque qm scribere possum, teneor horum om desiderio,
tn praevaluit apud me plus istius probissimi Regis virtus et
humanitas, qm supradicta charissima pignora, nescioque quo
me fata ducent in istius Mtis servicia pronus, Comendo cu
his me vrae M. unacu bonis meis Rithvenen, quae ibi Praecino sunt
sub hac mea absencia, tueri dignetur, et me iadm sibi denique
amet. Ex Transilvaniae Colozvar xviii octobris Anno
Dni 1, 5, 2, 1.

SIgismundo Regi Polonie.

Franciscus de Frangepanibus Archieps Coloczen
Stefanus Broderius Episcopus Sirmiensis.

SAcra Regia Mtas et domine dne nobis clemetme
Servitutis nrae perpetue humillima Comendacio etc

Scripsimus ad vram Mtem his diebus nos venisse Leopolim missos a Mte Regia dno nro gratiosissimo ad vram Mtem sed expectare nonas suae Mtis informaciones, Post illud igr tempus. his demu diebus accepimus lras a sua Mte. in quibus scribit. se sine mora missuru ad nos ipas informaciones vnacu collega nobis ad hanc Legationem adiungendo, et simul etiam comittit, nobis sua Mtas in hisdem lris, vt statim lris illis suae Mtis receptis, adiremus Magenum dnm Joannem Comitem de Tharnovo. Palatinu Russiae vrae Mtis Praefectu, hortaremurqz ipm noie suae Mtis, vt mitteret qprimu ad suam Mtem mille equites, et pedites quingentos, cum suis ductoribus, Item dnm Sbigneu Slupeczki Capitaneu Sokalien cu sagittariis quingentis, Nos itaqz acceptis his lris cu ad ipm Joannem venissemus, et ei voluntate Regiae Mtis exposuissemus, dixit sibi id nullomodo licere facere. sine expressa vrae Mtis permissione, et vrae Mtis annuentia esse. super hoc requirenda et impetranda, Supplicaq

-igr vrae Mti, eamque noie Mtis Regiae domini nri grossimi
oramus dignetur animere. Vt quencumque ex vrae Mtis Subditis
voluerit ad servicia praefati dni nri grossimi proficisci, liceat
eis id cum gra vrae Mtis facere, etiam si Capitanei forent,
Nam sua Mtas scribit ad nos se Capitaneoque perito indigere,
Dignetur aut vra Mtas id tempestiue animere, Quia Mtas
dni nri nos pro his gentibus et Capitaneis multum solicitat,
Quicquid vra Mtas in fauorem dni nri fecerit, sumus cer-
tissimi Mtem suam id officiis omnibus, quibus poterit vrae
Mti cumulate repensuram, Venissemus nos ipsi pro hac re
ad vram Mtem, sed non iudicauimus conveniens vram
Mtem adire, nisi habitis ante illis informacionibus et Collega
de quo Mtas sua ad nos scribit,

De statu suo Mtas Regia scribit nobis se cu Varadini esset
et precibus Transilvanen et aliis quibusdam de Causis
Transiluaniam ingredi coactam. Ibique ab omnibus ordinibus
gratissimo animo excepta, promissaque ei omnia ad putem
suae Mtis usum necessaria,

Neque praetermississe quicque Transiluanen, quod ab eis fieri
possit pro statu suae Mtis conseruan° et amissis recuperadis
Radiriz etiam cu Rascianis manere in officio,

In Slavonia praeterea negocia suae Mtis optime processisse
vsque ad obitum dom Comitis Crofori de Frangepanibg,
illarum partium praefecti, et suae Mtis Capitanei, quem
scribit Sua Mtas dum Arcem Varasdien in Slavonia sita
incautius contemplat ictum esse pixide in die S. Cosme
et Damiani, ac sequenti die expirasse ingenti suae Mtis
et dolore, et detrimento. Illi tamen Provinciae ne quid

ibi damni Sua Mtas, accipiat sese diligenter providere.
Hec sunt que ex literis Regiis habemus. Intelligimus etiam Vayvodam Transalpinen tam pecuniis quam gentibus Mtem suam iuvare. Nec adhuc desperandum est Princeps Clementissime Deo potissimum qui iustissimus est auctore, atque adiutore, iusticia sue Mtis ex tot turbationibus ac tenebris in claram lucem cum magna sue Mtis gloria erupturam. Illud pene omiseramus dnum Hieronimum de Lasko, Palatinum Siradien Venecias per suam Mtem missum, Facturum tamen iter per Constantinopolim. Nram humillima servitute in gratiam V. Sacrae Mtis supplices comendamus. Quam Deus conservet semper foelicem ac sospitem. Ex Corlichnia vj Novembris. M. D. XXvij

Responsum a Sigismundo I. Rege Polonie datum

Joanni Statilio Oratori Regis Joannis. Piotrkovie in Conventu viij Januarii 1522.

Quemadmodu[m] v[est]ra d[ominatio] egit cu[m] M[aies]te Regia de ordinado Capite exercitus Ser[enissi]mo Regi Hungariae, et proposuit Ill[ustrissimum] d[omi]n[u]m ducem Prussiae

M[aies]tas sua Regia considerat quidem potissima[m] rei bene: gerendae partem in bono, fido, et perito Capitaneo con: sistere, et qui etiam no[n] minus aut[horitat]e et fortuna q[uam] pericia valeret,

Considerat item M[aies]tas sua Ill[ust]rem d[omi]n[u]m Ducem Prussiae quoad dexteritatem ingenii ad authoritate[m] et periciam rei bellicae, esse satis utilem et idoneum, neq[ue] in p[re]s[ent]is videtur alius magis ex re tam facile reperiri posse,

Veru[m] cu[m] non ignorat M[aies]tas sua, non ignorat ille, quta molimina fiat in Germania adversus eum ob desertam relligionem, et t[er]ras Prussiae ab ordine S. Mariae Teutonicor[um] alienatas, qu[ae] tum infensa et insidiante sibi habet, non solum hac Cesarea domin[atio], sed et Principes et Universam nationem germanica[m],

Non credit Mtas sua, illu aliquo modo induci posse, ut hanc Provinciam subiret. Sic enim ex infestis infestissimos sibi universos redderet, ut ita concitatis animis id adversus eu celerius exequerentur, quod instituunt et moliuntur.

Ipse vero discessu suo, no solu tras suas hostibus exponeret, sed etiā et Regnu hoc in magnas hostilitates et turbas adduceret, Nemo est em qui non consideraret hoc fctm sciencia et voluntate Mtis suae Regiae. Prout iam multa eiusmodi suspiciatur, et palam iam Mti suae et hmi Regno, omnia hostilia minantur.

Sed et si vellet ipse dn: Dux hoc officium et munus subire non censet Mtas sua, id vel in tempore fieri posse, vel adeo, ut videtur ex re Sexmi dni Regis Ungariae futurum. praesertim si ita, ut illius Mtas postulat cum sexingentis Cathefractis, et tormentis bellicis venire ad illius Mtem deberet. Nam neqꝫ ille, tam cito ut res exigit, se expedire posset, Neqꝫ alios milites qꝫ Germanos conduceret, quibus qꝫ recte congruat, cu Vris, antqꝫ illis fidens esset, Vra d. satis intelligit.

Et Proinde censet Mtas sua potius de aliquo alio Capitaneo pro re et ipe magis cōmodo, qꝫ de ipso dnō Duce cogitandum. Veru tn si omnino videtur Vrae d. vel illu induci posse, ut munus hoc subeat, vel vobis ex usu futurum, permittit Mtas sua, ut illum ipsa adeat, et cu illo nomine Sexmi Regis sui tractet et loquatur.

82

Nam non videtur M^ti suae consultu, ut ipsa operam et Consilium suum ad hanc rem interponat, ne et aperta sibi hostilitatem conflaret, et postea aut Ser^mus Rex Ungariae, si ductu illius, res sua minus recte succederet, M^ti suae imputaret, Aut ipse d^nus Dux, si se absente, domi iactura aliqua et discrimen subiret, eius M^tem inculpare posset,

Hec est sentencia M^tis suae Regiae quo ad Capitaneum, de alius rebus et suppecijs M^tas sua alijs Collegis d. V^rae evestigio videre dignabitur, cuprim res suas domesticas unde ille manere debet cum subditis suis transegerit

Responsum a Sigismundo primo Rege Polonie Francisco de Frangepanibus Archiepo Colocen et Stefano Verbetio Cancellario Oratoribus Ioannis Regis Ungarie. Dat Pietrkouie in Conuentu generali. 1528

Maluisset sacra M^tas Regia, aliquid aliud, de rebus Ungaricis, quam bellum intestinum, et criminaciones indignas audire, Et proinde uti hec non placent M^ti suae, ita ita et dolet ex animo istis modis rem agi, et aures fidemque huiusmodi Criminationibus minime accomodat, et praesertim cum satis cognitam et perspectam habeat virtutem et Pietatem erga relligionem Ser^mi d^ni Regis Ungariae neque illum hac parte vitae vituperari posse,

Non sint igr vrae d. de hac re solliciti, Nam hmoi Criminaciones neque existimacionem, neque amorem Mtis suae erga ipsum Sermum d. Regem Vngariae quidque minutare vel minuere vnque poterunt.

Responsum a Sigismundo rege Polonie Stefano Broderico Epo Sirmiensi oratori Joannis regis:

Brodericus egritudine in itinere in Polonia correptus Leopoli substiterat: et non potuit simul cum Colocensi et Verbetio ad regem venire. Convalescens tandem venit ad Collegas petrocoviam: et regem salutavit: et hoc responsum accepit.

Sacra Mtas Regia, Rme dne, Nota huius virtute et merita d. vrae Rme, que non solum erga Sermum olim Nepotem suum, dum Ludovicum Vngariae et Bohemiae Regem, sed etiam erga Mtem suam Regiam, cum Romae, tum vero alibi exhibuit, et ~~videlicet~~ indoluit ex animo eius adversae valetudini que illi in Regno suo contigerat, et rursus videt libentissime d. vram Rmam convaluisse, et tandem huc ad se venisse, Que aut noie Serenissimi dni Regis Vngariae retulit, audivit et intellexit abunde omnia sua Mtas, et brevi cum paululum adhuc super his deliberavit vrae D. et aliis dominis Collegis eius respondere dignabitur.

Responsum a Sigismundo primo Rege Polonie. Archiepo Colocen Broderico Epo Sirmien. Verbetio Cancellario Oratoribus Ioannis regis Ungarie. Dat Piotrkouie in Comiciis regni 1528.

Sacra Mtas Regia Rmi dni: Meminit quidem necessitudinis et affinitatis, que illi cum Sermo dno Rege Ungariae Rege interc.cedit. Meminit item communium federum horu regnoru, considerat plane quod fortuna et successus unius regni communis esse videtur utriusqz. ac proinde cupit et optat ex animo Mtas sua regia, ut ipsi Serenissimo dno Regi et regno Ungariae omnia prospere et feliciter succedant non secus quam sibi ipsi et Regno suo proprio

Verum quod ad suppetias illius Mti ferendas attinet, cogitauit et consultauit hactenus secum, et cum subditis suis Mtas quo pacto posset illius Mti non deesse, eaqz fuit causa, quod tantisper hic vras Rmas do. retinuit. Non potuit aut Mtas sua ullum modum vel rationem inuenire dandi suppecias illius Mti, inprimis propter urgens domesticum periculum, quod, ut Mtas sua ab exploratoribus suis didicit, imminet huic Regno a Turcis et Tartaris, qui sese ad inuadendum illud ipso primo vere, modis omnibus accingunt.

Deinde cum Mtas sua et Regnum hoc suum, fœdus habeat cum Regno Ungarie, et illud, quod dictu est dolendum, et duos Reges habet, et bifariam scissum est, Si Mtas sua uni parti suppecias

ferret cum altera adversus fœdus agere videretur, cum vtraq; pars sibi ius, sibi Regnum et dominium totum, vendicat.

Porro non censuit ab initio, neq; etiamnum censet M[aies]tas sua esse Christiani Principis nedum vtriq; parti necessitudine iuncti miscere se bello tam funesto et exiciabili, proindeq; ita secum statuit neutri parti quo ad bellum, vtriq; vero quo ad pacem et concordiam adesse. quod institutum suum cum iam alias vtriq; parti declaravit, et alteri etiam sese obstrinxit non est illi iam nunc integrum contra fidem et bonam existimationem suam quicquam aliter agere

Postulat itaq; M[aies]tas sua à v[est]ris R[everendissi]mis D. vt illius M[aies]ti has iustissimas rationes declarare et M[aiesta]tem suam excusare velint, cum autem M[aies]tas certissimum habet documentum quod Imperator Thurcorum constituerit omnino primum Vngarie deinde etiam hoc Regnum occupare, rogat et obtestatur M[aies]tas sua Ser[enissi]mum dominum Regem Vngarie rationem habere dignetur illius M[aies]tas tanti discriminis sui ipsius et patrie sue, perpendat vires suas ad tot talesq; hostium impetus reprimendos, non inurat hanc notam perpetuam nomini suo si per illam Regnum tam Nobile interire et in potestatem inimicissimi hostis venire deberet.



Disquirat adhuc secum illius M[aies]tas modos et condiciones aliquas pacis et concordie cum Ser[enissi]mo Rege Ferdinando, vt vnitis viribus tanto discrimini occurri possit, qua in re offert M[aies]tas sua illi omnem operam studium et facultatem suam, alioquin videre videtur M[aies]tas sua vt isti duo Reges pergent diutius inter se digladiare, tercius superveniens vtrumq; excludat, et Regnum intereat. Itaq; rogat etiam atq; etiam M[aies]tas sua vt si quid adhuc salutis reperire potest, cogitare secum illius M[aies]tas et significare eius M[aies]ti dignetur. non gravabitur enim id omne facere

M^tas sua quodcumque oportunum videbitur ad statum ill^mis M^tis et Regnum Ungarie saluandum et dissidia inter ipsa honestis mediis componenda

Cum autem M^tas Regia plane videat Regnum Ungarie sub hac controuersia in preceps ire, et interest M^ti sue ex venti vicino pariete prouidere, statuit iterum apud vtrumque Regem concordiam per Oratores suos tentare, rogat plurimum M^tas sua vras R^mas D. cum ad Ser^mum Regem suum redibunt, persuaderent illi vt potius quaslibet alias condiciones pacis ineat, quam vt se et Regnum suum vel ad interitum vel ad aliquam indignam seruitutem redigat, permouerunt enim multum eius M^tem verba nouissima vrarum R^marum D. de instituto Principis sui, nam si illius M^tas aliquid committeret, quod et minime congrueret Regi Chriano, et in discrimen vniuersam rempublicam Christianam secum traheret, quod premium a deo: et quale nomen apud posteros sibi compararet vre R^me dnes secum expendant, et proinde persuadeant eius M^ti modis omnibus vt huiusmodi funestas raciones in animum suum non inducat, sed illa que pacis et salutis sunt pocius sectetur.

Responsum a Sigismundo Rege Polonie Oratoribus Regis Ferdinandi datum 20 febr 1528 Petrcou

Sacra M^tas Regia R^ndi et Mag^ci domini quemadmodum alias semper curauit modis omnibus omnia quecumque potuit fraterna officia cum erga Caesaream M^tem tum eciam erga Ser^mum dominum Ungarie et Bohemie Regem exhibere

ita et nunc M.tas sua memor necessitudinis et beniuolentiae mutuae, quae illi cum M.tibus suis intercedit quicquid praestare poterit officii sui erga ipsum Ser.mum D. Regem Ferdinandum id factura est quamlibentissime.

Et quod ad rem Ungaricam attinet, iam alias illius M.tas satis cognouit desiderium et consilium M.tis suae, ad eam ipsam rem aliquibus aliis modis potius quam armis transigendam. idque non priuato aliquo affectu: aut quod impedire vellet ius ac institutum illius M.tis: sed quod maxime verebatur, ne Regno illo satis alioquin fracto et calamitoso, duobus inter se digladiantibus, tercius superueniens communis omnium hostis tanto facilius illud totum occuparet. Et quidem si Regnum ipsum longius abesset nihil ea res M.tem suam permoueret, nunc cum utrumque hoc Regnum sibi inuicem parietes sunt, communisque est fortuna utriusque, ac ut M.tas sua ab exploratoribus suis didicit, quanto apparatu ipse communis hostis accingit se ad Regnum ipsum Ungariae occupandum non potest non curare et maxima sollicitudine distineri M.tas sua de statu ipsius Regni conseruando, eaque fuit causa quod M.tas sua hactenus concordiam suadebat et illam magno etiam impendio suo tractari curabat.

Itaque et nunc rogat et obtestatur M.tas sua Ser.mum dominum Regem Ferdinandum fraterno et integerrimo animo perpendere secum dignetur illius M.tas, presentem reipublicae Christianae statum turbatissimum, consideret vires Regni Ungariae fractas et collapsas, metiatur inimici nominis Christiani magnitudinem et vicinitatem, disquirat secum eius M.tas si aliquis adhuc modus inueniri posset pacis et concordiae. In eo negocio offert M.tas

sua omnem curam et operam suam, nam et victi in rebus desperatis non minorem plerumque ruinam adducere solent quam si victores essent.

Quod autem illius Mtas postulat ut Mtas sua non prestaret ullum subsidium adversario suo id Mtas sua hactenus modis omnibus curavit ne se bello tam funesto misceret, neve cum Regnum Ungarie sit secum et cum Regno suo dudum confederatum sitque nunc in se scissum et divisum si unam partem iuvaret cum altera fedus infringere videretur, atque hec utique satis rationis habent, si tamen maxime liceret Mti sue alterutri parti suppecias ferre, nequaquam id prestare posset Mtas sua tot assidue domesticis bellis et necessitatibus exposita. et proinde non est opus adeo postulare illius autem ut adversario suo nullum auxilium Mtas sua prebeat, nam id facere neque sibi licere putat neque si liceret prestare posset. nollet tamen illius Mti ullo modo aliqua in re incommodare. cui pre omnibus favet ex animo non secus quam filio suo successus quam foeliciss[i]mos.

Quod autem ad dominum Marschalcum Curie attinet questus est ille vicissim graviter de Civibus Bardeioviensibus quod cum ex prefectura sua Scepusien[si] rediret ad Russiam, et iter illi per Ungariam commodius esset et compendiosius, Cives Bardiovien[ses] insidias illi in via libera, et in locis angustis locaverunt, aliquot centena peditu[m] cum pixidibus et aliis bellicis instrumentis qui ipsum dominu[m] Marschalcum nichil tale suspicantem, et qui nullam unquam hostilitatis causam vel signum illis prebuit, adorti sunt ex improviso, et plerosque viros Nobiles ex suis partim occiderunt

partim etiam vulneraverunt ipseqz nisi animo presenti et Singu:
lari dexteritate sua se tutatus fuisset in summum discrimen
adduci potuisset. unde Nobilitas huius Regni, et presertim illi
finitimi adeo sunt commoti et exacerbati, ut nisi Mtas Regia
illos severo edicto continuisset, iam hactenus aliqua gra:
vis vindicta et perturbatio sequuta fuisset, et fatetur quidē
ipse d. Marschalcus cum illud iter faceret comitem sibi con:
tigisse Oratorem Regis Christiani quem neqz à se repellere
illi licebat, neqz si maxime licuisset, aliquid hinc sinistri sus:
picabatur, cum iure gentium Legati non solum Principum
Christianorum, sed etiam infidelium et inimicorum ubiqz tuti
sunt et immunes, quare cum ipse dominus Marschalcus hac
gravissimam iniuriam suam retulerit in Mtem Regiam, et
Mtas sua pollicita est illi providere de sarcienda hac eius in:
iuria, rogat plurimum Mtas sua Sermum dominum Regem
Ferdinandum ut illius Mtas ipsos Cives Bardiovien co:
hercere, et ipsi domino Marschalco iusticiam cum illis mi:
nistrare dignetur, Interim Mtas sua mandabit ut omnibus
subditis illius Mtis ex Regno Ungarie liceat versari li:
bere et secure in hoc Regno Mtis sue preter Bardiovien, vere:
tur enim Mtas sua ne se absente consanguinei et amici eo:
rum Nobilium quos illi trucidarunt, cum eos viderent apud
se versari, dolore commoti aliquid hostile in illos committerent.
presertim ut sunt plerique non possessionati quos coherceri di:
fficilimum esset, et proinde censet Mtas sua ut ipsi Bar:
diovien contineant se tantisper à commercio in hoc Regno,
donec animi Nobilium exulcerati mitescant, et iusticia dno
Marschalco ministretur.

De conclusione itineris in Slesiam iam alias significavit Mtas
sua Sermo domino Regi Ferdinando causas propter quas
coacta fuit hoc iter occludere et prohibere, nempe ob iussionē

monete Swidnicen ad instar monete huius Regni in collu:
sionem subditorum Mtis sue et summum regni detrimentum,
deinde propter Lutheranismum in Slesia vigentem, quo nollet
eius Mtas subditos suos per commercia illorum hominum
corrumpi, quas rationes iustissimas ipse Sermus dominus
Rex Ferdinandus aprobauerat, et in eam partem accepe:
rat. cum itaqz et moneta Swidnicen eciamnum cum titulo
Sermi olim Regis Lodouici quod profecto indignissimum
est cudatur, data opera in maximum damnum huius regni,
et Lutheranismus nichilominus viget vt prius, neqz edicta
Regia quicqz prosunt, non est integrum et licitum Mti sue
nisi cessantibus ipsis causis et repenso regni damno edictum
suum et occlusionem vie in Slesiam relaxare, nam quod
ad cussionem noue monete attinet, que in his dominiis
vtriusqz Mtis in gradu et valore conueniret Mtas sua
iam cudere cepit nouam monetam sibi et regno suo com:
petentem, quam illi iam citra magnam iacturam mutare
non licet

Quod ad rem Moschouiticam attinet, agit et habet immensas
gratias Sacra Mtas Regia cum Cesaree Mti, tum ecia Sermo
domino Regi Ferdinando, de hac cura et studio componende
pacis, inter Mtem suam et illum Ducem, quam tametsi ille
ex re sua et facere et seruare solet, suumqz inde commodum
magis metitur quam operam et auctoritatem tantorum Prin:
cipum: tamen est hec opera Mtum suarum tam sedula et
fraterna, eius Mti multo gratissima, quam illis vicissim
omnibus fraternis officiis semper referre curabit .

De Ducatu Masouie nunqz sibi persuaderi passa est Mtas sua

quod Ser^mus dominus Rex Ferdinandus aliquid adversus M^tem suam et hoc Regnum committere deberet, cum nulli incognitu sit, cum ipsum Ducatum esse corpus et hereditatem regni Polonie neqz ad alium q ad M^tem suam et Regnum hoc non solum iure feudi sed eciam iure hereditario pertinere.

Quod Ser^mus dominus Rex Ferdinandus cupiat affinitatem inter filiam suam et filium M^tis Regie inire, est M^ti sue multo qz dici potest gratissimum, annuitqz M^tas sua tam libenter qz quod maxime huic instituto de affinitate ipsa contrahenda, quam M^tas sua curabit, omni studio integram et inviolatam conservare

Offert demum M^tas sua se liberos Regnum Dominia et facultates suas ipsi Ser^mo domino Regi Ferdinando ad omnia officia que a M^te sua possunt, prestanda, et se illi vti fratri et tanqz filio char^mo in amorem commendat

Inhibitio ne Poloni exeant e regno ad externam miliciam.

Sigismundus Primus Rex Polonie
Capitaneis Regni

MAg^ce sincere nobis dilecte. Vt alias semper ita et nunc sedulo nobis significant Speculatores nri viri diligentes et vigilantissi hii quos in finibus regni nostri in excubiis semper habemus, Thartaros continuos hostes nostros, nunqz (q nunc) antea maioribus et Copiis et vi atqz apparatu irruptionem in regnu et Dominia nostra facere statuisse, Et quamvis nos habeamus in terris nris Russie certum exercitum nouissime conscriptu quia tamen opus nimirum erit maiore aliqua nobis potentia ad propulsandum impetum tante multitudinis, itaqz ne Regnicole nostri, quos forte latet tam subitanea necessitas publica, interim ex Regno nostro aliquo militatum discedant patria

vacuam relicturi, Commisimus tue Sti mandans, ut visis pre:
sentibus lris nris, mox publice et propalam proclamari man:
det foris et congregationibus populi per omnes Ciuitates et
Oppida sui Capitaneatus serio edicens vniuersis et singulis
subditis nris Status cuiuscumque precipue vero possessionatis
vt exire aut proficisci non audeant quoque de Regno nostro.
sed se omnes domi contineant sub amissione bonorum suorum
omnium nec aliter facturi pro gratia nra ex Cracouia

Sigismundo de Erberstein. orri Regis Ferdinandi

Sigismundus primus Rex Polonie

MAgce sincere nobis dilecte. Non sumus immemores mã:
dare omnibus subditis nris qui aliquas possessiones habẽt
vt se domi sue contineant et nemo extra Regnum nostrum
quopiam exire audeat et si qui interim exiuerint preter
voluntatem nostram vt rursus ad domos suos redeant sub
priuatione omnium bonorum suorum iamque lras super ea re
inhibitorias scribi iussimus que breui vna cum aliis edi:
ctis nris et decretis Conuentus preteriti in omnibus Dis:
trictibus et Capitaneatibus regni nostri publicabuntur -
et de hoc nichil dubitet tua Stas nam id quod facere
polliciti sumus prestare et exequi constanter et sine vlla mora
curabimus bene valeat tua S. Dat in Radom die S.
Marci Anno domini

Sigismundo de Erberstein oratori
Regis Ferdinandi

Petrus Tomiczki Eps Crac
Regni Poloniae Vicecancell

Magce domine amice charme et honorandi. Non miretur vra D. quod hactenus lrae regiae inhibitoriae ne quispiam extra Regnum ad miliciam transire audeat non sunt edite neqz publicate hoc tempore quo ex Petrkovia discessimus, Scribae et Notarii mei scribunt die et nocte Decreta et edicta Conventus generalis preteriti, que tamen ad hoc tempus perficere et finire non potuerunt, dominus namqz Castellanus Crac Regni Cancellarius secessit ad possessiones et in me solum totam molem et sarcinam omnium expedicionum reiecit quem tn equum erat partem illarum in se assumere, certo autem credat vra D. qd intra aliquot dies omnia fient et in executionem ponentur que Mtas domini mei facturam se recepit et promisit, et de hoc nihil dubitet vra Do. negotium domini Gersdorff ita se habet, donauit illi Mtas Regia partem census sui annui quem ei pendere solent Judei in Ciuitate Leopolien commorantes, Quia vero eadem Leopolien Ciuitas aestate preterita tota conflagrauit et propter ingens damnu incolis illius tam Cbrianis qz Armenis et Judeis illatum fecit eos Mtas sua liberos et inmunes a quibuslibet censibus et contribucionibus ordinariis et extraordinariis soluendis equum est vt D. Gersdorff habeat rationem calamitatis illorum et boni consulat quoad libertas illis concessa expirauerit bene valeat vra Dio et nos diligat Datum

Iosto Lodouico Decio Consuli Crac

Petrus Tomirius Eps Crac. Vicecancell.

Nobilis et egregie domine amice charme dudum scripte et parate sunt lre de transcudenda et cambienda moneta Swidnicen et date ad Mgcum dominum Thesaurarium qui haud dubie illas vel misit iam ad vos, vel mittet propediem

Responsum Gdanensibus a rege

Non videtur verisimile Sacre Mti Regie quod gentes pro pecunia Regis Dacie Cristierni conducte, pretermissa Regia Ciuitate illius que oppugnatur et in qua tanta Status eius momenta consistunt, ad oppugnandam Ciuitatem Gdanen et terras Mtis sue regie induci deberent, presertim hoc tempore quod bello minime congruit et inducijs Stantibus :

Tamen Mtas sua singularem habens respectum semper ad Ciuitatem Gdanen et eius bonum Statum, expedire illuc dignabitur aliquos viros rei bellice peritos quorum opera et consilio Ciuitas oportuno modo prouideri possit et vbi Mtas sua intelliget proficisci gentes aliquas ad eam oppugnandam, e vestigio et presidia necessaria mittet, et ipsi Ciuitati nullis modis deesse dignabitur.

Curabunt vero interim Ciues vri vt omnia hostium molimina diligenter explorare curent et ex certis documentis non rumoribus vulgi reddant Mtem suam certiorem de hijs quecunque intellexerint ipsique domi omnem necessariam prouisionem faciant ne quid insperatum accedat

Curent preterea mandata Mtis sue regie super luteranismo omni studio exequi et eam pestem eliminare que fidem erga deum, et superiores obedienciam extinguit nam ad motu et mutacionem relligionis moveri et mutari solent respub: ne per iram dei et insolenciam vulgi, eciam si nullus sit ex: ternus hostis. Civitas in discrimen veniat et presertim re: ctores in quos potissimum hoc malum redundare solet

Rex absoluto Conventu Piotrkovien' iuit ad Radom. ad Reginam et illic duas Septimanas commoratus iuit ad Lithuaniam

MAg^ce sincere nobis dilecte. Et res ipsa id exposcere videtur et tu frequentibus peticionibus tuis summo studio à nobis con: tendisti, vt tam diuturne istic more et imbecille valetudinis tue racionem haberemus, teqz isthinc reuocaremus, satisfe: cisti tu quidem nobis isthic existens, fide et studio tuo, nec quicq superest quod in curandis isthic negocijs nris à te nobis pres: titum non esset, Quocirca reuocamus te isthinc volumusqz vt visis hijs nris lris isthinc te qz honorificentius et comodiq potes absoluas et huc ad nos recipias, Quo qz tibi per tot ge: tes et populos ituro securior transitus pateat, Mittimus tibi li: teras nras publice fidei, Scripsimus item ad Sermu et Chri: stianissimum dominum Francoru Regem, rogantes illius Mtez vt eciam lris suis liberum ac securum commeatum per Regnu et dicionem suam tibi concederet, Quoniam Mare et Naui: gationem te vehementer perhorrescere ex literis tuis intelleximus. Sed ne in Curia Cesaree Mtis desit qui res nras que forsan posthac emergere possunt curaret, mittimus istuc in lo: cum tuum Venerabilem Joannem Leuitium Cantorem Plo: cen Notarium nostrum et Ser^me Coniugis nre domine Re: gine, Mandamusqz tibi vt eum de rebus nris quas istic egisti et prout eas reliquisti doceas, desqz operam, vt simul Cesaree Mti simul domino Cancellario magno, atqz alijs quibus cum no: tu esse eius referre arbitraberis notum efficias. facturi pro fide tua et gratia nra Dat in Radom die XXviii Februarij Anno domini M^o D XXviii^o Regni nri anno XXii

Petro Tomicio Epo Crac. Vicecancell.

Andreas Cricius Eps Ploceñ

Rme mi domine Scripsi ea que videntur oportune responden: da ad generalia, que vrę Rme Dni mitto. Ceterum cum dominus Brodericus egit mecum multa cum quodam pudore et tristicia de instituto manendi in isto regno nro, donec tragedia hec finietur, et de egestate sua: ego nesciui aliud respondere ho: mini mihi veteri amicicia iuncto, nisi id quod fides et ius ami: cicię postulat, obtuli illi si aliter fieri non posset mansionem in bonis meis quod illi visum fuerit, et profecto tales homines nō solum ex regno amico et benemeritos, sed eciam ex hostili terra vt ex Moschouia et Valachia quę huc se per aduersam for: tunam recipiunt solet Mtas regia prouidere, itaqz oro de hac re faciat me Rma D. vrā de sentencia sua cerciorem. Ego febricula et dolore capitis ita affligor, vt domo exire ne: quaqz possim

Petrus Tomicius Eps Cracouien Vicecancellar Chrofero de Schidlowiec Castellano et Capito Cracouien & Regni Polonie Cancellario

Magce domine, domine et amice honoranme. Mitto Mgcie vre acta et Decreta nouissime preteriti Conuentus Piotrkoui:ensis, a me hic non sine magna animi et corporis molestia re:collecta perscripta et in ordinem redacta, equum erat Mgciam vram pro debito officii sui, eciam in partem laboris huius concedere, sed cum id oneris ad me vnius egroti et fatigati humeros delatum est non indulsi in hoc valetudini mee qua affectus sum, quin omnem hunc laborem solus exhausi et maior extat adhuc exantlandus in conscribendis Instructionibus lega:cionum ad Imperatorem Thurcarum, ad Conuentum Imperii, ad Sermos Ferdmandum et Joannem Hungarie Reges, et ad Conuentum Varschemensem + Regia Mtas post quadriduu se hinc mouere deliberauit ita mihi heri se de ea re interro:ganti respondit, nec dubito aliquid eiusmodi obtingere quo sue Mtis propositum remorari possit / Consensum bona Czirm:no ab heredibus domini Ratislai tempore suo redimendi haud ut grauatim a sua Mte obtinui, tamen de collacione Tri:bunatus Costinensis Mgcie vre conferendo nonnihil heret sua Mtas, vult quippe personam eam ad quam tale officium petitur sibi nominari, propterea quod eiusmodi officia no nisi hominibus ad ea aptis et non multas possessiones haben:tibus conferrentur Quare videtur michi necessarium fore ad eam rem obtinendam vt M. vra lris suis personam cui id officium fauet designet Imox post discessum Mtis sue hinc

+ est supra

ego quoq; me ad possessiones Epatus mei conferam et vires continuis vigiliis et laboribus attenuatas (si deus concedet) reficiam, reliquaq; valetudinis curabo quod et Mgciam vram etiam facturam non dubito Quam rogo plurimum mittere ad me velit per aliquem qui se offeret certum Nunctium primam partem Chronice seu annalium quos dominus olim Dlugosch conscripsit. Et valere vram Mgciam cum dna Coniuge et liberis suis q diutissime et foelicissime desidero eiq; me ex animo commendo

Ioannes Rex Vngarie
Sigismundo primo regi Polonie.

SErme Princeps affinis et tanq; pater nr charme. Reddidit nobis litteras Mtis vre eius Cubicularius Quibus Mtas vra commendat nobis rem Jacobi Thornalii per nos detenti petitq; vt eum liberum dimitteremus tum ob seruitutem fidelem Quam Magnificus Siluester de Ozarow vre Mtis Succammerarius zc eidem exhibet, tum ob innocenciam eiusdem Jacobi, vtpote qui res et liberos suos in regna Mtis vre mittere voluerit quo nobis melius seruire posset. Sciat Mtas vra commendationem eius maximi apud nos esse momenti, ita vt michil sit ita arduum quod nos intuitu Mtis vre facere nolimus. Nec Jacobo parum profuisset commendacio Mtis vre quantumuis nocenti, si contra datam fidem fuga pocius q innocencia sibi salutē non quesiuisset, pecunias et Suppellectilem aliquam argenteam Scimus eum in Regnum Mtis vre misisse Quid autem de liberis et de aliis rebus suis agere voluerit id q nobis plane constat. Quod et causam eius detencionis pluribus scribere non videtur. Cum id Joannes Stati:

lius Prepositus satis clare Mti vre de nra voluntate decla:
rauit: hoc tamen Mtas vra nouerit nos ipsum Jacobum since:
ro affectu et dilexisse et ditasse et eius animi erga eum fuisse
vt ad maiora eum promoueremus Sed ea gratitudine omnia
nobis rependit vt coacti fuerimus id agere quod fecimus
nan inhiantes eius Thesauris (vt falso quidam dicunt) nam
id a nobis valde alienum est. dolemus ex animo quod non sit
nobis integrum declarare, quem fructum ipse Jacobus po:
tuisset ex intercessione Mtis vre percipere. Sed si resipisce:
re voluerit et sui ipsius non oblitus ac nre gratie se subiece:
rit senciet magnum commodum se ex Mte vra percepisse: et
Mtem vram vt patrem nostrum charmum vnacum charmis
liberis diu et foeliciter valere optamus Datum in Debreczen die
Quinta mensis Februarii Anno domini M°. D°. XXviii Re:
gnorum vero nrorum Anno secundo

Andreas Cricius Eps Plocen.
Petro Tomicio Epo Cracovien.
& Regni Polonie Vicecancell.o.

R.me mi domine. Mitto hec egre et tumultuarie scripta
que in presens magis necessaria videntur reliqua ex Volborz
mittam et que deinceps commiserit exequar sedulo ut debeo
dominus Brodericus vult hinc recta post expedicionem sua
ad me proficisci cum ut sarcinis vacuum posset dominus Ca:
pitaneus commodius et honestius in Plockam deducere, illic
vero in Polthowsko per Officiales meos facillime conduce:
tur, dignetur itaq R.ma D.o vra domino Capitaneo
Plocen de hac re verbum aliquod facere Me R.me D.ni
vre humiliter commendo etc.

Legatio a Sigismundo primo rege Polonie ad Joannem Regem Vngarie. quam Dominus Stanislaus Tarlo Canonicus Secretarius obiuit

Rex Joannes tunc erat in Tarnow infelicitate fati, extrudere Vngaria coactus.

Orator premissis que de more premittenda videbuntur dicet

Non esse ignotum Ser^mo^ Regi quanto studio ac diligentia quesiuerit Regia Mtas ab eo tempore, quo Ser^mus^ Rex sit ad culmen Regii fastigii euectus, modum quo sua Mtas potuerit Regnum illud pacifice possidere: et cum Ser^mo^ Rege Ferdinando aduersario suo, perque optimis et facillimis condicionibus concordare, atque in hoc Mtem Regiam, non cure ac labori suo et suorum, non expensis satis grauibus pepercisse. Que licet omnia malo quodam fato videat aliter quam optabat cecidisse, et rem in eum statum esse adductam, vt ferro per multos menses inter suam Mtem et Regem Ferdinandum decertatum sit, cum maximo Regni illius miserrimi detrimento: illiusque Mtem aduersario suo cedere et Regno suo abire coactam esse, se tamen, ne quid penitus omittat, quod pro salute reipublice Christiane, pro honore et commodo sue Mtis facere possit: Statuisse rursum vtrumque Regem tentare, si qua inter eos pax et concordia fieri possit, et iam hunc nouissimum tot suis prioribus laboribus actum superaddere. Quod si quid proficiat in commune se publico tocius Christiane reipu

nomine sibi vehementissime gratulaturam et deo ac Regibus ipsis gracias acturam, sin minus deploraturam se perpetuo miseræ Hungariæ, alterius patriæ suæ, ac tocius Christiani nominis infelicem sortem

Misisse igitur dicat dominus Orator huius rei gracia, ad vtrumque regem, cum diligentissimis mandatis, se ad suam Maiestatem, alterum eodem tempore ad Regem Ferdinandum esse missum, vtrumque ad pacem si qua eius adhuc spes superest suadendam.

Motam autem esse Regiam Maiestatem ad hoc, tum amore quo Regem vtrumque et eorum commoda et honorem prosequatur: et quo Christianæ reipublicæ recte prospectum esse velit, tum quod intelligat pro certo Thurcum facere pro estate futura, maximos apparatus, maiores eciam, quam tunc fecerit quando Serenissimus olim Rex Ludouicus Nepos Regiæ Maiestatis interiit. inuasurum omnino hoc anno et occupaturum Hungariam hec sibi ab eo esse nunciata, cui et constent consilia et acta Caesaris Thurcorum, et soleat suæ Maiestati non nisi veritatem nunciare

Mtem [i. Joannis] Serenissimi Regis scire, quales sibi [i. Regi Polo.] sint cum Thurco intelligenciæ et tractatus, hoc vnum sibi compertum esse, qualescunque illi sint, et quicquid suæ Maiestati Thurcus promittat, si quidem aliquid promittit, parum esse promissis illius fidendum, eciam si omnia tutissima ac securissima polliceatur, verendum esse, ne dum fingat se venire in auxilium, veniat in exicium. Quod si eciam prestet nunc, quod pollicetur, paulo tamen post grauem fore et intolerabilem eius

amicitiam et tam sue Mti Regnoqz Ungarie quam aliis vicinis Regnis perniciosam, presertim huius moderni Imperatoris Thurcorum, quem omnes maiores suos belli gloria, faelicitate, et rerum gestarum magnitudine supergressum verisimile est. Nichil aliud nisi tocius Christiani Orbis Imperium animo agitare, qui si quid promiserit tam diu duntaxat seruabit quousqz ei commodum videbitur, his artibus maiores eius peperisse magna ex parte quicquid habent presertim in Europa

Quod si Rex Hungarie nullam habeat cum eo vel fortasse incertam adhuc, atqz ambiguam intelligenciam, tanto magis periculosum esse dicat Orator ex illius nutu et arbitrio pendere, qui sit Christianorum omnium ex professo hostis, cuius in Christianos crudelitas si vnqz alibi, nunc certe in Hungaria maxime apparet. Itaqz Serenissimus Rex diligenter animo perpendat, quid agat: quales cum eo tractatus habeat: Mtem regiam ea tantum consulere que sibi optima et tam honori ac saluti Mtis sue, quam conseruacioni Hungarie et relique Christianitatis videantur esse accommodata, melius esse quocunqz se habeant res sue Mtis cum Thurco per aliquas pacis condiciones cum Christiano potius aduersario concordare quam hostem illum teterimum in rempublicam Christianam inducere, et causam prebere alicuius magni mali, quod nunc fortasse neqz sua Mtas, neqz alii tam facile considerare possunt, erunt qui ea, que ex hoc sequi possunt Ferdinando Regi sed non deerunt, qui et sue Mti ascribant. Que, cum videret tantas regni Hungarie, et tam recentes ruinas, campis omnibus et Oppidis, ac Villis adhuc recenti cruore madentibus, et humanis cadaueribus plenis, susceperit Regnum, tutatu difficillimum, non expectato quod illi dicunt consueto ac legittio

omni Conventu precipitancius fortasse quam in tali casu fieri debuisset, regno iam tunc in diversas partes scisso. Non ignara se geminum habituram hostem, et utrunque potentissimum, et fieri posse ut qui in hunc modum fuerint Maiestatis sue maturam obedienciam sequuti, non difficiles essent data occasione a sua Maiestate recessuri. Quod tamen ipsum licet non dubitet Maiestas regia Regem Joannem optimis de causis et optimo animo fecisse, non deesse tamen eciam ex amicis sue Maiestatis et fautoribus, qui hec non usquequaque probent.

Oratores sue Maiestatis (Joannis) tam in Conventu Olomucensi quam in Piotrcoviensi diligentissime egisse causam sue Maiestatis, multa adduxisse pro cause eius iustificacione, sed adversarium adhuc perstare in sua Maiestate eo nomine criminanda, quod non liberis populorum suffragiis sit in Regem electa, sed per factiones illud occupare festinaverit. Cuius rei comprobande gracia ostentarunt eius Oratores literas quasdam Sigillo sue Maiestatis, et aliorum, qui cum sua Maiestate eo tempore in Thokai erant congregati obsignatas, minarum atrocissimarum plenas. Que licet Regia Maiestas non propterea commemoret quod rem adversarii velit per hoc facere firmiorem, vel rem sue Maiestatis invalidiorem, sed quod putat non defuturos, neque nunc deesse scit multos, qui quicquid incommodi ex his dissensionibus vel Regnum Hungarie vel alia Regna Christianitatis acceperint, id non solum Ferdinando, sed eciam sue Maiestati sint ob predictas causas ascripturi, sed sive uni sive alteri ex eis hec culpa ascribatur, illud erit perpetuo dolendum quod inter istas, duorum Regum pro regno Hungarie contenciones et mutuas in alterutrum culpe huius reiectiones regnum omnium que Europa habet nobilissimum ac ditissimum peribit, cum ingenti et apertissimo Regnorum aliorum

.ci vicinorum discrimine, peribit autem non Ferdinandi sed sue Mtis patria, et longe maiore sue Mtis quam Ferdinandi iactura, quippe cui non desint Hungaria amissa alie innumere et satis opulente provincie. Mtem autem suam quid aliud habere, sive regni sive patrimonii, nisi quod finibus Hungarie contineatur.

Itaque si Ser.mus Rex sana Mtis Regie consilia amplecti velit, considerabit etiam atque etiam quid faciat, et subibit potius quasvis cum adversario condiciones quam hanc vel iacturam, vel notam perdite patrie, et in tantum discrimen adducte universe reipublice Chrianę, nisi et in posteros suos recipiat. Misisse se quod supra dictum sit ad regem Ferdinandum, dedisse Oratori illuc misso accuratissima mandata, dare omnem operam, ut ille cum sua Mte concordiam aliquam tolerabilem ineat. Si tamen ab eo id impetrari ullomodo possit, agat dominus Or apud Ser.mum Joan. Regem ut omnia potius faciat quam ad istas extremitates veniat patrie tanto discrimini obiiciende, donet hoc quod faciet deo et eius Sacre religioni, veniat ad aliquas tolerabiles condiciones cum adversario suo ineundas. Non ponat autem sua Mtas spem magnam in Principibus amicis, videt illos ita occupatos in suis negociis ut negociis sue Mtis vacare non possint.

Credat sua Mtas id quod revera res se habet eo rem sue Mtis esse deductam, nisi deus miro aliquo modo aliter rebus sue Mtis prospexerit, ut se vix possit ab uno hoste nisi per alium hostem defendere, et eum quidem toto Christiano nomini infensissimum, ac propterea valde sue etiam Mti periculosum. Relinquat igitur amore dei sua Mtas has periculosas et non dignas Chriano Principe cogitaciones. Convertat potius eo animum unde possit oriri maximus honor sue Mti, et salus tocius reipublice Christiane. Quam rebus omnibus anteponat, et sit contenta armis depositis tractari inter se et adversarium suum

His et similibus in hanc tamen sentenciam coram Rege expositis, conetur dominus Orator omnino Regem in sentenciam Regie Mtis adducere

Q si viderit, quòd ita obscurum esse vix poterit, quin illud aliunde persentiscat, Regem spem habere in Thurci auxiliis, ac ea ob causam esse duriorem, ac in sentencia sua pertinaciorem, conetur tamen eum ab amicicia Thurci avellere quantum poterit illis que superius dicte sunt racionibus, et aliis siquas meliores proxei, et temporis qualitate reperire poterit

Agat eciam de his hisdem rebus, et in hanc ipsam sentenciam cum pocioribus Consiliariis Regis, cum Archiepiscopo Colocensi, cum Oratore Regis Christianissimi, cum Cancellario, cum Mgrō Curie, cum Episcopo Varadien, cum Joanne Statilio Preposito Buden sed inprimis cum Archiepō Colocen, et Oratore Regis Francie

Cæterum ubi Orator omnem in his diligenciam adhibuerit si viderit Regem, et suos omnino pertinaces, neque ad id quod sibi sit commissum ullomodo inclinabiles, Querat postremo à rege quid sit quod tandem sit Mtas sua ad hanc peticionem, et tot exhortaciones Regie Mtis pro salute publica, factura, ne cum nullo prorsus responso Orator redeat ad Regiam Mtem, et ut Mtas regia intellecta finali voluntate sue Mtis, et Regis Ferdinandi possit intelligere, Si quis adhuc modus sit pacis inter eos tractande, hoc omnino excipiat Or à Serm̄o Rege si nihil aliud obtinere poterit

Videretur etiam tentandus uterque rex, istis tamen actionibus premissis

si posset induci ad hanc causam arbitrio vel M^tis Regie vel cuiuscunque alterius non suspecti Iudicis submittendam, ad quod verisimile est Joannem Regem cum se totiens ad hoc sponte obtulerit non fore difficilem ista igitur actio magis ad Oratorem ad Ferdinandum mittendum pertinet. Orator tamen et iste qui ad Joannem vadit, dicat Joann Regi M^tem Regiam commisisse Oratori ad Ferdinandum misso, vt conetur eu ad hoc inducere, ad quod M^tem suam non dubitet esse paratissimam vt semper ab initio fuit

Postremo quicquid responsi à Rege Orator habuerit, offerat tamen ei M^tem Regiam ad omnia que pro honore, comodo et dignitate sue M^tis facere possit paratam, et similia, que in hanc sentenciam dicenda et offerenda videbuntur

Legatio a Sigismundo primo Rege Polonie ad Ferdinandum Vngarie Et Bohemie Regem : data Petro Opalemiczki Castellano Landensi

Premissis his que ad dicendam Salutem et declarandum fraternum amorem Mtis regie erga ipsum Sermum Regem Ferdinandum pertinent, rogabit imprimis dominus Orator, vt idem Sermus Rex persuasum habeat, quod quicquid hactenus cum illo Mtas regia per lras et Oratores suos in negocio Vngarico et de concordia cum eius aduersario ineunda egerit, id totum profi: cisci partim ex integerrimo amore quo illum complectitur eiqz omnia recte succedere optat, partim ex summa sollicitudine quam de communi omnium salute semper habet, cui quanta ex hoc intes: tino bello regni Hungarie ruina impendeat, et considerat ab inicio Mtas sua, et indies magis considerat.

Habet enim exploratissimum Mtas sua Imperatorem Thurcorum omnino decreuisse et sese viribus omnibus accingere ad Regnum ipsum Hungarie totum occupandum, et quamuis rumor sit illum suppecias aduersario illius Mtis laturum esse qui an verus sit incertum est. Quomodocunqz tamen res processerit non potest nisi toti reipublice Christiane summum discrimen afferre. siue enim Regnum ipse occupabit et tum aditum erit breui de reliquis vi: cinis regnis et dominiis, seu vero iuuabit aduersarium illius Mtis et tum eciam illum sibi ita deuinciet vt eo non obstante quocunqz velit in regiones Christianas libere grassari possit

Expenderet itaqz Mtas sua hostis istius vires opes apparatum bellicum, fortunam, vt res gestas, expenderet condicionem regni

Hungarie attritam et exhaustam, consideraret Statum Chrianoru
turbatissimum, reduceret in memoriam quot modis frustra à
tanto tempore expeditiō generalis contra hunc hostem tentata
fuit, quot Principes freti hac generali expeditione et subsidiis ex:
ternis se et Statum suum precipitarint, cuius rei exemplo esse ma:
nifesto, miserabilem olim Ladislai, nouissime vero Ludouici Regu
Patrui et Nepotis Mtis regie interitu, exemplo Rodon et Nan:
doralbam, aliaqz reipublice Chriane propugnacula, intra spem
et expectacionem subsidiorum intercepta, inducere velit adhuc
Mtas sua animum et raciones aliquas capere ineunde cum ad:
uersario suo concordie, ex qua vtiqz spes aliqua conseruandi re:
gni illius restare possit, nec putat Mtas sua eundem suum aduer:
sarium iam in toto debellatum esse, qꝫ è regno Hungarie profuge:
rit, non facile enim nomen illius delebitur ex animis Hunga:
rorum quibus et dilectissimus erat semper à cunis vsqz et summo
ipsorum fauore et consensu ad regium Culmen euectus, quin
qꝫ diu viuit poterit magnum negocium facessere Mti sue, et toti
reipublice Chriane, presertim fretus hiis auxiliis que sibi con:
ciliauit.

Maluisse quidem Mtem Regiam si res ex voto suo successisset, vt illius
Mtas Regno Hungarie tuto et pacifice potita fuisset, que illud sua
cum Cesarea Mtate amplitudine, commodius, quàm aliquis alius
defendere posset, verum cum ita sors tulit, vt res in scissionem et
arma venerit, verita fuisse ab inicio Mtem suam et vere:
ri in dies magis, ne tertius superueniens, bellum dirimat et
Regnum illud quod dudum inhiabat per eam commoditatem oc:
cupet, cum presentissima omnium vicinorum ruina.

Et proinde rogare et obtestarq Mtem suam, ipsum Sermu Regem,
Ferdinandum paterno amore, et animo integerrimo, vt illius Mtas

his omnibus que supra dicta sunt expensis, potiorem esse ducat communem reipublice Christiane salutem, que per pacem et concordiam adhuc seruari potest, quam dubii exitus plenumque maximi periculi bellum.

Misisse etiam eius Sanctitatem eam ob rem ad illius Maiestatis aduersarium his et multo acrioribus rationibus illum ad subeundas quascunque honestas conditiones pacis hortando, nihilque Sanctitatem suam pretermittere laboris et impendii quo ipsa pax et concordia confici possit. Quandoquidem plane videat ex huiusmodi bello ingens et sibi et toti reipublice Christiane discrimen imminere, alioquin si hec Sanctitatis sue opera et saluberrima consilia non profuerint, et casus aliquis interuenerit, testatum esse velle omnibus Regibus et Christianis Principibus, in opera et consilio suo nihil defuisse, omniaque mala que acciderent illis accepta ferre oporteret qui has preces, hec monita et consilia Sanctitatis sue neglexerint et obaudierint. Vnde, quantum apud deum premium et apud posteros laudem essent habituri, ipsi viderent. negotium hoc non esset adeo cordi Sanctitati sue, nisi bene cuperet ex animo ipsi Serenissimo Regi Ferdinando, et nisi sue et reipublice Christiane saluti recte consuli vellet, et proinde vt in eam partem hec monita illius Maiestas acciperet, erit omni studio roganda, nam non videtur ex re vtriusque Maiestatis et totius reipublice Christiane in negotio tam periculoso aliter quam sentiat, et quam instare videat, tam cum illa, quam etiam cum eius aduersario agere.

Si illius Maiestas persuaderi sibi patietur, vt pax et concordia tractetur, significandum erit extemplo Maiestati Regie, et Oratori Maiestatis sue apud Serenissimum Regem Joannem, vt super eo negotio quatenus agi deberet mutua intelligentia constitui posset. Sin minus, erit nihilominus responsum qualecunque exigendum, et Maiestati regie euestigio declarandum

In his autem et aliis omnibus, tam cum ipso Ser^mo Rege Fer-
dinando, quam etiam cum Principibus Germanie tractandis,
opus erit summa consideratione domini Oratoris ad omnes
euentus, et aleam partis vtriusque, exploranda studia homi-
num et apparatus, disquirendum quorsum res huius atque
illius partis inclinent. Si de Suppetiis à Thurco Regi
Joanni aliquid certi constabit, et Suppetie Germanorum
Regi Ferdinando more solito parabuntur, tum eo auda-
cius stimuli erunt ad concordiam addendi. Sin aliter, sermo
erit vt res et tempus docebit instituendus, vitando per oia
ne qua occasio dari possit ipsi Ser^mo Regi Ferdinando ali-
quid sinistri suspicandi de M^te Regia que illius M^tem sin-
cero et paterno amore complectitur neque aliorsum hanc con-
cordiam tractat et cupit, quàm ad honorem illius M^tis, et
reipublice Christiane Salutem et pacem, que ex ea ipsa concor-
dia maxima ex parte dependere videtur

Ad Principes Germanie Instructio . Opalenczkio data

Post dictam Salutem, et oblatas fidei litteras, dicendum. No[n] opus esse multis verbis declarare clades et calamitates reipub: lice Christiane, et impendencia indies magis pericula, cum hec mala eo vsqꝫ iam processerunt, vt nemo illa non videre, nemo non manu ipsa palpare possit, et presertim cum ruenti: bus vicinis parietibus nemo non intelligat quid suis etiam aedibus immineat

Declarandum vt ab eo tempore, quo Thurcus Greciam, Thar: tarus Tauricam occuparunt, nunqꝫ hec duo Regna Hunga: rie et Polonie, a bellis et infestacionibus illorum respirare po: tuerunt, cum quibus licet interdum inducie fiebant, inter: dum acriter reprimebantur, tamen neqꝫ vlla fide aut iure: iurando, neqꝫ vllis foelicibus successibus et victoriis nr̃orum hactenus contineri potuerunt, quin assidue, si non aperto Mar: te, dolo saltem, et clandestinis incursionibus regiones nostras finitimas premerent, et vastarent, vnde magis indies Re: gna ipsa desolari, et deficere, hostium autem vires assidue au: geri ceperunt.

Vt in ea calamitate et discrimine communi reprimendo, nihil la: boris et periculi pretermiserunt, cum alii Serenissimi Hungarie et Polonie Reges, tum vero maxime familia et Stirps Mtis Regie, atqꝫ huius rei satis et continua bella Mtis sue &c.

Servitutem olim Ladislai, recens vero Ludouici in Hungaria interitus documento esse possunt.

Ut item non pretermiserunt quicq; ipsi Serenissimi Reges Hungarie et Polonie in declarandis ipsis calamitatibus suis, et imminenti ruina toti Christianitati, cum summis Principibus et Imperatoribus, tum et alijs Christianis Principibus, ita vt nullus Conuentus Imperialis fuerit, in quo non satis superq; de his malis declamatum et deploratum esset, et nichil tamen vnq; preter verba, et inania promissa, de generali expedicione referebantur.

Quod interim Christiani Principes verbis quidem eam ipsam generalem expedicionem parturiebant, re ipsa tamen discordias intestinas alebant, et pro sua quisq; libidine alter in alterum ferebatur, hactenusq; nichil aliud, nisi bella intestina et sediciones viguerunt, et quod monstri simile est indies magis viget, ita vt non humana solum sed eciam diuina omnia cum summo dedecore et ruina sint confusa.

Quibus rebus factum esse, vt due potissime ianue tocius christianitatis Nandoralba et Rhodos sint intercepta, ac postremo Regnum Hungarie vna cum Rege suo in summam cladem deductum, regnumq; Polonie acriter vastatum à Thartaris, in hoc à Thurco instructis, vt Maiestatem regiam distinerent. Cui licet hys proximis annis de ipsis Thartaris insignis dei benignitate victoria contigit, tanta est tamen eius generis efferata colluuies, vt subinde veluti Hydre capita succrescat, nullaq; Strage domari, nulla custodia arceri potest.

Quare cum audisset eius Maiestas ipsos Principes isthic Conuentum

acturos esse, potissimum comunis Salutis causa, mittere ipm dominum Oratorem voluisse ad eorum d. hoc vnum declaratum, quod iam Thurcorum et Thartarorum vires adeo aucte, Regnorum vero Hungarie et Polonię adeo attrite sut his bellis continuis, que absq̃ ullius Principis Chriani auxilio hactenus semper gesserunt, vt amplius tantam molē hostilem sustinere, et solis suis viribus illi resistere nequaq̃ possunt, rogareq̃ summis precibus eius ultem, vt d. Sue tandem amore sanctę fidei Catholice, amore patrie et libertatis, comunisq̃ omnium Salutis permoueantur, operamq̃ tandem re ipsa faciant, vt quam celerius reductis Christianis Principibus in concordiam, et sediciombus intestinis sopitis, Suppetie ab illis citra moram Regnis Hungarie et Polonie in extremo discrimine constitutis ferantur, Nam abunde intelligere possunt, quod perfractis et ad interitum redactis his duobus Regnis, hec tota calamitas in istas regiones deuolueretur, visq̃ hostilis viribus tantorum Regnorum aucta, iam deinceps a nulla alia potencia reprimi posset, Et proinde si illos usq̃ adeo non mouet vicinorum Christianorum calamitas et ruina, saltem sua ipsorum salus illos moueat, qua tucius et facilius est post alienas sepes, quam intra suas tutari

Meminisse velint, quanta olim pernicies et calamitas inundauerat orbem Christianum ex oris illis, quas Mtas regia tuetur. illinc enim Gotti, illinc Alani, illinc Vandali, et Hunni proruperant, quorum omnium numerum et ferocitatem longe exuperant Thartari. De Thurcis res ipsa indicat quid valeant, et quousq̃ progressi sunt, proindeq̃ vt tandem expergisci dignentur, et regnis Hungarie et Polonie in extrema iam deductis, opem certam et oportunam quam celerius

ferant. alioquin testatum esse vult Mtas sua nichil a se preter: missum non solum in reprimendis his hostibus, ne ad intima orbis Christiani penetrarent, Sed etiam in commonendis illis, et hec discrimina que impendent denunciandis, vt si demum aliqua communis ruina, quam dominus deus auertat, seque: retur, per eius Mtem quo minus saluti reipublice Christiane prospectum esset, nichil omnino defuisse videretur.

Et quia Mtas sua certissimum habet documentum, Imperatorem Thurcorum se omnibus viribus et conatu suo accingere vt totu quod reliquum est Regni Hungarie occupet, eiqz hoc incen: tiuum prebet scissio regni, et duorum Regum interse digladia: cio, vnde attritis vtriusqz viribus, citra vllum negocium am: bobus regnum ipsum preripere posse videtur, Rogandi erunt Principes et Status omnes in ipso Conuentu congregati, vt modos et racones aliquas inueniant, ipsos reges ad aliqua equam et honestam concordiam reducendi, in coqz negocio cura et vires omnes intendant. nam Mtas sua videns ab inicio qd ex hoc tam pernicioso bello sequi oporteret, non cessauit hacte: nus etiam magno suo impendio pro pace et concordia laborare. sed hucusqz nichil et operam et consilia Mtis sue profuisse, fatali quadam rerum Christianarum aduersitate. Maluisse quidem Mtem suam, si eius arbitrio res acta esset, vt Sermus Rex Ferdinandus illo regno pacifice potitus fuisset, quod et necessa: rius sit Mtis sue et tanti generis et fortune amplitudinis ac Caesarea Mte, et Germanie Principibus, suisqz etiam vicinis Regnis et dominiis, vt nemo ipsum Regnum Hungarie vi: deatur cercius et facilius, quam illius Mtas defendere posse. Sed cum ita sors tulit, vt illic duo Reges Coronati sint, resqz in dissidium venit, non posse probare vllo modo Mtem suam

ut ea ipsa res bello decernatur quod et dubii est semper euentus et maximum malorum agmen in vniuersam rem Christianam post se trahat: Et proinde hortandi, rogandi, et monendi sunt ipsi Principes, ut omne studium suum de concordia istorum Regum, et Regno Hungarie paccando impendant.

De his que publice dicentur. Erunt eciam specialiter agenda cum Principibus, ita tamen in omnibus, et per omnia loquendum et agendum erit moderate et circumspecte, condicionem rerum et affectus hominum quantum fieri potest considerando, ut nulla vel sinistra suspicio de Mte sua, vel certe nota aliqua priuati fauoris qui nullus est, hinc apud aliquem oriri possit. Que omnia ex industria domini Oratoris dependent cum locus et tempus multa afferunt, que ante prouideri, et documentum de illis fieri non potuit.

Cum domino Duce Georgio Misnen agendum erit eciam specialiter quod Mtas sua eius instinctu et consilio miserit ipsum Oratorem ad Conuentum istum Imperii, ea potissimum spe, quod eius Illtas pro sua prudencia et necessitudine, qua Mti sue coniuncta sit promouebit eam legacionem et negocia Mtis sue regie, roganda que erit eius Illtas, ut operam faceret apud Principes et Status Imperii, quo, ubi subsidium regno Hungarie aduersus Turcos decerneretur, etiam regnum Mtis sue Polonie non omitteretur quod eciam preter Thurcos habet Thartaros et Scysmaticos continuos hostes, a quibus non minus periculum rei Christiane quam a Thurcis impendet. Et proinde, ut pars aliqua ipsius subsidii assignaretur Mti sue aduersus Thurcos et Thar:

taros. Excusanda etiam erit apud eius Sllem occlusio viae in Slesiam quam universi ordines regni nullo modo, ut relaxaretur permittere voluerunt propter monetam Swidnicensem quae hucusque in maximum Regni huius detrimentum auditur et importatur ex Slesia in Poloniam. Sed nec minus propter heresim Lutheranam, quae Slesiam ipsam inficit, à qua Mtas sua Regnum suum seruare, et illibatum manutenere decreuit, ut Christianum et Catholicum decet Principem. Et proinde cumbo causae sunt grauissimae, neque ullo modo tollerandum est, ut via in Slesiam apperiatur, donec causae ipse cessabunt, et damnum inde acceptum resarciatur. Equi bonique consulat eius Sllas hanc ipsam occlusionem viae, quam in eius gratiam libenter Mtas sua relaxari fecisset, si id apud Regnicolas efficere, aut si absque maximo Regni detrimento fieri potuisset.

Petrus Tomiczki Eps Cracouien & Regni Polonie Vicecancellar

Sigismundo primo Regi Pol.

Post humilem mei et oracionum mearum commendationem. Redditе sunt michi hodie litere vre Mtis vna cum exemplo literarum Sermi domini Regis Ferdinandi ad Mtem vram scriptarum. Quas cum diligenter perlegissem comperi Mtem vram nonnihil addubitare, ne forte adhuc interdicti lras prout ex Conuentus decreto debueram, ad prefectos et alios quosque subditos vre Mtis non dimiserim, eamque ob causam dare michi in mandatis vt id nunc demum interueniente Regis Ferdinandi querimonia, omni cura procul exequi curarem. Serme Rex pro eo quod nunquam in officio meo quicquam eiusmodi sum desiderare passus, nichil attinebat dubitare Mtem vram etiam in eo, quod nunc in curam receperam, diligentem quamque operam me accomodatum iri debere, namque ita est, simulatque digressus a Mte vra in Arcem meam Islzen veni, omnia que sunt in proximo Conuentu communiter decreta et constituta, curaui diligenter lris mandare, pluribusque confectis de more exemplis Cubicularijs vre Mtis in diuersum ferenda distribui, vbi neque id omisi quod ad Interdictum facere externa Stipendia prohibens simulque etiam reuocationem ex Hungaria subditorum Mtis vre pertinebat, credoque ad omnes, eas iussiones Mtis vre tempori peruenisse, preterque ad dominum Sezigniewski qui multo ante quam preuenire eum litere Mtis vre potuissent, ea que Rex Ferdinandus queritur subditis eius Mtis hostilem in modum denunctiauerat

Caeterum allate sunt ad me sub id quoque tempus lre Rndi dni
Joannis Garnkowski

Nicolai Schidlowiecki

Electi Premislien, Magni domini Thesaurarii et domini Seue:
rini Boner Salis fodinarum Mtis vre prefecti, quibus mul:
ta perscripserunt, que non sunt a commodis reipublice vre
Mtis aliena, et que etiam Mti vre suis literis nota esse volu:
erunt, quos cum nichil aberrasse a recta via indicarem, pro:
baui illorum consilium cum in aliis omnibus tum maxime
in eo quod liberos vre dimiserint ad Mtem vram vsque lapicidas
et ceteros bellicorum instrumentorum artifices, a Legatis Ducis
Moskouie huc aduectos. Si quidem in memoria habeo, id quoque
in eorum fœderibus et Induciis, quas non fas est violare, no:
minatim contineri, liberum esse debere vtrimque per dominia
subditis alterutrius vltro citroque commeare, verumtamen cum
ea res possit magnum posthac reipublice afferre detrimentum
maxime quod ad Catapultarios seu tormentarios et id genus
Machinarum fusores attinet, optima ratione factum esse censeo
Mtem vram istius rei esse admonitam, que deinde pro sua pru:
dencia in his cum ad se dicti artifices venerint poterit con:
stituere, quicquid salubre et frugiferum sibi sueque reipublice
futurum existimabit. Ego hic adhuc grauedine corporis
et distillacione Catharali nondum probe liberatus non sine
maximo fastidio maneo, a quibus cum primum contigerit
si ~~dus~~ Deo placet me esse expeditum, Cracouiam recta proficisci
decreui, vbi quantum in me erit diligentem dabo operam, vt
omnia optimo consilio absente vra Mte administrentur, que
vel ad dignitatem ipsius vel ad reipublice sue commoda
pertinere videbuntur. Interim vero me gratie vre Mtis iterum
atque iterum suppliciter commendo, quam fœlicissime valere cum
tota Serma prole sua vehementer opto. Dat.

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell.
Ioanni Choienski Archidiac° Cracovien.

Venerabilis domine frater in Chro charme. hodie reddite sunt nobis litere regie Mtis, et vre, Mtas regia significat quid scripserit Serenus dominus Rex Ferdinandus adversus nonnullos subditos Mtis sue, qui illius Mti et eius subditis apertas inimicitias denunciarunt, et mandat nobis Mtas sua vt si nondum publicate sint litere, quibus inhibeatur omnibus subditis Mtis sue, ne quopiam extra regnum ad militiam egredi audeat, et si qui temere egressi sint, vt propere ad domos suas revertantur, eas quam primum edi et publicari curaremus, Nos vt diligenter obseruauimus, et sine vllius adiutorio et conscripsimus omnia decreta Conuentus regni generalis preteriti, ita illa mox ad omnes terras et Capitaneatus transmisimus nichilque est a nobis in his que ad nostrum spectabant officium pretermissum. Non miramur autem quod dns Seczygniewski et eius comites, eiusmodi lras diffidiatorias miserint: inerunt enim ad miliciam Serenissimi domini Regis Ioannis, durante adhuc Piotrkouien. Conuentu, atque ita de hac secunda inhibitione poterunt ignorare verum cum estate preterita precessserat prima eiusmodi inhibitio, non debuerunt se certe extra fines regni mouere absque speciali voluntate et annuentia regie Mtis. lras vras non sine cachinno legimus quibus gratulationes longas et tediosas quibus Serenissimi Principes nostri istic excepti sunt, perscripsistis. Mirari autem non debetis eiusmodi ineptias, nam multas his similes posthac istic videbitis et audietis. Nos adhuc ex Catarro laboramus, qui certe multum nos et debilitauit et extenuauit bene valete Dat.

Andreas Cricius Eps Plocen. Petro Tomiczki Epo Cracouien. & Regni Poloe Vicecancellario Auunculo.

R. Me et colendissime mi domine. Mitto Vre D. R. me id quod mandauit scribi Basileam et oro illa committere dignetur alicui, vt per hunc puerum describat michi omnia que istic conclusa sunt nam hoc labore nolim vram R. mam Dnis multo occupatissimam grauare, et presertim quod ad continédas gentes attinet, Id si fiet profecto non seruabitur, presertim reclamantibus nunctiis terrarum, vnde et ignominiá sequetur et collusió uidebitur, vnam hanc haberemus excusacionem, quod et ipsius Sermi Regis Ferdinandi aedicta, non seruantur á subditis, nam preter alia luteranismus nihilominus perstat in Slesia, vt fuit ante aedictum) Scripsit ad me R. mus dnús Epús Vratislavien rogans impense vt de hac re committeretur aliquid nomine regio his Oratoribus illius Ntis quod R. ma. D. vrá vel tribus verbis facere dignetur Ego gratia dei á febricula melius aliquanto valeo, á capite nondum. Me R. me Dni Vré vnice commendo ex taberna Volborzien 19 Februarii Anno domini M.o D. XXviii

Jn Schisma et Concordia pro Slesia

Cricius Tomicio

Rme mi domine, In ipso iam meo discessu significauit michi secreto per suum Nepotem dominus Archiepiscopus quod impe: trauit a Mte Regia, vt de resignando Archiepatu posset cum alio tractare quam cum illo [Drzeuicio] quem Mtas sua designauerat, sed ea lege vt per Reginam id fieret, ad eius enim preces designa: tionem illam Cracouie factam fuisse, cum nos modis omnibus impedire studebat, significauit etiam se perquisiuisse qui magis esset ex animo Mti sue cui Archiepatum resignaret. Sed non aliud habuisse responsum, quam quod preter d. vram Rmam nullus esset qui conditionem hanc reijceret et proinde tractaret cum quo vellet modo per scienciam et medium regine. Miratus fui animum Principis, et quorsum hec significacio tenderet mecum cogitabam, verum non comperio aliud, nisi illum querere per que nepotem suum eueheat, nec dubito quin eadem significauerit Bacho [Joanni Latalski epo posn.] vt hac atque illac rem hanc euoluere posset. Ego aliud ex tem: pore non potui respondere, quam me gratum quidem esse huius fauoris sed non audere me his practicis committere, que neque michi iuniori congruunt neque stabiles esse re ipsa sepius exper: tus sum verum tamen consulturum me esse Rmam D. vram vt si illi videretur, ageret illa vt melius censeret. Nunc mi Rme domine non eorsum hec scribo vt offam hanc captem sed quod nimis vereor ne nobis oscitantibus, vanitas [i. Latalski] illa ha: benas has sumat, nosque et rem Ecclesiasticam temulentus mo: deretur. qualis qualis est alter ille [Drzewiczki eps Cuiauien] auidus et minimi precii apud omnes, expediret tamen potius hunc quam illum preferri. vide: retur itaque michi vt Rma Do. vra cum exit Radomie

exspiscaretur mentem regiae et cum ea haec obfirmaret quae honestiora utilioraque videbuntur, ego multum doleo misisse me illius Mti munus nunc per Carolum quod dudum constitueram, ne cum Mtas Regia de sermone domini Archiepi et responso suo, cum illa conferet, credat me ea causa captare illius favorem, verum nunquam illa a me verbum de hac re audiet nisi forte quid vrae Rme Dni illic loquendum videretur pro sua et nostrum omnium honestate, ex animo et arbitrio meo nichil de me omnino esset agendum, nisi obstandum ne in Bacchanal praecipitem. Supplico ut has litteras vra Rma D. concerpere vel ita recludere ut nemo videat dignetur cui me ex corde commendo

Petrus Tomiczki Eps. C. Regi Pol. Vicecancell
Andreae Cricio Epo Plocensi nepoti

Nouas praestigias et Xemias domini Archiepi Cum cognouissem ex litteris vrae Rmae d. ex itinere ad me scriptis, e vestigio omni studio et sollertia, omnia ut se se habent peruestigare curaui, captataque opportunitate percontatus sum a Mte regia, esset ne ita quod designato praesens domino Epo Vladislavien ad Archiepatum Gneznen, rursus denuo fecerit potestatem domino Archiepo tractandi et paciscendi cum aliis de ipso Archiepatu, respondit Mtas sua tentasse id quidem illum apud se Piotrcouiae, et ut consentiret, magnis et precibus contendisse, verum quo illius importunitatem retunderet excusasse se quod postulatis eius annuere non posset inconsulta Rli Mte ad cuius preces dominum Vladislavien in Archiepm designasset, fidemque michi dedit Mtas sua non aliis verbis nec aliud quicpiam se illi respondisse, postea cum iam hic essemus, misit idem dominus Archiepus huc nuncium

suum, clam me quidem, ita tamen vt ego artes illius cum qui:
bus huc misit, paruo negocio expiscarer, egitque per Nigrum [Nicolaus Volski] Cu: Rx lis
rie apud vtrumque Principem hoc est Regem et Reginam vt
bona illorum venia posset de Archiepatu suo tractare et pa:
sci cum aliis quam cum domino Vladislauien, significauitque aut
vram R. D. aut dominum Epum Posnanien, tamen addi:
dit si sibi optio daretur malle se cum domino Posnanien pacis:
ci, et tractare super ipso Archiepatu, quam cum quopiam alio.
Quodsi obtinere non posset regiaeque Mtas et Serma dna
regina in sua sententia perseuerarent et nollent quempiam
alium post mortem illius fore Archiepm quam dominum Vla:
dislauien saltem infrascriptas condiciones permitti sibi pos:
tulauit, primo vt dominus Vladislauien cederet ex nunc
Nepoti illius domino Preposito Epatu suo, ipse vero dominus
Archiepus vellet tantum redditūum in bonis Archiepatus
sui, illi assignare, quantum ipse illorum ex Epatu suo
Vladislauien quotannis haberet, preterea vt collatio seu
Jus conferendi Scholastrie Lancicien domini de Lasko per:
petuo concederetur, vltimo si fata ex hac luce dominum
Vladislauien surriperent, vt ipse ad Archiepatum suum
regressum haberet. Has hominis inquieti tricas et mixtu:
ras inexplicabiles, ambe Mtes indignissime ferentes
repudiauerunt, ac constanti et regio animo responderunt,
licere quidem ipsi domino Archiepo per eas viuere
quantum cui illi diuinitus concedetur. Sed Epatuum col:
lationem velle sibi liberam et expeditam habere, et his
paucis verbis, aut his similibus nuncium illius absoluerunt
ego hic hoc paruo tempore manens animaduerti Rlem
Mtem adeo sibi exosum [Lasci Archiepi] ardelionem illum habere, vt eum
publice tranquillitatis turbatorem palam appellitare

non dubitet, habereq; in animo, non modo in his de Lechi:
epatu pactionibus se ei patrocinari nolle, sed ita conatibus,
eius obstituram, vt se viva nullius voti sui apud Regiam Mtez
compos in futurum euadere debeat, et proinde consulo et sua:
deo vrē Rndē Dm nonsinat se eludi vanis promissis ve:
teratoris illius, quem intus et in cute nouit, ita actiones et ser:
mones suos cum eo instituat, ne qua vspiam rima pateat qua
artes illius recipere possent, tentabat ipse quondam a me
similia id quod non erat incognitum vrē R. D. verum
ego dns gratia, ea moderatione et constantia, hominis ver:
sutias ita ab me submouebam, vt me ne in minima quidē
re circumuenire potuerint, subodorauit Rlis Mtas agere
illum totis viribus, vt dominam Ducem Masouiē Nepoti suo
Stanislao in Matrimonium conciliare posset, cui rei palam se
opponit Mtas sua Rlis, et modis omnibus impedit apud
Mtem Regiam vt progressum suum non habeat, et ne eadē
domina Dux eidem Nepoti illius desponderetur, Mtas etiā
Regia non vult quidem implicare se aperte huic Matrimo:
niali negotio, dudum enim concessit virgini nubendi cui ve:
lit liberam voluntatem, comisit tamen michi Mtas sua vt
secreto admonerem vram R. Dnem quo virginem Ducē
adhortetur eiq; persuadeat et prohibeat ne inferioris or:
dinis homini nubens decus ac Celsitudinem Status sui
Ducalis diminuat ac deturpet. Quod vt facere secrete
velit vrā Rma Do plurimum illam rogo. Scio enim quod
rem longe gratissimam faciet in hoc vtriq; Mti

Dominus Petrus Opalenski quem ornauimus his diebus Cas:
tellania Miedzirzecen per mortem domini Joannis Rosdra:
zewski vacantem, qui mortuus est nuper in Hungaria ex ple:
uresi, designatus est Orator ad Regem Ferdinandum et Co:
uentum Imperii Ratisbonen, dominus vero Castellanus Plocen

ad Regem Joannem rogo magnopere vram R. D^nem scribere: Instructiones illis nunc per otium velit. admonendi autem erunt domini Reges Hungarie ad ineundam inter se concordiam et pacem ne tercius superueniens communis hostis vtrumque excludat et Regnum Hungarie intereat Principibus vero Germanie calamitates horum duorum Regnorum Hungarie videlicet et Polonie explicande declarandum et periculum iminens à Thurco non modo hiis ipsis duobus regnis sed eciam toti rei Christiane si dissidium et bellum quod gerunt inter se pro regno Hungarie duo illi reges non fuerit modis aliquibus et mediis honestis tempori interceptum et proinde rogandi erunt ijdem Principes et ordines Imperii vt suppetias ferant eis ipsis Regnis laborantibus et operam suam faciant quo dissensio et discordia duorum illorum regum modis aliquibus decentibus sisti possit — Sunt supra folio

Et quoniam visum etiam est Mti Regie vt scribatur Summo Pontifici condolendo eius et Sancte illius Sedis infelici casui et significandum quanto studio et opera egerit Mtas sua sedulo apud Mtem Caesaream de liberanda illius Sancte et R^mis dominis Cardinalibus et rursus quod Mtas sua magna animi leticia sit affecta cum intelligat Sanctitatem suam pristine libertati et dignitati esse restitutam, rogo vram R. D. scribere etiam eas literas velit tam ad Summum Pontificem quam ad R^mos dominos Cardinales et Sacrum illorum Collegium et seorsum ad R^mum dominum Cardinalem Sanctorum Quattuor cui inter alia reducat in memoriam priora postulata Mtis regie videlicet vt signare et expediri curet Supplicationem ordinariorum huius regni in eorum mensibus, vt litere prouisionis vre R^me D^nis, et item domini [illegible] Premislien, et Suffraganei mei Crac quam primum expediantur et huc mittantur, vt Ecclesia Parrochiales in Wawrzincicze Crac Diocesis, Suffraganeo meo Cracouien

perpetuo vniatur, vt de Canonicatu Ecclesie mee Cracouien qui vacat per mortem olim Joannis Salomonis de mense Februarii domino Georgio Miskowski Doctori et viro Nobili prouideatur, vt alia eiusdem Salomonis Sacerdotia que sunt de Jure Patronatus laicorum illic rome aliquibus viris non inuoluantur, et si que alia putauerit vra R D in rebus suis et Ecclesie sue esse addendi Quam rogo iterum atque iterum scribere omnia supradicta velit diligenter et pro dignitate Regia, ego mittam ad illam puerum meum ex Ilza ad quam me deo bene iuuante conferam dicto vale ambabus Mtibus que die crastina hinc in Lithuaniam proficiscuntur et cupio interim foelicissime valere vram Rmam D. que me habeat sibi charum et commendatum et domino Broderico nro ex animo commendet Datum in Radom

Andreas Cricius Eps Plocensis Petro Tomicio Epo Cracouiensi et Regni Polonie vicecancello

RX Me mi domine, fuit hic Nepos Ardelionis (Archiepi Laskii), et non nisi in ipso discessu valedicens michi dixit, quod postquam condicionem illam neglexerim neque gratam habuerim, esse de illa conclusum cum Bromio (Latalski) me vero respondente dii bene vertant, et querente quibus modis depromsit literas illius (s. Nicolai Volskii) cui Radomie hoc negocium solliciatandum commiserant, quibus scripsit non concessu quidem inpresens quod petebant, sed agerent de Coronando Regulo, tum enim indubie omnia concedentur. Ego profecto nescio, nobis ne an illis verba dantur, vra Rma Do quid sit, et an ista deceant viderit, de me nichil suspicetur quod vel huius vel alterius cuiuspiam condicionis aliquo desiderio tenear, tantum abest, vt quicque ambiam, continebantur in eisdem literis et alia que illis spem certam id perficiendi prebere videntur

Andreas Cricius Epus Plocen
Petro Tomicio Epo Cracouiensi
R. P. Vicecancellario.

Rme mi domine. De negocio Ardelionis nostri priusquam michi literae vrae Rmae D essent redditae iam et Zambocius mihi rettulerat, et dominus Choienski perscripserat id totum quod ab illa intellexerat. Ego profecto non corsum ista scripseram vrae Rmae Dni vt vel hac ambitione titillarer vel tractatus aliquos indignos sequi vellem, volui tantum indicare ipsius Ardelionis Machinas, vt illa eas sciens faceret quod videretur. ne esset in posterum quod dicere posset. non putaram, alioquin si in isto visco besissem intendissem tragulam aliquam per illos qui nunc nichil non posse creduntur, sed ne vllam quidem significacionem dedi cuiquam preter d. vram Rmam, idque eo quo dixi animo, de tractatibus nichil est quod vereatur ne me in hac nassam illici patiar. testis est michi Pallatinus meus qui magno premio in hoc conductus erat, vt michi hunc ambitum persuaderet, me hoc vnico verbo, nolo, illum semper absoluisse. Si quid aliquando tractaui, feci magis explorandi causa, quam serio agendi aliquid. Quod vterque Princeps conatibus illius obstet, vtinam ita sit, verum eadem et ante fuit de illo, que nunc est apud vtrumque persuasio, estimacio de nobis precipua, ac optima queque nobis pollicebamur: fuimus tamen machinis illius prostrati, adeo, vt et de futuris, quo via nobis intercluderetur, facta fuit illa pro Eu: clione declaratio. de quo non opus est vlla sollicitudine, per me equidem non impedietur. Matrimonium illud omni studio inficere conatus sum et persuasi vt michi videor, verum potius ducitur, non solum apud virginem sed eciam apud gentem, domesticum connubium, quam externum, idque in euentum mutacionis alicuius, de qua quid Briarens in illic loquutus fuerit vt persuaderet connubium, nolo in: P. Latalski Eps Posnaniensis

presens scribere verum miraretur vra Rma D^o plurimum. que vtique non sunt de nichilo. et Principis maxime interest prouidere tempori, eadem illum acturum sub hoc munere quod instat non dubito, non credo tamen persuasurum esse aliquid. olfaciam nichilominus omnia et quoad potero impediam. Me R D vre vnice commendo quam dominus deus seruet sospitem semper et felicem Poltouii die Veneris 20 Marcii Anno domini M^o . D . XXviii

Cricius Tomicio

[margin: ad Virginem ducum Masouie]

Rme et colendissime mi domine. delapsus hic fui tanquam inter Syrenes, euoluere me hinc nequaquam potui per hec festa Dyonisia ita tamen exceptus per dominam Ducem et tractatus fui, quod non solum ex languore conualui, sed et reiuuenuisse michi visus sum, Virgo est et optima et venustissima, Supellectilem vidi magna Principe dignam, vidi et ordinem domus honestissimum, Indignum esset facinus si male collocari deberet. In vra Rma D. tanquam in parente vel fratre spem omnem collocat, Supplico non deserat illam suo fauore et patrocinio, Miraretur si sciret que ille Latalski Eps Sylenus hic tractauit, et quid pollicitus sit, hec hominis vanitas vtinam in hoc solo negocio consisterit et non per illam publica etiam magna momenta tractarentur. sed cum Mti regie et vris D. ita visum est fieri sic opportet Commendo vre Rme D^m ex corde hunc dominum Bilinski, et rogo vt illum sub alas suas in hoc eius initio suscipiat Valeatque felicissime Varschouie Anno M^o . D . XXviii

[margin: Custodia Plock]

Mira sunt mi Rme dne, que facta sunt et fiunt cotidie, in conciliando illo matrimonio per Bachum, et Nepotem Archilionis. Inter cetera promissum est vni ex consiliariis sacerdotium illud quod habent in Ecclesia nra. Altri magna vis pecunie. Michi promissum est a Virgine, nil illos effecturos, Neque aliter fiet, vt ei confido. Taceo alia que de mutationibus rerum vesanissime persuadentur.

Ser^mus dominus Joannes Rex Vngarie, ab exercitu regis Ferdinandi prodicione suorum in prelio sexta Marcij victus, et fuga in Poloniam delatus, xxii Marcii ad Camienier Castrum in terris Submontanis peruenit. Inde se ad Tarnow contulit. et illic est commoratus .1528.

Petrus Tomiczki eps crac Regni Polo vicecancell. Nicolao Bedlenski Scholastico et Vicario in spiritualibus Cracovien generali.

Ven^lis domine frater in christo char^me. Turbauit nos no mediocriter infelix casus Ser^mi d. regis Joannis et eo magis, quod a suis Hungaris non modo est spretus et desertus, sed etiam proditus et prope in manus et potestatem hostium traditus, certum est illum vires amplius resumere non posse, et proinde bene et salubriter consuleret rebus suis si posthabito ambitu regni a quo illum aduerse fortune procella deturbauit, adijceret animum ad concordiam et pacem cum aduersario suo ineundam et quietiora iniret consilia. si non volt se et suos ac etiam patriam suam deducere

ad interitum et ultimum discrimen. Credimus ante eum ita esse facturum, prout cognouimus ex litris domini Praemisliensis.

Probamus vehementer, quod suffectus tandem sit ad penitentiariam vacantem Magister Cleparz vir multorum proborum hominum testimonio grauis, et cum doctrina non vulgari, tum singulari virtute et morum integritate praeditus, futurus haud dubie vtilis Ecclesiae nrae audimus enim eum satis in lingua nostra vernacula promptum et eloquentem esse, ac in concionibus plurimum valere

Redditae sunt nobis duae scatulae cum zuccaro candi et rotulis, quas in quotidiano vsu habemus,

Fuimus non mediocriter anxii ob puerum Conarski, quem domino Antonio Rincon commendauimus. Sed sudo sexerus domini Lassoczki, qui ex illo infausto praelio saluus euasit, retulit domino Thesaurario Regni illum viuere, et in Camieniecz cum Rege esse, bene valete, et dominum deum pro nobis orari faciatis. Dat

Petrus Tomicius eps C. Luce de Gorca Castell Poznanien

MAg^ce domine, domine et frater honoran^me. Credo priusq̄ meus doctor Jacobus istuc veniat, perventuram ad vram M. novitatem de fuso fugatoq̄ non longe à Cassovia ser^mo Ioanne Hungaria Rege, castrisq̄ omnibus exuto, proditione Hungarorum, et per gentes Regis Ferdinandi. Sustinuit se bonus princeps quantum potuit, copiasq̄ auxiliares sibi comparauit, verum cum sui eum spreuerint, et ad extremum prodiderunt, coactus est hanc insignem contumeliam et cladem subire, non aususq̄ amplius fidere non solum domino de Homonna, et alis necessariis Hungaris, sed etiam seruis suis propriis quos in custodia Castrorum suorum reliquit, ad terras Sanocen auxilio Polonorum nostrorum cum paucis admodum Hungaris perfugit, et in Castro dominorum de Camieniecz sedit. Quid nunc illic agat, quam spem rerum suarum concipiat, quidue consilii capiet, incertum habeo, breui tamen id intelligam, et vrae M. perscribam. Cum autem adeo infeliciter sit cum eo actum, opus erit mihi consulere Mtem Regiam, an oratores per eam designati, tam ad eum ipsum Regem Joannem q̄ etiam ad Regem Ferdinandum ire nihilominus, et de concordia inter illos tractare debeant, necne, quandoquidem alia sit nunc facies rerum, q̄ fuerit eo tempore, quo Mtas sua è Regno discessit, Interim igitur D. Petrus Opalienski quietus istic maneat, donec ego faciam illum certiorem, an obire debeat munus legationis sibi iniunctum necne, Feliciss[ime] valeat vra M. meq̄ habeat sibi charum et comendatum

Dat

Petrus Tomiczki Eps Cracovien
et Regni Polonie Vicecancell
Joanni Bonero Consuli Cracovien
Burgrabio Zuppario et Magno
Procuratori Cracovien

Generose domine amice char^me. Scripsimus vobis paulo ante, postulantes, ut unam logam olei olive boni et recentis pro nobis reservaretis. Id si fecistis, rogamus vos plurimum, ut hoc ipsum oleum olive, ad manus Nobilis Andreae Nieszkowski servitoris nostri, quem in praesens Cracoviam mittimus, dari faciatis, quod vobis simul cum rebus aliis exolui liberaliter et cum gratitudine debita faciemus. Felicissime valete, et nos diligite. Dat.

Andreas Cricius Eps Plocen
Petro Tomicio Epo Cracovien
et Regni Polo^c Vicecancell^o

R^me et colendissime mi domine. Mitto nunctium meum ad inuisendum Ser^mum Regem Ioannem in hoc eius aduersissimo successu, et explorandum, quo res sunt loco, audio quod conuocat ad se primores dominos nostros, et ad me etiam nunctius est venturus, quod olfeci.

ex his dominis nostris, qui apud illum sunt processisse,
ut soli non sint, qui viderentur eius partium esse, nã
in quem profectum fiat hec conuocatio, prorsus non intel
ligo, nam neqz conuentus iste noster adeo cito esse nõ
posset, ut res eius postulant, neqz, si esse posset lice
ret cuiqua nostrum absqz scientia et iussu S. R. Mtis do
mini nostri id facere, neqz scire posset quisquam vl
lum dare consilium inscia voluntate Regia, et ita
ego me ingenue excusabo, consulamqz, ne quid ca
piat consilii inceptiue absqz scientia et consilio Mtis
Regiae, quid vrã Rma D. et alii domini respon
debunt, nescio, Supplico, faciat me de his et aliis si
que habebit, certiorem, cuius gratiae me ex corde com
mendo. Poltouii XVIIa Marcii. Anno domini Mo
Do. XLVIII.

Andreas Critius Eps Plocen
Petro Tomicio Epo Cracouien
Regni Poloniae Vicecancell.o

Rme in Christo pater, et domine mi colendissime, Ve
nit ad me puer iste nudius tercius, et paulo ante quã
ad me venisset, D. Bielinski cum literis vrae Rme Dos
ex Radomia praecessit, ita, ut nihil interea ad

scribendum vacaret, conscripsi tamen ea omnia biduo, que mitto, maiori qua potui diligentia, censui tamen, vt et dominus Brodericus, qui vtriusque Regis ingenium et rationes nouit, scriberet que illi viderentur, que mihi in multis probantur, atque ideo illa etiam mitto, scripsi tamen et ipse aliam ~~instructionem~~ succinctiorem ad Ferdinandum instructionem, quod apud illum cautius et circumspectius omnia sint agenda, vt haberet vestra Rma D. quod eligere posset, siue ex illis alteram, seu vero ex vtraque id quod magis ex re agi videretur, ne quo pacto principis illius, cui alioquin suspecti sumus, aures offendi, aut aliqua occasio illi dari possit sinistre de nobis suspicandi, praesertim si in persuadendo multum diffusi esse vellemus, et Germani obseruant omnia, et facile rapiunt omnia in peiorem partem. Que singula, vestra d. Rma iudicio suo recte disponet. Ad summum Pontificem, et Rmum D. Cardinalem Sanctorum quatuor, scripsi etiam vt potui diligentius, neque videbantur plura necessaria, verum miror quomodo hec sine subscriptione Regia mitti in Vrbem debeant, aut si subscribenda sunt in Lituania, quando in Italiam peruenire poterunt? nam interim multa alia interuenire possunt. Literas Erasmi Roterodami et Sichardi, videor mihi misisse cum responsis ex Wolborz vestrae d. Rme, nam memini me illas seorsum colligasse, et cum aliis, que missurus eram seposuisse, tamen perquiram adhuc illas inter omnes fasciculos meos, et si reperero, mittam e vestigio, verum ego meas dum petentibus ad legendum praestabam, nescio quo pacto

amisi [Corbutus in nudiustercius Varschovia vita fu-
ctus est, cuius mors magnam mihi partem solacii mei
in his regionibus abstulit, Quod ad me attinet, valeo gra-
tia dei, nisi quod circa sciam doleo per dies aliquot.
Traduco tempus partim in lectione cum domino Bro-
derico, partim in munijs meis obeundis.] Rogarunt
me Cives Ploczen, ut impetrarem illis apud dominum
Thesaurarium summam aliquam novae monetae, pro
qua pauperes homines illic in Civitate comodius mo-
netam Szwidniczen mutare possent, pro hac re insta-
et dicenti rogo vrã Rmã Dõ. intercedere dignetur. Et
profecto bonum esset, ut ita ad omnes Civitates et
oppida principalia mitteretur aliqua summa ipsius pe-
cuniae, amotando omnes, ut pauperes homines non ha-
berent difficultatem querendi istam commutacionem pro
moneta Szwidniczen, et illa tanto celerius extirpari pos-
set. Ego ex censibus meis, et contribucione spualium
ferme nullam aliam quam Szwidniczen monetam ha-
beo.] Citatus est ad vrãm Rmãm D. per domi-
num Zbaski, dnus Conrath, et Carolus, ob salarium
suum quoddam sibi à domino Erasmo Epõ defuncto
debitum, quod dicunt se quidem illi ad solvendum ob-
ligasse coactos per arestum, inquantum illi deberetur,
tamen testes se, et documenta habere certissima, nihil
illi fuisse debitum. Quae documẽta, quia longe et in-
comodissimum eis esset nũs coram vrã d. Rmã pro-
ducere, petunt, ut id alio tempore, et comodiore loco fi-
at, Sed et citra iudicium dicunt se esse paratos facere

illi hanc solutionem, si docebitur salarium ipsum fuisse debitum. D. vra Rma pro sua benignitate faciet in ea re quod decens fuerit. Verum comodius istud Pioter;comiae agi potuisset pnte Carolo, quam in eo tanto locorum interuallo. Me Rmae D. vrae et seruitia mea ex corde comendo. Quam plurimu rogo, vt dominu Rudniczki Capellanum suum comendatum habere, et per occasionem non praeterire dignetur. Valeatq3 faelicissime et sit foelix perpetuo. Ex Castro Poltowien die XXa Martii. Anno domini M°. D°. XXVIIIa

Franciscus Archiepiscopus Colocen
Petro Tomicio Epo Cracouiensi et
Vicecancellario.

Rme in Christo pater et domine, domine mi obseruantme. Salutem et amicabilem obsequiorum comendationem. Quo in statu sint nuc res SeRmi domini mei domini Regis Vngariae. D°. vra Rma et audiuit vt opinor ex fama publica, et audiet intelligetq3 clarius ex ore huius Nuncii Mtis suae, quem ad vram Rmam d. vti ad amicum specialissimu misit, In qua plurimu Mtas Regia confidit. Scit enim eam esse vitae integritatem et amicitiae constantiam eiusdem, vt eodem modo se gerat erga amicum, et prospero et aduerso tempore. Ego autem ex me rogo vehementer eandem, vt non omittat suadere per literas et Nuncium suum

SERmo domino Regi Poloniae de missione oratoris ad Imperium in negotio SERmi domini Regis mei, uti Mtas sua concluserat Piotrcoviae. Istum casum quem Mtas Regis mei passa est, vellem posse oretenus reserare eidem. que (ut spero) cognosceret ex hoc casu non esse stabilitum Regnum Hungariae in manu FERDINAndi, imo tantum habebit agere forte quantum huc usque, et quia haec maxime dependent ex arbitrio eiusdem, volui eam his meis literis commonefacere ut non frangatur his adversis, sed faciat offitium eiusdem amici quem semper hactenus se esse ostendit. Deus enim et amici facile possunt restaurare que paucorum proditione aliquantulum corruere. Habemus homines enim adhuc unum locum quem nondum movimus (non dico de Thurco) qui cedet gravius domino Ferdinando quam omnia superiora. O si liceret mihi per spatium unius horae colloqui cum vestra Rma D. Cui me iterum commendo et quam foelicissime valere opto, Ex Arce Camieniecz XVIIa Marcii. Anno domini Mo Do XXVIIIo

.. Gallus

Rex Joannes . Petro Tomicio epo Vicecancell°

Rme in Chro pater amice nr charme. Significavimus nuper Rme p. vrae, per Magrum Laurentium Miskowski Consiliarium nostrum de omnibus rebus nostris et adventu in Regnum Poloniae, ad quod nos ea mente venimus, Ut cum Rma p. vra et aliis proceribus huius Regni constituamur, et dnationum vrarum consilio auxilioqz rebus nostris consulemus, Cum autem Rmam p. vram syncerum amicum, et ex nrorum oratorum relatu, et re ipsa semper cognoverimus, et de ea certi semper fuerimus, optavimus. optamusqz ut Rma p. vra constitui, nec labori parceremus ad eam accedendam, si vel Rmae p. vrae grave id non esset futurum vel aliis de causis haereret, Unde cum id fieri non posset. Rogamus Rmam p. vram. Licet illud sine labore esse non possit, Velit venire ad nos in Tarnow, ubi nos quoqz deo volente constituemur. Praestetqz Rma p. vra nobis pntibus id quod absentibus semper tribuit. Nam cum coram fuerimus secum constituti. Poterimus cum Rma p. vra et colloqui et de omnibus negociis nris quae comunia nobiscum cu Rma p. vra sunt, exinutqz perpetuo, consulere, tractareqz. Et qmvis ad potiores dominos idem scripserimus. Rogaverimusqz ut ad nos veniat, multiqz se facturos polliciti sint, Adventus tamen p. vrae Rmae cum sit magnae authoritatis, trahet multos, faciet Rma p. vra, rem nobis gratam et necessariam, et cuius perpetuo recordabimur. Reliquum est, ut tandem feliciter valere optamus, Dat in Castro Cammeniecz in do,

nimia Letare. Anno domini Millesimo quin-
gentesimo vigesimo octauo.

Ioanni Regi Vngarie
Petrus Tomiczki eps Crac.
Vicecancell.

SERme princeps et domine, domine clementissime. Post
seruitutis et orationum mearum humilem comendationem.
Magno dolore afficit me is casus qui nuper, siue ignauia
siue potius proditione suorum accidit vre Mti, testatusque
sum cum ipsum dolorem meum quo affectus sum, coram
Nuncio et aulico Mtis vre domino Augustino, qui nuper
hic apud me fuit, et que sit sententia mea quam in hac
aduersa fortuna sua sequi potius debeat Mtas vra, illi
declaraui. Venissemque et nunc solus perlibenter ad vram
Mtem, eaque que statui eius vtilia et salutaria esse pu-
tarem, coram consulerem, verum tam graui egritu-
dine catarali sum in presens affectus, vt nequaquam inte-
grum mihi sit id facere, et proinde supplico enixe Mti
vre, vt et excusatum me apud se habere, et boni consu-
lere dignetur. Quicquid autem ego pro illius dignitate
tuenda et statu conseruando ope et quantulacunque
opera mea, facere potero, nihil vnquam pretermittam,
et comendo me rursus gratie Mtis vre, quam deus
optimus maximus seruet quondiutissime sospitem et feli-
cem, et meliorem fortunam illi concedat. Datum in Arce

mea Bodzecin die Dominico Iudica. Anno domini M°. D°. XXVIII°

Petrus Tomiczki Eps Craconien. Et Regni Polonie Vicecancellar.

Francisco de Frangepanibus Archiepo Colocensi.

Rme in Christo pater et domine, frater et amice charme ac maior honoran. Salutem et omnis foelicitatis continui incrementu. Dici non potest, quanto dolore affecerit me haec clades nouissima, quam Serenmus D. Joannes Hungariae Rex accepit, plus gentium suarum ignauia, ne dicam perfidia, quam aliquo alio sinistro euentu. Quia tamen id quicquid accidit euenisse non dubitamus nutu et voluntate diuina, cui nemo refragari potest, ferendum est aequo animo, totisque viribus incumbendum et agendu, vt inici possit aliqua ratio stabiliende concordie et pacis, inter ipsum Serenm d. Regem Joannem, et eius aduersarios. Qua in re Mtas domini mei curam et operam suam interponere non desistet. Mittere etiam proculdubio Mtas sua ad conuentum Imperii Oratorem suum, quem priusque e Regno discessisset, designauit, et qui se iam itineri accingit. Ego vero dabo illi instructiones necessarias. Mi domine Rme, in me et mea erga se fide ac obseruantia nihil dubitet, Serenmus d. Rex vester, talem enim me praestabo erga Mtem suam et res eius in hac eius aduersa fortuna, qualem me hactenus praestiti. Vrgebo, admonebo literis meis Mtem domini mei, vt illius

Mtem non deserat, periclitariq ad extremum non permittat. Id quod certo mihi persuadeo Mtem suam pro sua in omnes clementia et pietate esse non gravatim facturam. Comendo me ex animo vrae Rxme d. quam dnus deus servet quadiutissime sospitem et foelicem in sua gratia. Ex Arce mea Bodzacimen. XXIIII Marcii. Anno domini M° D° XXVIII°.

Petrus Tomiczki Eps Cracovien. Vicecancell. Nicolao de Ssidlowec Castellº Sandomiriensi, Thesaurario Regni Polonie. Osswetimen. Zatorien. Krzepicensi & Olstinensi Capitaneo

Magce domine, amice charme ac honoranme. Non videtur mihi consultum, vt vel vra M. vel ego cum novitate de profligato Rege Joanne ad Mtem Regiam mittere tam subito debeamus, ne de adverso illius casu et rebus eius inclinatis letari videamur. Verum sub hac rerum mutacione, videbitur mihi consulenda Mtas sua, an oratores de tractanda concordia inter eundem Joanne Regem, et Regem Ferdinandum, erunt mittendi, necne, et cum quibus instructionibus, postq alia sit nunc facies rerum, quam prius fuerit, et cum hec scribemus, subinferemus etiam de profligato ipo Rege Joanne, et fuga elapso ad Castrum dominorum de Camieniecz, vt non principaliter nunctiando hanc infaustam illius cladem, sed propter expeditionem Oratoru, Nunctium nostrum ad Mtem suam, misisse videamur, sed de his omnibus liberius et plenius conferam cum vra M., cum bene

iuuante deo, ad me huc venerit, Interim vero aliquid etiam innouabitur de eo ipso Rege Joanne, quid agat quid spei habeat quidue consilii capiat, felicissime valeat vra M. meque habeat sibi charum et comendatum. Dat

Petrus Tomiczki Eps Cracouien R. P. Vicecancell Otte de Chodecz Palatino Sandomirien: Halicien Colomiensi Sniatinensi Capitaneo.

Mag^ce domine, amice charo^me ac honoran^me, Magnas ago et habeo gratias vræ M. de nouitatibus Turcicis ad me perscriptis, faxit dnus deus vt iis comunis christiani nominis hostis, neque hoc anno, neque aliis sequentibus vnque Hungariam aut Regnum nostrum bello infestet, quo parumper a continuis bellis respirare et bonum ordinem defensionis quem nullum habemus constituere inter nos aliquando possimus. SER^mus dominus Joannes Hungariæ Rex, est iam bello victus, et regnum suum exire coactus nec recuperare vnque vires poterit Postqm illi in quibus maiorem fiduciam salutis suæ reponebat, ab eo defecerunt, sed et dificile nimis est illi Imperare Hungariæ, qui Imperiu eius detrectant, subesseque illi nolunt. Misit idem SER^mus d. Rex Joannes ad me nuper Nunctium suu, implorans consilium et auxilium in rebus suis deploratis, Scripsit etiam posthac mihi postulans, vt ad se in Tarnow venirem, quo spectaret alios quoque dominos Consiliarios Regni ad se venturos, verum excusaui me illius siti ab

hac profectione, egritudine mea quam nūc patior, que si
etiam impedimento non esset in praesens, inuenissem aliquā
aliam honestam excusationem, qua me à congressu cum il-
lius Mte excusassem. Non enim decet nobis conuentus ali-
quos facere sub absentia et sine consensu Regiae Mtis, prae-
sertim cum Mtas sua declarauerit se neutralem esse, et neu-
tri horū Regum de Regno Hungariae contertantium, quo
ad bellum, vtriq; vero quo ad concordiam et pacem wlt ad-
esse. Satis enim superq; suspecti sumus omnes Serenmo Re-
gi Ferdinando, et dominis Hungaris, quod gentes nostrae
iuerunt hactenus passim ad stipendium Regis Ioanis con-
tra ipsos, cauendum ergo nobis est, et prouidendū, ne his
Conuentibus, qui occulti esse non possent, maiorem nobis sus-
pitionem et hostilitatem pariamus. Quare consilium meum
est, vt se vra M. excuset ipsi Serenmo domino Ioanni Re-
gi à veniendo in praesens ad illum publicis negociis, quibus
in Palatinatu suo nūc distringitur, et aliis ad quas obeun-
das in Russiam vocatur, quacunq; autem in re posset ve-
stra M. iuuare res suae Mtis, omnem studium, curam, ope-
ram et facultates suas illi polliceatur. Nihil scripsit mihi
vestra M. quos viros Nobiles designauerit ad Subindi-
catum terrae et Palatinatus sui Sendomirieñ. Valeat felicme
vra M. et me diligat, habeatq; sibi comendatum. Dat[um]

Petrus Tomiczki Eps Crac
et Regni Polo. Vicecancell.

Lucę de Gorca Castell. Poznan.
Capitaneo maioris Polonie

MAgce domine, domine et frater honorandme. Quantis simus casibus obnoxii omnes, quãdiu hanc vitam incolimus, recens certe praebet exemplum SERmus D. Joannes REX Hungariae, qui nuper favore fortunae, tanq matris indulgenme erectus ad clarissimi Regni fastigium, ad vltimũ feria sexta ante dñicam Reminiscere, est fusus, fugatus, et prostratus, vel potius à suis Hungaris desertus et proditus, et post res suas perditas, extorris factus ad dominia mtis Regiae, fuga est delatus auxilio nostrorum Polonorũ, qui soli illum servarunt, et in arcem Camieniecz Civitati Crossnen vicinam, salvum ac incollumem deduxerũt vbi hactenus se continet, ferunt hij qui fuerunt in illo praelio, quod velites Hungari et antesignani eiusdem Regis Joãnis, qui initium pugnae facere debebant, in cõgressu cum hostibus, non illos armis impetebant, sed versi in salutationes mutuas et oscula amice cum illis confabulabantur, Quorum REX considerata perfidia, fuga saluti suae cõsuluit, et nisi Poloni adfuissent, fuisset per suos proditus, et in manus ac potestatem hostium, traditus) D. Antonius Rincon Orator Serxmi. d. Regis Franciae, erat inter pedites, qui satis animose pugnarũt, verum visa Hungarorum perfidia, ac suorum ac Regis fuga, ipsi etiam in fugam sũt

versi, quorum trecenti viriliter pugnantes, occubuerunt.
Ex equitibus vero circiter viginti desiderati, Castra direpta,
currus tamen Regii ferme omnes abducti opera Polonorum
quos proditores Hungari per longum spatium insequebantur aio
Regem capiendi, certo edoctus sum, quod Rex ipse, despe-
ratis rebus suis eo animo ad nos confugit, vt hoc receptu sive effu-
gio suam et suorum, qui eum et partes eius, usque ad extremum
secuti sunt, salutem et vitam servet incolumem/ Mittitque ad
Mtem Regiam nuncios suos supplicans, vt Mtas sua illum nuper
Regem nunc autem profugum, extorrem et omnium indigum
pro Iure foederis, vicinitatis et affinitatis quae illi cum Mte sua
intercedit in Regno suo susceptum, habeat, foveatque cum suis
paucis, qui et ipsi sunt extorres, eiusque fugae se adiunxere co-
mites. Interim vero vt agat Mtas sua per insignes Oratores
suos cum Rege Ferdinando, de conditionibus concordiae et pacis
si non vtilibus ac honestis, at saltem tollerabilibus ac ferendis, Ego
mihi certo persuadeo, quod Rex ipse Ferdinandus hac recenti vi-
ctoria elatus, erit durus ad suscipiendas quasque conditiones
concordiae et pacis, nam agit omni studio apud Mtem Regiam
ne Rex ipse Joannes hostis eius habeat receptum in dominiis
Mtis suae, Verum mihi crudele videtur nimis, et parum chri-
anum esse, si Mtas sua Regem vicinum et affinem in
hac eius extrema necessitate, omni praesidio et favore suo de-
stituere deberet, Scriberemque propterea volo Mti suae et persua-
dere vt Mtas sua faciat offitium pietatis et Regis Christiani, Re-
gem afflictum et odio novercantis fortunae colapsum, non de-
serat, et in dominiis suis ad tempus conservet, non ut inde ali-
quid hostile moliatur adversus Regem Ferdinandum et Re-
gnum Hungariae, sed duntaxat vt contineat eum, ne vel ad
Thurcum, vel ad alias Terras hostiles elabatur. Vnde posthac

Regno Hungariae vel rei Christianae cladem aliquam insignem inferre possit. Maluissem laetiora noua V[est]rae M[aies]t[at]i scribere. Sed cum haec quae nobis non satis arrident, euenerit, qualiacunque illa sunt, significare ea volui, comendo me ex animo V[est]rae M[aies]t[at]i, quam deus seruet cu[m] suis omnibus q[uam]diutissime sospitem et foelicem. Datum in Arce mea Bodzeczmien.

Petrus Tomiczki Ep[iscopu]s Cracouien[sis] et Regni Poloniae Vicecancellarius

Andreae Crziczkio Ep[iscop]o Plocensi

Rev[erendissi]me in Chr[ist]o pater et domine, nepos char[issi]me. Quantis simus casibus obnoxii omnes, q[ua]mdiu hanc vitam incolimus, recens ecce praebet exemplum Ser[enissi]mus d[ominus] Joannes Rex Hungariae qui nuper fauore fortunae tanq[ua]m matris indulgen[tissi]me euectus ad clarissimi Regni fastigium, ad vltimum feria secunda ante Reminiscere est fusus, fugatus, deiectus, vel potius a suis desertus et proditus, et post res perditas extorris factus, ad dominia M[aies]tis Regiae fuga est delatus, auxilio nostrorum Polonoru[m], qui soli illum seruaru[n]t, et in Arcem Camienecz quae est Ciuitati Crossnen[si] vicina, saluu[m] ac incolumem deduxerunt, ferunt enim hii qui fueru[n]t in eo praelio, quod velites Hungari et antesignani, qui initium pugnae facere debebant in congressu cum hostibus, non illos armis impetebat, sed versi sunt in salutatio[n]es mutuas et oscula, quorum Rex

considerata perfidia, fuga saluti suæ consuluit, et nisi
Poloni fuissent, fuisset per suos proditus et hostibus traditus
Dominus Antonius Rincon, erat inter pedites, qui satis ani-
mose pugnarunt, Verum visa postea Hungarorum perfidia
et suorum ac Regis fuga, ipsi etiam in fugam sunt versi, quo-
rum trecenti viriliter pugnantes occubuerunt, Ex equiti-
bus vero circiter viginti desiderati, Castra direpta, currus
tamen Regii ferme omnes abducti opera Polonorum, quos
proditores Hungari per longum spacium animo Regem
capiendi, Audio quod Rex ipse Joannes in rebus suis de-
speratis, eo animo huc ad nos confugit, vt hoc receptu sine effu-
gio, suam et suorum qui eum et partes eius usque ad extremum
secuti sunt, salutem et vitam seruet incolumem, mitterequè de-
creuit vt certo edoctus sum ad Mtem Regiam, supplicatu-
rus vt pro iure foederis, vicinitatis et affinitatis que illi
cum Mte sua intercedit, Mtas sua illum nuper Regem
nunc autem profugum, extorrem, et omnium indigum, in
Regno suo susceptum, habeat, foueatque eum suis, qui et
ipsi sunt extorres, eiusque fuge se adiunxere Comites In-
terim vero ut agat Mtas sua per insignes Oratores suos
cum Rege Ferdinando de conditionibus pacis, si non vtili-
bus aut honestis at saltem tolerabilibus, Quia vero vere-
tur ipse Rex Joannes, ne Mtas domini nostri in gratiam
victoris recuset ei dare receptum in Regno suo, et partes su-
as de concordia et pace interponere neget, mittit etiam ad
me nunctium suum, forte dominum Laurentium Miskowski
postulans vt se Mti Regiæ comendarem, et ut si fuero designa-
tus per Mtem suam, mediator pacis et concordiæ inter ipsum
et Regem Ferdinandum, vt munus hoc non detrectarem,

Ego hijs diebus sum aliquantulum debilis ex catarro et tussi atque ita multa scribere et meditari nunc non possum, quare rogo plurimum vestram Reverendissimam D. scribere velit exemplum litterarum, quibus optimum Regem et nobis amicissimum fortunamque eius deploratam, Maiestati suae comendem, deducendo quod offitium est Maiestatis suae Regem vicinum et affinem in Regno suo suscipere, et ne funditus in familia sua et suis fides pereat, omni ope et consilio suo, iuuare agereque inter illum et Regem Ferdinandum de aliquibus honestis pacis et concordiae conditionibus. Praeterea si ventum fuerit ad hoc quod ego ire debeam cum domino Castellano Cracouiensi aut aliquo alio collega ad tractandum de hac sancta pace et concordia rogo vestram Reverendissimam D. meditari interim velit et scribere orationem et instructionem legationis, tam ad Regem Ferdinandum quam ad Consiliarios et ordines Regni Hungariae argumentis rhetoricis et persuasibilibus refertam ad persuadendam et conciliandam concordiam et pacem inter hos duos Reges quorum alter prostratus iam iacet, vt sim bonus nunctius et mediator reique christianae et hijs Regnis in magno discrimine constitutis mea quantulacunque opera consulere et prodesse possim. Referam vicissim vestra Reverendissima D. hanc eius curam et laborem fraterno amore et offitijs amicitiae per omnem occasionem Optoque vt vestra Reverendissima D. sit semper incolumis et foelix, meque diligat, et domino Broderico comuni nostro amico diligentissime comendet. Rogo etiam vestram Reverendissimam D. scribere velit Epistolam breuem quam poni faciam in prima charta librorum Missalium, quos formis excudi in germa,

mia iussi, et per hunc puerum mihi etiam mittat

Datum

Andreas Cricius Eps Plocen
Petro Tomiczki Epo Cracovien
Et Regni Poloniae Vicecancell.o

Rme in Chro pater, et domine mi colendissime. Venit ad me cubicularius iste Vrae Rme d. hesterno die, cum rem diuinam faciebam, et reddidit mihi eius literas, quas cum domino Broderico pene lachrimis delevimus. Scripsi, vt mandauit, e uestigio et exemplum scribendarum literarum ad Mtem Regiam, et praefatiunculam in libros Missales, fabricaboque pro captu ingenii mei legationem Vrae Rme dnis ad pacem et concordiam aliqua tractandam, quae, quod munus hoc subire non grauatur causa pietatis, et pro bono Reipublicae christianae, nihil sanctius laudabiliusque facere pot. pro quo optimo instituto, agimus illi ambo cum dno Broderico gras immortales, nam praebet nobis ea res spem non vulgarem futuri adhuc alicuius boni. Verum in Rme d. si res per tantam moram, vt forte necesse est, geri debet, communicando omnia per tanta locorum interualla, cum Mte Regia, et nihil interim tentando, Vereor plurimum, ne meus labor, in texenda ipsa legatione vel frustra fiat, vel sit posthac aliter faciendus, quemadmodum in instructionibus nuper scriptis contigit

multa enim interim, quàm d. vrã R.^{ma} exire ad hoc munus poterit, mutari possunt, que forte diuersa postulabunt, nam vnum ego ex duobus futuru maxime timeo, vel exacturu acerbius, tentaturumq aliquid Ser.^{mum} Regem Ferdinandum etiam hic in Regno nostro aduersus Regem Joannem. Vnde et ille aliud cogitare, et nostri pro illo in aliquam hostilitatem cum ipso Rege Ferdinando deuenire cogerentur, vel certe, ut fama constans est, ad conuentum Imperii proficisci cogetur, quod si fiat, quam comodum esset hoc iter vrã R.^{me} d. aut etiam vtile, absq dominis Regni vngariae, ipsa satis intelligere potest, tamen fiat ita, ut fieri pot. cum et neuter ex vris d. qui officiis cancellariatus (?) suis funguntur cum M.^{te} Regia profectus sit, neq ita prouiderut, vt à M.^{te} sua cleres et sufficientes instructiones, in rebus tanti momenti semper hic habere possent. Quod ad libros missales attinet, probo maxime quod vrã R.^{ma} d. illos in germania excudi fecerit, nihilq dubito quin illos repurgarit non ab erroribus solum, sed etiam à plerisq superfluis et superstitiosis, prouideritq potissimu, ne quid nouitatis inesset praeter morem veterem in re diuina facienda, qui vt minus habet cerimoniarum, ita plus habet sinceritatis et fauoris, hoc praesertim seculo, quo omnia in contemptu et ludibrium vertuntur, maxime si quid nouum et insolens conspicitur. Proindeq diuus Hieronymus monet, Vt traditiones Ecclesiasticae sic obseruentur vt à maioribus sunt traditae, Vtq vnaqueq prouincia sensu suo abundet, et instituta maioru, leges Apostolicas esse arbitretur. Nunc apud nos omnia varietatis et confusionis plena sunt, neq miru est, sacra nra improbari ab

haeretis cum neq nobis ipsis satis certa et probata esse vi-
dentur, Vt appareret in Ardelione nostro rerum omnium no-
uatore, et chao confusissimo. Nolo prolixius scribere, ne in tanto
negocio nunctium hunc remorer, satis alioquin seu domi seu
in itinere moratum. Comedo me et obsequia mea in gra-
tiam R.me d. vrae. et precor dominu deum, vt illam
diutissime saluam, sospitem et foelicem seruet, Ex Poltow-
sko die Jouis in Crastino Annunciationis gloriosissimae vir-
ginis Mariae dominae nostrae, Anno domini M.o D.o XXVIII.o

hec particula sequens est ex epla Thomicii scripta ad Cricium, que retro
in Charta tercia continetur. pare debet illic post hoc signum ⊖—

Post scriptas literas, misit ad me Mag.cus Chr.phorus Schidlouiecz D. Castellanus Crac.
exempla lrarum Regis Ferdinandi et Oratorum eius, quae
mitto cum pntibus, ex quibus cognoscet vra R.ma D. quod
Rex ipse Ferdinandus, aget omni studio suo, et urgebit vel
fortasse iam vrget suis lris aulam Regiam, ne Rex Joannes
hostis eius, habeat receptum in dominiis suae M.tis, sed certe
crudele nimis foret, ac parum christianum, si M.tas sua Re-
gem vicinum et affinem in hac eius extrema necessitate
omni praesidio et fauore suo destituere deberet, cum non con-
seruabit eum M.tas sua, vt aliquid hostile moliatur con
ipsum Regem Ferdinandu aut Regnum eius Hungariae
sed duntaxat vt contineat eum, ne vel ad Turcum vel ad
alias Terras hostiles elabatur, Vnde posthac Regno Hungariae
et Rei Christiane negocium facessere et cladem aliquam insignem
inferre posset,

Sigismundo primo Regi Poloniae

Petrus Tomiczki Eps Cracovien Vicecancellarius.

SACRA Regia Mtas D. et C. Jam hactenus satis constare potest Mti vrae Serenissimae ingens et miserabilis casus Serenissimi dni Joannis Vngariae Regis, qui his praeteritis diebus vbi cum hostibus congrediendum erat, non solum circumuentus et desertus est à suis, sed etiam ita insequutus ab eis, vt nisi a nostratibus, quos conduxerat, seruatus esset, vel in discrimen vitae, vel certe in potestatem hostis sui deuenisset. Mira et stupenda sunt Serenissime REX, que hoc fatali seculo nostro, tam in diuinis, quam etiam humanis rebus geri videmus, et si quis expendat corruptissimos hominum mores, tot periuria, et sacrilegia, tantam religionis, et rerum publicarum perturbationem, tantos populares motus et seditiones, summorum principum exilia, captiuitates, interitus, que hoc breui tempore, contigerunt, non leuius esse ducet, cum Regem desertum proditumque à suis, qui et dilectissimus illis erat semper à cunis vsque, et summo ipsorum fauore ad Regni culmen euectus, proditus autem in gratiam eius principis, cuius genus et natio fuit illis semper omnium maxime inuisa. Verum si verissime mos huius gentis expendatur, ita quasi natura insitus, vt semper fidem, et Reges suos pro equis desultoriis habuerit, si ad calculum reuocentur priora Regni illius gesta, equidem id adeo nunc neque mirum, neque nouum videri poterit. siquidem extant huiusmodi inconstancia, ne dicam

perfidiæ, exempla plurima et huius consilii, nam vt ex multis vnum comemorem. Electus et coronatus erat ab Hungaris, mortuo Scto Stephano Petrus Almanus Henrici Coesaris Nepos. qui dum intra modicum tempus exosus fuit Hungaris, pellitur è regno, et Aba Comes Hungarus coronatur, fitq; et ille non multo post inuisus, reuocatur rursus Petrus, resq; in certamen venit, succumbit et occiditur à suis Hungaris; Petrus rerum omnium cum applausu potitur, præsenteq; Coesare denuo coronatur. displicet is rursus paulo post, et rursus regno eiitur, fugiensq; præ merore apud Quinq; Ecclesias moritur, exulabat interim in Polonia Stirps Regia Hungariæ, ex qua Andreas maior natu Petro defuncto sufficitur, et cum sumo honore ad patriam et Regnum suum reducitur. Ea est illius fidei et Regni firmitudo, longum esset plura eiusmodi recensere, Nunc Serme Rex, confugit optimus iste princeps ad Sacram Mtem vestram quasi ex naufragio in portum, fretus virtute, pietate, et affinitate Mtis vræ, fretus conscientia et innocentia sua veretur id, quod res est, ne Sermus Rex Ferdinandus agat apud Mtem vram. vt sibi in Regno eius receptus nō daretur. Supplicatq; Mti vræ, vti se, et salutem suam suorumq; paucorū fidelium conseruet, ac vt operam suam impēdere non grauetur, quo cum hoste suo ad aliquas conditiones pacis et concordiæ venire posset, si non honestas saltem tollerabiles. Me etiam vti se Mti vræ comendem, et munus hoc tractādi de concordia, si per illam designatus fuero, non detrectem obnixe rogat. Ego Serme Rex vt et officium Christiani Epi faciam, et Mti vræ pro fide mea debita integerrime consulam, censeo et supplico, Vt Mtas vrā Regem ipsum, tam aduersa actum fortuna, conseruet, si is hostis, si vel maleficiis

esset, confugientem tamen ad Mtem vram, et opem eius sue saluti implorantem, non conueniret principi Christiano excludere. Nunc is et vicinus Rex est, et affinis Mtis vrae obseruantissimus, censeo item pacem et concordiam tractandam modis quibus fieri poterit, id redet in summam gloriam non solum Mtis vrae, Sed etiam ipsius Sermi Regis Ferdinandi, redet ad honorem dei et horum Regnorum totiusque christianitatis comodum et salutem, Persuadeat sibi quicquid velit ipse Sermus Rex Ferdinandus, verum cum multo maiori comodo suo factum est, quod hostis suus ad Mtem vram confugit potiusquam vt in talibus euentibus fieri solet, ad hostes eius aliquos confugisset, Documento nobis est dux Michael Glinski, documento id genus multa alia. Ego quicquid in ea re praestare possum opera et labore meo pro honore Mtis vrae, et communi bono statu horum regnorum et salute, nihil ad mandatum vrae Mtis subire grauabor In cuius gratiam me et orationes meas humiliter comendo Dat.

Bone Sphortie Regine Polonie Petrus Tomiczki Eps Cracouien & Regni Polonie Vicecancell

SACRA Reginalis Mtas domina, et domina mea clementissima Post seruitutis et orationum mearum in gratiam Mtis vrae humilem comendationem, cum descendisset ad me is Nuncius dominorum Consiliariorum terrarum Prussiae recta istuc profecturus, nolui illum vacuum lris meis ad Mtem vram à me dimittere, quibus Mtem vram uiso, Deumque optimum maxm precor, vt illi hoc sacrum Pascha, letissimum et foelicissimum conce-

dat, eamq; in isto domino, sanam, letam, et incolumem quam
diutissime conseruet. Ser^ma Princeps, non dubito satis iã
constare M^ti V^rae quam ingenti et insperato casu perculsus
sit Ser^mus d. Joannes Rex Hungariae, adeo vt ad regnum
M^tis domini nostri profugere sit coactus, cui quod M^tas sua receptu
in eodem Regno suo concesserit, non possum non clementissime
laudare et probare, fecit enim M^tas sua christiani et pientissimi
principis, erga Regem vicinum et affinem suum, nec certe facere
aliter licuit M^ti suae, est modo bonus Rex in Tarnow pauper et
inops, omniq; ope destitutus, non dubito vero quod opera benigna
ac diligenti, cum M^tis domini nostri, tum aliorum Regum et principum
christianorum ad extremum non periclitabitur. Me rursus et meam pro-
mitatem gratiae M^tis V^rae comendo, quam dominus deus cum suis
omnibus seruet semper incolumem et foelicem Dat. in Bodzeczin

Petrus Tomicius Eps. Vicecancellarius Antonio Rincon Regis Galliae Consiliario et Oratori.

Mag^ce domine, amice charissime ac honorande. Magnas ago et
habeo gratias V^rae M^ti quod me literis et nuncio suo viserit, et
de clade Ser^mi domini Regis Hungariae et suo etiam pericu-
lo breuiter perscripxit. Ego certe magnum dolorem cepi ex
hac clade vel potius fuga vestra, et cum videam omnia prodi-
cionum plena esse cumq; intelligam dificile esse regnare ali-
cui in aliquo regno inuitis et reluctantibus subditis et Regni-
colis. Rogo plurimum V^ram M^tiam consulere velit Ser^mo dño
Regi Hungariae communi charo meo, velit inire aliquam rationem

pacificandi et servandi se ac statum suum et suorum alio modo potius quam bello et armis, quod certe in tanta hominum perversitate et perfidia video illum nequaquam sustinere posse. Nihil autem dubito .M.tem domini mei, omnem curam et operam suam impensuram esse causa rei christiane, quo eundem Serenissimum dominum Regem Hungariae cum eius adversario ad aliquas honestas pacis et concordie conditiones reducere possit. Ego mi domine Antoni, graviter nunc laboro ex tussi et febre catarrali, que corripuit me mox post discessum domini mei in Lituaniam, atque ita eger et languens hic decumbo, sumque adeo extenuatus et mutatus ab illo, ut me vix agnosceretis. Spero tamen me dei benignitate, brevi melius habiturum et vires corporis fractas et debilitatas resumpturum, Comendo me ex animo solito amori et benivolentiae vrae M., quam cupio semper felicissime valere, et gratulor illam ex hoc naufragio, salvam ac incolumem cum puero meo Conarski evasisse. Datum in Arce mea Bodzeczmen. XXI. Marcii Anno dni M.° D.° XXVIII.°

Petrus Tomiczki Eps Cracovien Vicecancell Joanni Statilio Prepto Budensi Joannis Regis Consiliario.

R.me domine frater et amice charissime ac honorande. Doleo ex animo Ser.mum d. Joannem Hungariae Regem fusum fugatumque esse per hostes, et e regno suo hungariae discedere coactum, Non debet tamen propterea frangi animo M.tas

sua, neque vrae D[ies]. qui fortunam M[aies]tis suae secute sunt.
et etiamnum sequuntur, Sed cum vndique venti aduersi spi;
rant fortuna non fauet, cogitare dignetur M[aies]tas sua et vrae
D. cum ea. de aliqua ratione concordiae et pacis cum dno Re;
ge Ferdinando ineundae, Timemus enim ne his duobus
Regibus inter se digladiantibus. tertius superueniens vtrunque
excludat, et Regnum Hungariae intereat. Mitto vrae R[ever]x
d. per hunc dnum Augustinum sexaginta florenos in moneta
Regni nri. et vnam vestem pellibus suffultam, vt habeat
interim. quo alleuet suas necessitates. et opto Vram R. D. be;
ne ac feliciter valere, quae me diligat vt consueuit. et Sermo
dno Regi suo frequenter commendet. Datum

Ferdinandus Rex Vngarie et Bohemie
SIgismundo primo Regi Polonie.

SERme Princeps frater et sororie mi charme. Peruenit ad nos e
tribus locis nuncium, quo certo edocti sumus foelicissimum sacr
Coesareae et Catholicae M[aies]tis domini et fris nostri charissimi. e
xercitum superioribus mensibus in Etruria degentem cum exercitu
gallorum, qui iam in Regnum Neapolitanum ingressus erat
Cui quoque Cesareus ex vrbe Roma digressus in occursum ve;
nerat, prelium atrox commisisse. In quo ex gallis tria millia
peditum, duo autem equitum millia succubuerunt, residuum vero
Gallicarum copiarum, cum a nostris persequeretur, ad spatium
xv. miliariorum italicorum, in fugam actum, hostesque Cesareos atque

dispersos esse, nec finem pugnę futurum, donec nri quod reliqui est, ex copijs hostium proterant et deleant. Praeterea Mag^cum Antonium de Lewa gentium M^tis caesareae praefate Mediolani existentium Capitaneum, vnacum copijs equestribus et pedestribus, tam Hispanis quam Germanis, quas sub se habet, ex copijs Venetorum aliorumque Italiae Potentatuum, M^ti Coesar antedicte aduersantium Pedites bis mille, cataphractos centum, et plures aliquot leuis armaturae equites trucidasse, Castraque et oppida complura cepisse, Coesarique subegisse, De dupplici et insigni hac victoria, nos statim accepto nuntio grās immortali deo, tametsi minime pares egimus, pro magna et multiplici clementia et misericordia eius Inperscrutabili, qua M^tem Coesaream et nos qui res suas communes habemus, complecti et fouere dignatur, qui denique ut nos diuinae sua M^ti alioqui cuncta debentes, redderet magis obnoxios Iusticiae Coesareae, rectisque studijs, eiusdem gratiae solitae signum dare voluit, Sperantes et nūc quidem vnice, in diuina eius bonitatem, partam hanc per nros victoriam, rebus Coesarum in Italia prosperius aliquanto dirigendis apprime profuturam, atque nris etiam, in Inclito Regno nostro Hungariae, ex sententia confirmandis. Imo et paci vniuersali tandem comodius et maturius constituende, nihil non comodaturam, de quo Serem^tem vram quam aeque ac nos rerum Coesarearum prosperitatem optare et cupere non dubitamus, et ut ipsa rei gestę seriem luculentius ac verius per literas nrās intelligeret, admonere volebamus, Cuius felicitatem et nos quoque vicissim audire percupimus, que felicissime valeat. Datum in Ciuitate nra Vienna die xxv. Mensis Marcii. Anno domini M°. D°. xxviii°. Regnorum nrorum. anno secundo.

Andreas Cricius Episcopus Ploċen
Petro Tomicio Epo Craconiensi et
Regni Poloniē Vicecancellario
Auunculo suo.

Rme in Chro pater, et domine mi colenme. Cum iret ad dominum Campiductorem Regni, in negotio suo, dnus Georgius Krzizky nepos meus, commisi illi, vt meo nomine inuiseret Sermum dominum Regem Joannem, eiusque Mti explicaret causas, cur ad illam, ut postulauit, venire non potuerim, videlicet, et iter mihi esse longinquū, et tempus valde incongruum, equosque meos longe in bonis aliis abesse, et alia multa id genus, quod si maxime commode ad Mtem suam proficisci possem, quid mihi faciendum foret? me prorsus nescire, inconsulta in primis Mte Regia domini nri, consulereque me illius Mti, ne quid inceptet captetue consilii absque scientia et consilio domini nri, cum ita fortuna Mtem suam in hoc regnum appulerit, In eum sensum commisi me excusare illius Mti. Vere quidem, vt sentio, nescio tamen an grate, aut persuasibile. Itaque rogo vram R. d. dignetur ipsi Nepoti meo suggerere, si quid vel mutandū vel addendū illi videbitur. / Dominus Brodericus parat etiam iter ad eius Mtem. sed et languet a suo stomacho, et eget aciter. Quapropter prouidendus erit mihi viatico. Vtrumque egeo ipse satis in pris. Comendo mea seruicia vrā Rme d. Quam dominus deus seruet semper sospitem et felicem. Poltouii iii Aprilis Anno mo. do. xxviii

Petrus Tomiczki Eps Cracoviensis
& Regni Poloniae Vicecancell.

Lucae de Gorca Castellano Posnanien
et Capitaneo maioris Poloniae generali.

Magce domine, domine et frater honorandme. Magnas ago et habeo gratias vrae Magnae, quod me Nuncio et lris suis viserit, me inquam egrotum nunc, et non recte valentem. Nam ab eo tempore, quo huc veni, post discessum Regiae Mtis in Lituaniam, coepi male habere ex tussi et catarro, qui morbus plures homines hoc anno infestauit. Iam tamen dei gra meliuscule valere incipio, utcunque tussis nondum in toto cessauit, cessabit tamen ut spero breui.

Habui nuper lras a Regia Mte, quibus inter alia committit mihi curarem, ut Nunctius ad Serenmum dominum Regem Ferdinandum, et conuentum Imperii designatus, propere expediatur, e nare admoneat vra Magna dominum Opoleniczki Castellanum Miedzirzeczen, ut se accingat quamprimum itineri, et ad me pro instructionibus veniat. Nam opus est, ut eum informem de multis rebus, que hoc tpe innouata sunt, praesertim vero de hoc, quod Serenmus d. Joannes Rex Hungariae receptum habet cum suis in Regno Mtis d. nri, id quod necessarium erit bonis et efficacibus rationibus excusare. Cracouiae autem habebit ipse d. Opoleniczki viaticum a dno Thesaurario. Unde rectum erit ei iter, et ad Regem Ferdinandum, qui nunc Pragae esse dr, et ad conuentum Ratisbonen.

Serenissimus D. Joannes Rex Hungariae, est nunc in Tharnow, concessit enim ibi ei mansionem dominus Palatinus Russiae, sub annuentia Regiae Maiestatis, Vocavit illuc ad se nonullos dominos Consiliarios, et me quoque cum illis, consultare volens de statu rerum suarum, Verum ego excusavi me hac egritudine quam modo patior. Si autem alii domini ad illum venient, incertum habeo.

De Georgio Conarski, sparsus erat hic non pridem rumor quod in furorem ex egritudine versus, mortem obiisset, Quando tamen adhuc vivit, faxit deus, vt hac modica castigatione induat alium hominem, quamquam quidem ego, cognovi illum semper et cerebrosum et factiosum hominem esse, Sic deus punit hos, qui male agunt, puniet vero procul dubio severiter omnes vel in hoc, vel in futuro seculo, Commendo me ex animo vestrae Magnificentiae, quam dominus deus cum suis omnibus servet quam diutissime sospitem et felicem. Datum in Arce mea Balzacziin sabbato proximo, ante dominicam Palmarum. Anno domini M°. D°. XXVIII°.

Ioanni Vngarie Dalmatie Croatie
Slauonie regi: Marchioni Moravie

Petrus Tomiczki Eps Cracouien
Et Regni Polonie Vicecancell.

Serme Princeps et domine, domine clementme. Post perpetuae seruitutis et orationum mearum humilem commendationem. Accepi hesterno die lras vrae Mtis, quibus declarat se mittere velle celerem Nunctium ad Mtem domini mei in Lituaniam et postulat, vt ei lras Podvodarum ad tres equos mitterem, quo idem Nunctius celerius ire possit. Serme Rex. Id quod ego praestare possum opera et facultate mea libens semper pro Mte vra facere volo, et nunc mitto illi lras Podvodaru ad tres equos, verum nunctius Mtis vrae non nisi ad fines Regni illis vti poterit, in Lituania enim alia Podvodę Ruthenae, sub sigillo Lituano dari solent, quas ego nunc non habeo, preter vnam ad vnum equum, et hanc mitto cum ptibus Mti vrae) ad conuentum Imperii. Designatus est Orator dnus Petrus Opalieniczki Castellanus Miedzirzeczen. qui iam accinctus est itineri, et propediem apud me est futurus, vt accipiat instructiones necessarias, cum autem ad me venerit, admonebo eum et urgebo, vt quam citissime vadat ad obeundum munus sibi iniunctum. Deus opt: max: seruet quam diutissime sospitem et felicē Mtem vram, eiusque actiones fortunet. Cui me rursus suppliciter comendo. Datum in Bodzeczin die Cenae domini. Anno eiusdem. M°. D°. XXVIII°.

Petrus Tomiczki eps Cracovien.
et Regni Pol. Vicecancellarius

Joanni Statilio Ppto Budensi et
Joannis Regis Vngarie Consiliario

Rde domine, amice char.me ac honoran.me Gaudeo plurimum
vram d. bono animo esse, beneq sperare de rebus et successibus
Ser.mi domini Regis sui, faxit dnus deus, vt hec spes et promis-
sa principum externorum, vos non fallat et aliquando ad effe-
ctum deducantur, ego ab initio sui semper suasor concordiae et
pacis, quam et nuc quoq suadeo et consulo tentandam, et ne-
quaqm reiciendam. Nihil autem dubito Ser.um d. meum ome
studium et operam suam adhibiturum esse ut hoc incendium
regni Hungariae sibi vicini et cofederati, bonis et honestis me-
diis sopiatur, Nam et ei suo Oratori dno Petro Opaliencczyk
quem mittit M.tas sua ad conuentum Imperii, dedit specialiter
in mandatis, Vt Ser.um quoq dnm Regem Ferdinandum
adeat, eiq persuadeat modis et rombus omnibus, ut illius M.tas
potiorem esse ducat comunem Reipub. christianae salute, que
per pacem et concordiam adhuc seruari potest, qm dubii exi-
tus, plenuq maximi periculi bellum. Ego mi domine Prepo-
site, adhuc ex Thussi et catarro laboro, mitius quidem agut
iam hec duo mala mecu, que me hoc toto tempore valde ma-
le habuerunt, nondum tamen me in toto reliquerunt, et pro-
inde brevior nuc in scribendo esse cogor, qm nellem. Rogo
autem plurimu vram Rx d. comendet me sepius et meam

perpetuam servitutē Ser^mo^ domino Regi suo, et R^mo^ dno Coloren. ipsaqꝫ me amet ut consuevit, et valeat felicissi.

De Thurco hanc significationem habemus, quod hoc anno non est venturus cum exercitu in Hungariam. Datum in Bodzeczin die Cenæ dni, eiusdem Anno. M° · D° · XXVIII°

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell.

Alberto Marchioni de Brandeburg Duci in Prussia

Ill^me^ Princeps, et domine, domine honoran. Salutem et sui commendationem. Accepi lr̃as vr̃æ Illu^tis^, quibus perscribit multas caussas propter quas integrum ei non sit cudere monetam eo valore, quo illam dni Consiliarii terrarū Russiæ Regiæ M^ti^ subiectarū, cudendam esse censent et optant. Postulatqꝫ a me vr̃a Ill^tas^ ut easdem causas quibus ipsa permovetur et apud me ipsum expenderem, et M^ti^ Regiæ significarem, consulerem qꝫ illi, ut monetam in terris Prussiæ in eo quo iam est cursu et valore manere permittat. Ego Ill. Princeps tametsi non multū sciam disputare de rōne cudende monetæ, cuperem tamē, ut vr̃a Ill. tandem de ea cum Subditis M^tis^ Regiæ conveniret, habent enim illi quoqꝫ rōnes non paucas pro se quibus deducūt hanc monetam, que nūc istic in usu est, esse et levem et plurimū noxiam, nam

propter leuem monetam precia rerum omnium ascendere necesse est, quibus communis populus non mediocriter granatur cuiusque facultates ea sola re uel maxime atteruntur. Scribam tamē libens M^ti Regiæ deliberationem et sententiam vræ Ill^tis, et quaecunque alia in re potero seruire illi et gratificari, offero me paratum semper et beneuolum.) Non dubito iam hactenus satis constare vræ Ill^ti. quam ingenti et miserabili casu perculsus sit Ser^mus d. Joannes Hungariæ Rex, qui his præteritis diebus vbi cum hostibus congrediendum erat, non solum circumuentus et desertus est à suis, sed etiam ita insequutus ab eis, vt nisi à paucis suis seruatus esset, vel in discrimen uitæ, vel certè in potestatem hostium aduenisset. Mira et stupenda sunt Ill^e princeps, que hoc fatali seculo nrō, tam in diuinis quam etiam humanis rebus geri uidemus, et si quis expendat corruptissimos hominum mores, tot periuria et sacrilegia, tantam religionis et rerum publicarum perturbationem, tantos populares motus et seditiones, sumorum principum exilia, captiuitates, interitus, que hoc breui tempore contigerūt, non leuius esse ducet, cum Regē desertum proditumque à suis, qui et dilectissimus illis erat semper à comis usque, et summo ipsorum fauore ad Regium culmē euectus. Is ad tantam nunc deuenit calamitatem et desperationem rerum suarum, Vt non audens se credere amplius suis Hungaris coactus est profugere ad hoc Regnum, susceptusque est per dominū de Tharnow: et manet hactenus pacificus in eius possessionibus et bonis. Supplicatque ut audio M^ti Regiæ per suos Nunctios, ut se et salutem suam suorumque paucorum fidelium, conseruet, ac ut operam suam impendere non grauetur, quo cum Ser^mo domino Rege Ferdinando, ad aliquas honestas conditiones, pacis et concordiæ venire posset, Id quod non dubito M^tem suam libenter esse facturam, Quippe, cuius fuit semper hoc desiderium et consilium Vt hæc differentia Hungarica, aliis potius modis qm armis transigeretur, idque non pri-

nato aliquo affectu aut quod impedire vellet ius ac institutum Sermi domini Regis Ferdinandi, cui prae omnibus favet ex animo, non secus quam filio suo charissimo, succesus qui felicissimos, sed quod maxime verebatur, ac etiamnum veretur, ne pro Regno illo satis alioquin fracto et calamitoso, duobus inter se digladiantibus, tercius superveniens, communis omnium hostis, tanto facilius illud totum occuparet, et cum Mtas sua tractare dignabitur hanc sanctam concordiam et pacem, cedet id procul dubio, in summam gloriam non solum Mtis suae, sed etiam Sermi domini Regis Ferdinandi, cedet ad honorem dei, et horum regnorum totiusque Christianitatis comodum et salutem, Comendo me ex animo vrae Illti, quam dnus deus cum suis omnibus diu servet sospitem et felicem. Datum in Bodzeczin die Veneris Sancto. Anno domini M°. D. XXVIII°

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancellarius Chrõforo de Schidlowiec Castell° et Capita° Crac. Regni Polo(nia)e Cancell° Gostinen Sochaczen & Nove Civitatis Corczin Capitaneo.

Mage domine, domine et amice honorande. Ternas accepi hic literas vrae Magcie, primas reddidit mihi Caspar eius Thesaurarius et servitor, alterae missae sunt mihi nuper ex Cracovia, postremas vero attulit nudiustercius is puer Ill. domini Ducis Prussiae. Quibus quod hactenus non responderim In causa fuit, partim egritudo mea catarralis qua laborare cepi quamprimum hic veni et a qua hactenus in toto non sum liberatus, partim quod non offerebat se mihi nunctius, per quem meas literas ad vram M. mittere potuissem, et proinde rogo illam plurimum, tam diuturnum silentium meum excusatum apud se habere, et boni consulere velit.

Ego autem et habeo vrae M. ingentes gras, quod me et litris et nunctiis suis visere non fuerit granata, referamque vicissim hanc tantam illius erga me beneuolentiam, omni studio et facultate mea

Item domino Duci Prussiae, rescripsi, non placere mihi, quod eius Illtas hactenus non dignatur conuenire de ratione cudende moneta, cum Consiliariis et incolis terrarum Prussiae, cupiatque habere leuem monetam, eam vero, que nunc est, illic in usu, qua illa altera pars censet sibi esse damnosam et noxiam, nam ob leuem monetam, praecia rerum omnium ascendunt, quibus communis populus granatur, et in suis facultatibus atteritur, Principum vero et eorum qui praesunt, offitium est prouidere, ne subditi sui in eorum facultatibus decrescant, obtuli tamen scripturarum, mearum et comendaturarum deliberationes et desiderium Illtis suae Mti Regiae.

Serenissimus D. Joannes Hungariae REX, mittit huc ad me frequentes Nunctios suos, operam et consilium meum in rebus suis desperatis implorans, Ego uero qui ab initio fui suasor concordie et pacis, consulo illi, Vt se vanis spebus et promissis externorum auxiliorum ali vlterius et decipi non permittat. Sed in animum suum potius inducat seruare statum suum et suorum per concordiam et pacem, quam per dubii exitus, plenique maximi periculi bellum, Non declarauit mihi hactenus, quam audeat illi hoc meum consilium, Intelligo tamen, quod eius Consiliariis non usque quaque displicet, Vtrumque adhuc bene sperat, prout id ex exemplis litrarum dni Antonii Riconis et dni Statilii quas mitto vrae M. plene cognoscet

Scripsit mihi nuper M^tas Regia ex Mereez, et mandauit, fa-
cerem omnem meam operam vt D. Petrus Opalienicz ki
ad Ser^mum dominu Regem Ferdinandu, et conuentum Im-
perii Ratisbonense, quamprimum absolueretur; Id quod ego facio
et curo omni quo possum studio et diligentia, habeoque instru-
ctiones paratas, quas utcunque languidus et æger, hic vt potui,
conscripsi; Verum ille cupit, ut ei, et instructio, et viaticum
Posnaniam mitteretur, Mihi uero uidetur necessarium esse,
vt huc ad me veniat, et per Cracouiam, ubi dabitur ei via-
ticum per dnum Thesaurariu, iter suu faciat, opus enim est,
vt eum informem corā, de multis, que innouata sunt post
discessum Regiæ M^tis. in Lituaniam, Misique propterea ad
ipsum proprium meum nunciu, persuadens ei, ut ita
et non aliter faciat, et curabo modis omnibus, ut se hinc ad
munus legationis sibi iniunctum, posthabita omni mora, ex-
uoluat

Cum deo beneuolente, ibo ad Sandomiriam, pristine valetudini
restitutus, descendam libens ad bona vræ M. Szmielow, et ibi
Sacellu in arce dedicabo, vt habeat M. vra singularis fautor et
amicus meus, mei erga se constantis amoris et beneuolentiæ in
bonis suis paternis, perpetuam memoriam, et monimentu.

Nihil mihi adhuc retulit, neque scripsit D. Craszowski, de his, que
illi referenda mihi vra M. comisit, Comedo me ex animo
solito, amori vræ Mag^cie, quam dnus deus, cum suis omnibus
diu seruet incolumem et felicem. Datum in Bodzeczin die ve-
neris Sancto, Anno dni M^o D^o. XX viii^o

SIgismundo primo Regi Polonie

Petrus Tomiczki eps Cracoviensis Vicecancellarius

SERme Princeps et domine, domine clementissime, Post hu-
milem servitutis meae comendationem, paulo ante, sunt mihi
redditae lrae Illmi domini Alberti Marchionis Brandemburgen
et in Prussia Ducis, quibus pro offitio bonae vicinitatis suae, me,
quemadmodum et ceteros multos, facit certiorem, repertam esse
non pridem illic apud se falsam grossorum monetam, noviter
in fraudem Mtis vrae Serme, adulteratam et excussam, subin-
de admonens, Vt cum Mte vra Serma agam, quo eius pessimi
facinoris authores inquiri, et in eos animadverti iubeat, Ego ve-
ro et sponte mea ductus, et huius Principis monitis provocatus
Mtem vram Seram maiorem in modum rogo, Vt tempori co-
sulat suis et totius Regni Poloniae comodis, Mandareque velit,
suis Capitaneis et aliis quibusuis offitiorum et Civitatum admi-
stratoribus, Vt diligentem faciant de his falsis Moneturiis inqui-
sitionem, illosque repertos, notent, deferant, vel comprehendent,
Atque ita quantum possint rempub. Mtis vrae, multis alioqui et
variis calamitatibus labefactatam, eiusmodi maleficiis et per-
niciosis expilatoribus, purgent et liberent, Mitto autem Mti
vrae Serme nonnullos etiam eius monetae gross. qui quidem
apud Joachimum Fitel in Prussia negotiante sunt reperti, ei vero
per Georgium Niderhoff mercatorem Gedanen missi a quo-
dam Leonardo Stockiel mercatore Posnanien, quae ego, omnia
tametsi iam ante plurimorum lris, perlata esse Mti vrae Serae,
non dubitem, offitii tamen mei gratia, perscribere ea illi volui.
Quam felicissimam esse et diu incolumen cum suis charissimis,
et Sermis liberis, coniungoque etiam sua Serma plurimum in modu

precor et opto, eidemque me iterum suppliciter commendo. Datum in Bodzeczin 1528

Petrus Tomiczki Eps Cracovien: & Regni Polonie Vicecancellarius

Petro Opaleniczki Castell° Medzirecen:

Generose domine, amice et patrue charissime. Maiestas Regia vult, vt obeatis iam, citra vllam moram, munus legationis vobis iniunctum. Scripsit enim nuper nobis, praecipiens, vt curaremus diligenter, quo quamprimum absoluamini. Quare accingatis vos itineri, et ad nos pro instructionibus veniatis. Opus enim est vt vos informemus de multis coram, que innouata sunt post discessum Regiae Maiestatis in Lituaniam, praesertim vero de hoc Serenissimi D. Joannis ad regnum Maiestatis sua perfugio vt sciatis, qualiter illud excusare debeatis. Dominus vero Thesaurarius dabit vobis viaticum Cracoviae, vnde recta ad Serenissimum dominum Regem Ferdinandum, qui nunc est Prage, vos conferetis. Deinde ibitis ad Conuentum Imperii Ratisbonen: qui vobis est nequaquam negligendus. Non est autem opus, vt vos cum magno comitatu instruatis, satis est ut vadatis in sex equis, Prout equites aurati et Consiliarii summi, Principum Germaniae ire solent. Nam et Maiestas sua Regia hunc equorum numerum vobis prefinivit, novit enim Maiestas sua, et nos scimus, quod Oratores summi Pontificis, Coesaris Christiani, Regis Galliae, et aliorum Regum Christianorum duobus aut tribus famulis comitati, ad nos veniunt, et tractant res magnas, nam non numero equorum et famulorum, sed ingenio ac industria Oratorum, res magnae aguntur et perficiuntur. Veniatis omnino quamprimum ad nos, ut accepta

sufficienti instructione a nobis Cracoviam pro viatico vadatis, nam illuc erit vobis iter satis directum, comodum et securum, et aliter non faciatis, beneque ac feliciter valeatis. Datum in Bodzechin in vigilia Pascha. Anno domini M° D° XXVIII°

Petrus Tomiczki eps Vicecancell Petro Opaleniczki Castellano Medzirecensi

Generose domine, patrue et amice charissime, Miramur plurimum quod tamdiu tardates obire munus legationis vobis demandatum, Scripsistis nobis antea, quod iam essetis accinctus et paratus, ad obeundum hoc ipsum legationis munus, Cum vero nos admonuissemus literis nostris, quas per literas Cubicularium Magnifici D. Castellani Posnaniensis, ad vos dedimus, ut posita omni mora, vos istinc evolueretis, et ad nos huc pro instructione veniretis, nescimus, que more vos istic detineant, et cur hactenus vos, apud nos sistere distulistis, Cum autem Regia Maiestas continue nobis mandat Ut operam nostram faceremus, quo vos cito ad provinciam vobis iniunctam, expediamus, hortamur vos iterum atque iterum Ut posthabitis quibuscumque negotiis vestris, ita huc ad nos instructi et parati ad iter, quamprimum veniatis, Ut recta hinc Cracoviam, et deinde ad Serenissimum dominum regem Ferdinandum et Conventum Imperii vos conferre possitis, aut saltem significetis nobis, si in animum vestrum induxistis parere mandatis Maiestatis Regia, nec ne, ut provideamus tempori aliomodo, rationibus et rebus Maiestatis sua et rei pub. bene valete, Datum etc

Andreas krziczki Eps Plocen
Petro Tomicio Epo Cracouiensi
Et Regni Poloniae Vicecancell.o

Rme in Chro pater, et domine mi colendme, Vadit ad Sermum Regem suum mr d. Broderirus, vocatus a sua Mte crebris literis et magnis precibus, vt seruitia illi, que posset, praestaret, et illa consuleret, que pro conditione temporis magis ex usu Mti sue uidentur, Quem vra Rme d. vnice comendo, et rogo, non grauetur cum illo super his et aliis negotiis familiariter conferre, audiet ab illo multa et scitu necessaria, et auditu non iniucunda. Ego his sacris diebus, passus sum febrim ardentissimam, sed iam ab illa gratia dei sum liberatus, Comendo me, et seruitutem meam Rme d. vre, quam dnus deus seruet diutissime sospitem, et semper felicem, Poltouii die XVo Aprilis Anno domini, Mo. Do. XXVIIIo.

Petrus Tomiczki Eps Crac Vicecancell
Stephano Visszenski Capito Kelcensi

Nobilis grate nobis dilecte, Venturus est hodie ad nos statim, Rmus d. Epus Sirmien Hungarus, qui vadit ad Sermum dominum Regem suum, Regem Joannem in Tharnow, hunc, quia est nobis veteri familiaritate et amititia coniunctus, Volumus vbique in bonis nostris, per que illum ire volumus honorari facere, et omnibus necessariis prouideri, Cum igitur venturus sit

istuc in Kielze die crastina, aut ad summum feria tertia proxima, curabimus enim, ut illum per diem crastinu apud nos retinere possimus, Mandamus tibi, ut eum in Curia nra colloces, et omnibus necessariis unacum equis et familia eius, istic in Kielze primu, Deinde sequenti die in Brzezini, provideas, non aliter ac si nos ipsos, et aliter non facias, Non habet secum magnu comitatum, duodecim tantu, aut paulo plures equos, pauciores vero personas, et ob hoc parvo impendio, honorari et excipi poterit

Petrus Tomiczki Eps Cracowien & Regni Polonie Vicecancellar.

Ioanni de Tarnow Comiti Palat^o Russie exercituum regni Polo^e supremo Duci Sandomiriensi Capitaneo.

Mag^ce domine, consanguinee et amice char^{mme} ac honoran. Perturbarunt me non mediocriter lrae vrae M, quas is eius puer mihi hesterna vespera reddidit, miratus sum, et miror vehementer, quae furiae agitent istos Germanos, qui non contenti grassare hostiliter in Hungaria, etiam Ciuitates et subditos M^tis dom̃i nostri violare et expilare non verentur. In tam subito autem et repentino casu, hoc meu consiliu est, ut vra Mag^tia uti Capitaneus gnalis Exercituu Regni, mitteret ad Capitaneum illu Germanicu, hominem aliquem disertum et cordatum, qui sciscitaretur ab eo causas, cur Ciuitates et bona M^tis dñi nostri bello impeteret, cum eadem M^tas dñi nri sit in bona amicitia, fraternitate et coniunctione, cum Ser^mo rege suo, et Rego Hungariae, admoneretque eum ut desisteret ab inceptis et damna illata, resarciri iuberet, alioquin testaretur et pa

lam diceret, vrām M. ut Capitaneum Regni gnalem, rapto consilio cum aliis proceribus, leuaturam esse contra ipsu vniuersum Regnū, et uim ui repulsuram. Quid tandem in de sequeretur ipse posthac uideret. Si diceret ille mandatum sibi esse à Rege suo, ut hostem eius Regem Joannē vbiqꝫ bello et armis persequeretur. Responderet Nunctius, confugisse, quidem Regem ipsum Joannē ad Regnum Mtis domini nri, tanqꝫ ex naufragio ad portum, cui subditi Mtis suæ dedisset receptum in bonis et possessionibus suis, ut Regi Chrīano et vicino, Verum ea lege, vt ille nihil hostile moliatur, hinc contra Regem Ferdinandum et Regnū Hungariæ, quoad Mtas domini nostri cum aliis prīcipibus chrīanis vtrumqꝫ illorum, ad aliquas pacis et concordię conditiones induceret, Credo ego, qd eiusmodi legatione deterrent aistas germani, et mitiora cogitarent, et certe aliud cōsilium salubrius ad rem tam subitam excogitare non potui, quod si placuerit vræ M. benē quidem, Sin minus, habebit me apud se excusatum et boni consulet, quod ego homo Ecclesiasticus, de rebus bellicis, consulere non noui nec didici. Me vræ M. ex animo comēndo, et cupio illa diu et felicissime valere, Datū in Bodzecziu, die Scto Paschæ Anno dni. M°. D. xxviii°

Petrus Tomiczki Eps Cracouien
Et Regni Polonie Vicecancellarius

Ioanni Choienski Archidiac° Crac
Secretario regio

Venlis domine, frater in Chro charissime, Post scriptas et obsignatas lras nostras, ac in fasciculum ligatas, accurrit ad nos puer, domini Comitis de Tharnow, Palatini Russiae, cu lris, quarum exemplum, pntibus inclusum, vobis mittimus quod Mti Regiae perlegatis, et referatis illi, quod nos, cum alijs dominis providere curabimus his Germanorum insultibus, eosqz sistere et coercere studebimus, ut melius poterimus, Mtemqz suam de omibus que euenerint qz celerrime faciemus certiorem. Rescripsimus autem domino Palatino Russiae fri nostro, et consuluimus, ut ipse tanqm Capitaneus Regni gnalis, mitteret ad Capitaneum illius Exercitus Germani, ci, hominem aliquem discretu et cordatum, qui sciscitaretur ab eo, cur Ciuitates Mtis Regiae vastari et expilari permittetet, nullo prius bello indicto, cum Mtas sua sit in bona amicitia et coniunctione fraterna, cum Sermo domino Rege suo, hortaretqz illum, ut desisteret ab inceptis, et damna illata resarciret, alioquin testaretur et palam diceret ipsum d. Palatinum Exercitun Regni generalem, Leuaturum contra illum Regni vniuersum et vim vi repulsurum, quid inde tandem sequeretur ipse videret etc. nam in tam subito casu aliud consiliu magis vtile excogitare non potuimus. Quod si amplecti voluit ipse d. Palatinus Russiae, non dubitamus, quod germani mox deponerent cristas suas et mitiora cogitare incipient. Interim vero d. Opalieniczki, vadet ad Regem Ferdinandum, et ibi hec et alia cum illius Mte tractabit, omnesqz hos motus et

ronatus sopiet et anexcel, Bene valete. Datum in Bodzeczin die Sancto Pascha. Anno domini M° D° XXVIII°.

Petrus Tomiczki Eps Cracouien. Viceeancell

Chrofero de Szidlovec Castellao et Capito Crac. Regni Polonie Cancello. Gostinen. Sochaczeuen. Noue Ciuitatis Corczin Capitaneo.

MAgce domine, domine et amice honoran. Post scriptas et obsignatas priores literas accurrit ad me puer domini Comitis à Tharnow Palatini Russiæ cum litteris quarum exemplum mitto cum præsentibus. Miratus sum vehementer, cuius iussu et consilio aut qua causa, Capitaneus Exercitus Serenissimi domini Regis Ferdinandi ausus sit Ciuitates Maiestatis Regiæ in Sepusio vastare, expilare, et ad arces Maiestatis suæ oppugnandas gentes suas admonere. Rndi respondi quod domino Palatino Russiæ vt tanquam Capitaneus generalis Regni, mitteret ad ipsum hominem aliquem discretum et cordatum, qui sciscitaretur ab illo causas, propter quas non indicto bello Maiestatis domini nostri et Regno suo, Ciuitates et Castra Maiestatis suæ subiecta, oppugnaret et subditos violaret, hostiliterque depredaretur, admoneretque illum, vt desisteret ab inceptis eius. Magce domine, in hijs mutationibus rerum, consultum esse videtur et apprime necessarium, Vt vestra Magnificentia Cracouiam se quamprimum conferat, et ibi huiusmodi nouis euentibus de consilio aliorum dominorum prouideret. Ego conferam me etiam illuc cum primum leuatus fuero hoc morbo catarrali, qui me adhuc non in toto reliquit, nam hoc ipsum præcepit nobis Regia Maiestas. Me vestræ Magnificentiæ ex animo comendo, et eam diu ac felicissime valere desidero. Datum.

Petrus Tomiczki Eps Cracovien
Et Regni Poloe vicecancellarius
Paulo Crasowski Canco Crac

Venlis domine frater in Chro charime. hodie reddite sunt nobis lrae Vrae, quibus significastis ea que nobis heris vr Magcus d. Castellanus Cracovien significanda aut referrenda nobis precepit, simul et alia nonulla de statu rerum pntium, que nos diligenter perlegimus et intelleximus, Primu omnium magnas agimus et habemus gratias Mago domino Castellano Crac singulari fautori et amico nostro, pro hac illius erga nos animi propensione, et benevolentia, quam per nos nobis declaravit, et quam nos dudum multis argumentis cognovimus et experti sumus, curabimusque vicissim eam, illius Dni omni studio et offitiis amicitiae semper referre, verum hoc multum miramur, quod ut scribitis eius D. induxit in animum ~~spiritum~~ suum, se adhuc aliquantisper in Costmin continere, ut ibi manens congressum et colloquium cum Sermo Rege Joanne et suspitionem apud Serum d Regem Ferdinandum vitaret, accepimus enim die sancto Pasche lras eius Dnis datas in Costmin feria qta magna, quibus scribit se mox post dominicam Conductus Pascha proximam Cracoviam cum uxore et liberis profecturam, et ut nos quoque istuc quamprimum veniamus, multis rationibus nobis persuadet Et quidem quod ad nos attinet, cum primu hoc morbo catarrali, a quo nondu plene sumus liberi, levati fuerimus, libenter istuc proficiscemur, et nihil metuemus, alloqui Rege Joannem si id usus et necessitas postulavit, palam enim est, illum receptum habere et manere in Regno Mtis dni nri, quem excludere, aut non fovere, no esset pium, non christianum,

presertim cum hic manens, nullu delectum militum facit, nilq hostile, aduersus Ser^mum d. Regem Ferdinandu et Regnu Hungariae molitur, prout etiam id illi, nequaqm est admittend. Sentiat autem et dicat ipse Ser^mus d. Rex Ferdinandus quic, quid velit, cum multo maiori certe comodo eius est factum, qd hostis suus ad Regnu M^tis domini nostri confugit, potiusqm, ut in talibus euentibus fieri solet, ad hostes eius aliquos confugisset. Documento nobis est Dux Michael Glinski, documeto id genus multa alia. Nos de his omnibus rebus, simul et de Nunchio ad Ser^mum D. Regem Ferdinandu expediendo Scripsimus heri copiose Mag^co dno vro, nec putamus opus esse illa itera, re, bene valete, et dnum deum pro nobis orate. Dat

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell
Chrōforo de Schidlowec Castell^o et Capit^o
Crac. R. P. Cancellario

Mag^ce et honoran^me dne, optime facit vra M. quod domios Hungaros, profugos, desertos, calamitosos, et rerum omnium ino, pes, sua liberalitate sustentat, Dicant et sentiant, alii quicqmd vellint. Sed credat mihi vra M. quod etiam apud hostes illorum hac sola re magnam sibi fama et laude comparabit, Ego etiam alleuo pro mrili mea necessitatis aliquoru, qui mea opem implorant, presertim vero Fer orw quibus cum est mihi vetus amicitia et familiaris consuetudo, Homo enim sum, Hu, mani nihil a me alienu puto, et ut Pontifex Catolicus sub, uenio libens qntum possum oppressis, et actis aduersa fortuna,

Petrus Tomiczki Eps Cracovien
Et Regni Polonie Vicecancell

Andree Krziczki Epo Plocen

Rmo in Chro pater et domine, nepos charmme. accessit hesterna vespera ad me puer domini Comitis Tharnomien. Palatini Russ cum his, quarum exemplum mitto cum presentibus vre R. D. ex quo intelliget, quid Germani victoria insolentes agant et incepteent adversus nos. Ego rescripsi dnio Palatino et consului vt ipse tanqm Capitaneus Regni gnalis, mitteret propere aliquem hominem industrium et cordatum ad Capitaneum gnalem illius Exercitus Germani, qui sciscitaretur ab eo, cur Ciuitates et Castra Mtis domini nri oppugnaret et expilaret sciens que sit amicitia et coniunctio fraterna, inter Mtem suam et serenmum Regem suum dnum Ferdinandum, hortareturque illum vt desisteret ab inceptis, et damna illata resarciret, alioquin testaretur et palam diceret, ipsum d. Capitaneum Exercituum Regni gnalem, lenaturum esse vniversum Regnum contra ipsum et vim vi repulsurum, quid postea inde sequeretur ipse videret, et si ita facere voluit ipse d. Campiductor prout illi consului, nō dubito qd mox Germani deponet cristas suas et mitiora cogitabunt,

Misi proprium Nunctium ad d. Petrum Opalieniczki, stimulans eum et vrgens vt propere se accingeret ad obeundum munus sibi iniunctum, et huc ad me veniret pro instructionibus, opus enim est, vt instruam eum de multis, quemadmodum sunt innouata

Cum autem sume necessarium sit, validis et efficacibus rationibus excusare apud Regem Ferdinandu et Principes Germaniae, apud quos male audimus, et sumus multu suspecti, hoc Serenissimi domini Regis Joannis ad nos perfugium et receptum illum Regno concessum, Rogo V. R. D. excogitare velit unacum domino Broderico, et scribere tales rones, que permonerent et persuaderent Maiestatem Regiam et omnes nos iuste excusare possent, et id quod scripserint et excogitavit vra R.ma D. ad me per hunc Nunctium mittere non graventur.

Nondum liberatus sum in toto a catarro et tussi, valeo tamen iam deo sit gratia, melinscule,

Nescivit mihi plene referre Nepos vra R.me D.is Georgius Zbarzewski, quid actum et conclusum sit in Conventu Warszoviensi praeterito. Rogo significare mihi velit, quicquid ibi fuit actum et determinatum, et dno Broderico dicat vra R.ma D. plurima salutem meo noie, et valeat felicissime unacum ipso, meque habeat sibi carum et commendatum. Datum in Bodzeczin feria secunda Paschae. Anno domini M.o D.o XXVIII.o

Andreas Cricius Eps Plocen.
Petro Tomiczki Epo Cracouiensi
et Regni Poloniae Vicecancellario

Rme in Chro pr et domine domine mi colendissime. Praesagiebat mihi animus Germanos, hac victoria insolentes, inceptiorosque esse

aliquid aduersum nos, ob fauorem nostrum erga Ser^mum^ Regem Joannem, quem omnes considerant, tamen vt M^tas^ Regia scribit, non videtur aliud à M^te^ sua exigere, nisi ut ipse Rex Joannes, existens in hoc Regno, non colligat vires, neque delectus faciat aduersus Regem suum. Utcunque est, ita agitur in hac re, vt est in prouerbio Tartarorum, quod fractum arcum duo timere solent, nos, qui hunc fractum Regē habemus, timemus ne illum alterum offendamus, ille vicissi nos timeat oportet, nam donec hic viuit, ille nunquam securus est in Hungaria, neque verisimile est Hungaros huiusmodi inconstantiæ, ne dicam fraudi asuetos, illi fideliores futuros, quem genus semper exosum habebant, quam huic, quem à cunis vsque peculiari quodam fauore sunt semper prosequuti, que omnia vra R^ma^ D. ex dno Broderico abunde intelliget. et quod non omnino adhuc actum est de Joanne. Placet mihi vehementer consilium vrae R. d. quod in re tam insperata prebuit domino Palatino Russiæ, neque dubito, quin, si ita faciet, Germani cristas dimittent. Non dubito etiam, quod cum in aula Ser^mi^ Regis Ferdinandi, tum etiam ubique in Germania exprobrabuntur, hec omnia dno Petro Opalienski Oratori Regio. Sed hec facile, mea sententia, et vere, et iuste excusari possunt in eum modum, quem breuiter annotaui, magis pretendendo iura, et libertates Regnicolarum, quibus et Germani ipsi potissimum vtuntur, quam prohibitiones, et edicta Regia maxime, que anno præterito fuerunt promulgata, ne hinc vnum ex duobus inclinetur, vel inobedientia subditorum, vel collusio quedam indignissima. Scribit mihi d. Choienski, et narrauit cubicularius, qui venit ex Lituania, M^tem^ Regiam post acceptum hunc casum nunquam ex animo letam apparuisse. Narrauit item de summa illic penuria. et Lituanorum erga M^tem^ Regiam, et omnes Polonos ingratitudine. Italos omnes nihil aliud quam felicem Cracouiam in ore habere et suspirare

vnde credo eos illic non diu mansuros. Commendo me et seruitia mea V.ræ R.me D., quam dnus Deus seruet saluam, sospitē et semper felicem. Ex arce mea Poltomen, die veneris, xvii Aprilis Anno dni. M.° D.° xxviii.°

Mitto responsum dnorum Masouiensium, ex quo quid factum est in illo conuentu, V.ra R. d. intelliget. De concordia tractanda inter istos Reges et frustraneum videtur nunc et periculosum, nos aliquam operam facere, nam neque Joannes vllo modo regno cedet, neque Ferdinandus aliter quicquā faciet, et vbi nos id, habentes Joannem apud nos, non efficeremus, Videremur Ferdinando tanto magis suspecti, quod ille quasi in spe nostram, nostroque consilio se retineret, et M.tas Regia quātum ex eius literis colligo, est in ea re multum anceps, et profecto si nos pacem tentare et tractare inciperemus, et interim vel motus Hungarorum, vel subsidia Turci Joannem erigerent, indicaremur Ferdinandum circumuenisse. Opus est igitur bene omnia expendere. forte melius esset adhuc paululum cum hac concordia supersedere, habereque hunc arcum fractum aduersus minas Germanorum, donec, quorsum res verget, melius apparebit. nec satis tutum arbitror, polliceri securitatem Ferdinandi à Joanne, cum M.tas Regia nondum constituerit, vtrum illi permittere debeat consulare Exercitum in hoc Regno necne. et tempus multa affert insperata

Sigismundus primus Regi Polonie

Ioannes de Lasko Archieps Gnesnen Primas ac Legatus natus

SERme Princeps et domine, domine gratiosissime, Post commendationem seruitiorum, Accepi hodie has Mtis nostrae Vilne sub isto effectu scriptas, Quod Mtas vra, Sermo domino Ioanni Hungariae Regi etc. Vna cum trecentis equitibus saluum conductum in Regno hoc suo manendi, concedere dignata est Deinde quod etiam habuerit Mtas vra exemplum quoddam literarum Sermi domini Ferdinandi Regis, ad suos illos Oratores Petrconiae nuper existentes scriptarum, quibus eos admonere videbatur illius Mtas, vt si forte Sermus D. Ioannes Rex casu aliquo se in Mtis vrae dominia conferet, peterent ipsi a Mte vra vt illi nullum in sua ditione receptaculum dare dignaretur. Postremo quod quidam Praefectus gentium Sermi Ferdinandi Regis scripserit ad Mtem vram, petens principis sui nomine Vt postquam Ioannes Rex se in Regnum hoc contulit, Mtas v. sic illum in Regno hoc suo contineat, Vt ne vel delectum militum faciat, vel hostile quicpiam molliatur, Atque ea sunt fere que Mtas v. a me diligenter perpendi, sibique desuper consuli vult, Vnde tametsi Petrconiae aliter fuerit consultum; Tamen cum mutatis rerum euentibus mutari etiam oporteat, plerumque hominum consilia. Equidem Sermi Princeps a multo iam tempore, petita non sunt a me eiusmodi consilia, praeterquam cum in Generali Conuentu vel de exactione instituenda vel restituendis iuribus consultaretur, aut si tum forte quid obiter occurrisset. In transigendis autem Regalibus Mtis vrae negotiis aliorum ductu geruntur omnia, adeo

ut ipse ferre ignarus omnium, non tam sufficiens consilium
dare possum Vrae Mti, quam et ipse forte deberem, et alii opinor da
turi sunt, quorum auspitiis geruntur talia, Sed quoniam in eo
rerum nunc tumultu, qui utinam Mtis Vrae dominia non atti,
gat, Scire cupit Mtas Vra, quid potissimum ego faciendum cen,
seam, et praesertim ut verbis utar per Mtem Vram mihi
scriptis, quomodo Mtas V. se inter istos Principes gerere de,
beret, Vult et mandat per me scribi sententiam, meo iudicio
In primis cauendum erat tum, cum Serm̄o domino Joanni Re,
gi praedicto saluus Conductus dabatur, ne quid ille interea dum
est in Regno Mtis Vrae omnino tentaret aggredi praeter vo,
luntatem Mtis Vrae, quod si factum est, vehementer sane pro,
bo, sin minus, nihilominus adhuc suadeo faciendum, dicendumque
illi Mtem Vram apud Sermum Regem Ferdinandum
laboraturam pro concordia aliqua utriusque partium facienda
sic tamen, si Joannes Rex promittere vellet consiliis et arbi,
triis parere Mti Vrae, qui si facere istud nollet, Mtas V. di,
cendum mandaret, quia salui conductus sui conditiones aliter
limitare deberet, Mtas Vra, si vero promittere vellet, tunc caue,
ret Joannes Rex, ne quid interea committat eiusmodi, quod facien,
dam concordiam impediret, Ad Serenissimum autem Regem Fer,
dinandum scriberet Mtas Vra, antea semper optasse vehemen,
ter, et quantum in illa erat cooperatam esse, ut haec controversia
amice componi potuisset, Et nunc si quando alias vehementer cupere
ut quod hactenus confici non potuit, nunc tandem iam facilius
conficeretur, Atque eam ob causam Mtas Vra Joanni Regi sal,
uum Conductum dederit, ut vel sic fieret facilior inter eorum Mtes
concordia, sic equidem faciendum censeam, si Rex Joannes
Mti Vrae promittere vellet, sic ut supra scripserim. Tandem si
Rex Ferdinandus, concordiam non recusaret, non grauaretur
etiam Mtas Vra, operam omnem suam quanto celerius accomo,
dare promouendae huic ipsi concordiae, quae haud dubie futura

esset, magna cum dignitate, nedu partis vtriusque sed etiam Mtis vrae, summaque vtriusque Reipub. et Dominiorum Mtis vrae vtilitate publica, atque haec sane mea fuit sententia, quod ad eas res attinet, quas mihi Mtas vra literis suis proponere est dignata. Deus opt. max. pro sua diuina clementia Mtis vrae negotia cuncta fortunet, atque ad nos illam sanam et felicem rursus reducat. Datum Lonicii die XX. Mensis Aprilis. Anno dni M° D° XXVIII°.

Ista verba infrascripta missa sunt ad Do. Opalenczki: ad regem Ferdinandum profectum, vt regem Polonie purget ac expostulet.

Mtas domini mei, accepit non pridem literas Mtis vrae Serenissimae Vienna XX. die Marcii datas, quarum verborum contextus acrimoniam nouam et insitatam praeseferebat, quae cum neque coniunctioni mutuae et affinitati responderet, neque pro meritis et ex dignitate suae Mtis esset, et mirata est Mtas Serma et grauiter ac molesto tulit animo, paruam sui et offitiorum suorum iisdem literis habitam esse rationem. Deinde etiam dedit mihi in mandatis, vt hoc pacto Mti vrae Sermae responderem. Indignum sibi principio videri, vram Sermam Mtem falsis rumoribus ductam argumentacionem apertam conscripsisse, qua offi-

tium et promissa Mtis suæ vocet sibi in suspitionem quam etiã concludens dicat, facta suę Mtis videri iactationi Regis Joãnis respondere. Cum tamẽ ę contrariis omnium rerum progressus et exitus documento esse possint, Mtem suam Serenissimam constantissimam in promissis, in offitio facilimam, in amicitia denique conservanda diligentem semper fuisse. Nam non modo non iuuit aduersariũ Mtis vræ Sermæ in aliquo Mtas sua, sed etiam uti erat pollicita, seuerissimis edictis propositis, subditos suos contra illorum libertates, ab illius militia reuocauit, quę res quantã comoditatem capiendarum vrbium Regni Hungariæ occupandi et victoriæ consequendę Mti uræ attulerit, cuilibet palam esse potest. Tametsi enim aliqui dicto Mtis suæ non audientes, periculo suo nec tamẽ impune illic remanserint, id quod et Mtis Coesareæ. et Mtis vræ aliorumque Regum et Principum plerique subditi ab hostibus et aduersariis illorũ sepius reuocati facere solent, Nihilominus tamen comodum et vtilitatem suam reuocatio Mtis suę est consequuta. Siquidem veluti ad Thesseram vel signum militum aliquorũ excitata studia, ita duorum quoque Hungarorum voluntates, audita sententia et iuditio Mtis suæ, quod tunc adhuc illis anceps et dubium videbatur à Rege Joanne sunt ad Mtem vrãm subita quadam mutatione traductę. Deinde cum Mtis domini mei amicitiæ et coniunctionis mutuę violandę, Nullam vel scripto uel agendi rebus prębuerit causam, plurimum optat Vt in literis Mtis vræ Sermæ æqua deinceps ro dignitatis et amplitudinis suę habeatur, Ne Mtas vra Serma videri possit, rumoris calumniam, amori et constanti offitio Mtis suę pretulisse, quod nulla cuiusquam cauillatione, ne dicam inuolucris et latentibus argumentis notari unquam possit in vitio, quippe, quod Mtas sua Serma palam et aperte

prout eius honor et dignitas postulare uidentur, omnibus dolis procul, soleat authoritatem Regum et Principum omnium Christianorum, presertim vero necessariorum suorum, pro cuiusque in se merito colere et obseruare, et si voluisset ferre suppetias aduersario M^tis vr̃e potuisset utique id non leui militum presidio facere, neque istud celare voluisset, vt que non soleat cum vllo principe amicitiam simulare, Nunc uero quod ad M^tem vr̃am Ser^mam attinet, nulla aliqua gratia, amor, affinitas denique eiusdem aduersarii M^tis vr̃e tanti esse apud se potuisset, cuius causa animi sui propensioné et beneuolentiá M^ti ur̃e Ser^me ex coniunctione debitam et promissam deberet mutare.

Rinconis facta que fuerint antea ignorabat Mtas sua, cum ille longissimo internallo ab aula M^tis sue semper esset disiunctus, Nunc deinceps que facturus est, non latebunt M^tem suam. In quibus quidem dabit diligentem operam sua M^tas, ne quid ab eo fiat et admittatur quod sue M^tis offitium, promissa, arguere, vr̃e vero Ser^me M^tis voluntatem irritare posset. Receptu tamen eum probibere in Regno suo honeste qui possit M^tas sua non intelligit, cum ille dicat, posteaquam apud M^tem suam Oratoris munere fungeretur, ita semper intertentum se fuisse et esse, vt redire tuto ad Regem suum nec potuerit nec possit. E

Et quoniam in eandem quoque Sententiam Ser^mus Rex Ferdinandus ad M^tem Reginalem scripserat lr̃as, de eorum Polonorum temeritate conquerens, qui pro Rege aduersario suo aduersum se arma sumpserant, et subinde monés fraterne vt M^tas sua Reginalis Coniugem suum Ser^mum ad

conseruandam amicitiam cum illa sua Ser. tractaretur, Orator debebit M^tis sue R^lis nomine plurimam Ser^mo Regi Ferdinando salutem dicere, et l[itte]ras offerre, Deinde dicere M^tem suam Regialem eius necessitudinis et amicicie que inter Ser^mum dominum Coniugem suum, et ipsum Ser^mum dominum Regem Ferdinandum intercedit, cum antea diligentem habuisse rationem, tum nunc maxime habere velle, cum eiusdem Ser^mi domini Regis Ferdinandi l[itte]ris de hac re fuit admonita, neque desinere quidem omni studio et diligentia M^tis domini et Coniugis sui animum inducere, Vt omnia gerat et prestet erga illius M^tem Ser^mam, que fraternus amor et promissa sue M^tis postulare videntur, prout etiam certo sibi persuadet M^tas sua R^lis M^ti Ser^mi d. Regis Ferdinandi cognitum esse posse, coniugem suum Ser^mum constantem et offitiosum hactenus fuisse in ijs que ad bonam amicitiam et mutuum amorem inter eum et illius M^tem conseruandum videtur pertinere, neque obnoxium aliqua ex parte esse eorum, que rumoribus vanis et incertis, hinc inde circumferuntur. Quare rogat M^tas sua Regialis, Vt Ser^mus Rex Ferdinandus de M^te domini et Coniugis sui, omnia sibi persuadeat et polliceatur, que ab amicissimo quoque et beneuolentissimo Principe sperare et expectare posset, non fallet enim hec res M^tis illius Ser^me opinionem. Ceterum vt se in amore et beneuolentia sua Regia conseruare dignetur. Ser^mus Rex Ferdinandus vti hactenus fecit plurimum rogat M^tas sua Regialis

Petrus Tomiczki Eps Cracouien et Regni Polonie Vicecancellarius

Andree Krziczki Epo Plocensi

Rme in Chro pater et domine, nepos charmme, fuit apud me nr D. Brodericus, qui contulit mecum abunde de rebus Serimi D. Regis sui, ego vicissim aperui illi libere id quod de illis sentio et spero, exhibui ei hic omnem humanitatem quam potui, et pro viatico quinquaginta florenos in moneta illi donaui, iussi preterea dari et sufficientem provissionem in prædiis et bonis meis, per que eum deduci feci usque in Tharnow, ad hec mandaui prafecto meo Radlomien, vt quamdiu manserit in Tharnow equos eius cum aurigis et stabulariis ad se in Radlow recipiat, et omnibus necessariis provideat. Ducitur certe vanis ac meo iudicio incertis spebus Serenus D. REX suus P. Joannes, et timendum est, ne deducat eum ad maius exitium et ruinam, felicissime valeat vra Rma D. et me diligat. Dat in Bedzeczin

Stefanus Brodericus Eps Sirmien

Petro Tomicio Epo Craconiensi et Regni Polonie Vicecancellario.

Rme domine, domine mi colenme, seruitiorum meorum commendationem, Seruitores vra Rma Dnis in nulla alia re apud vestram R. D. accusare possum, quam de nimia diligentia in me supra modum omnibus offitiis et honoribus prosequendo, Accedat et hoc ad ceteram V. d. Rma, et eam maximam ac

multiplicem in me benignitatem beneficentiamque. Gratiam cui ego nequeam Deus referat vrae Rmae D. Ego quoque dum vivam perpetuo habebo. Et si qua in parte unquam potero, referram servitiis, amicis et consanguineis v. d. Rmae

De negotiis Serenissimi et clementissimi domini mei nihil adhuc scribere possum. Scribam ex Tharnowo. Oblitus sum ostendere vrae Rmae d. cum apud eam essem, et de his rebus sermo incidisset quidam, quod nuper dum in Bibliotheca Rmi domini mei domini Ploczen. nescio quid revoluimus in quodam libello Italice scripto casu reperimus, quod quidem ita ut se habet de verbo ad verbum transcriptum ad v. d. mitto. Id enim ut v. d. ostenderem summis precibus exegerat a me dominus meus Ploczen. sed ut dixi, fui oblitus. Ego ut verum fatear, vbi vidi hos versus Italicos, et si non sum omnino de genere eorum qui talia magnifacere solent, non parum tamen sum miratus, cum subito in mentem venisset, me in omnibus nostris secretioribus, que de Serenissimo Rege meo Joanne habueram, et Rex ipse de se habuerat, presertim cum dno Coloczen. per literam illam Q ipsum Joannem Regem designatum fuisse. Sicut domino Ploczen. tunc statim in ipsis praesentibus ostendi, non parum hanc rem admiranti. Nam versiculus primus quem iam demonstret, non est dificilis coniectura. Caetera que sequuntur non intelligo, Davus enim sum non Edipus. Vtinam vero vel ista que intelligere videmur non sint egroti insomnia vana, Vt ille ait, sed quicquid sint, Nobis cum dno Rmo aliquid, inter tot atrocia mala, consolationis attulerunt. Ego quamvis nihil certe spei videam, videor tamen, non ex istis vanitatibus, sed nescio ex qua causa, non omnino desperare, sed super huiusmodi incertis spebus, non sum edificaturus Turrim Babel, sed quantum in me erit, solida et firma consilia et daturus, et secuturus. Volui hec iussu potissimum domini mei Rmi, vrae Rmae D. facere nota. In cuius gratiam me ac servitia mea.

humilr commendo, quam optime valere ac felicissimam esse cupio
Ex Dobra Woda, vellem potius, ex dobro wino, sed illud amisso
sinnio perdidimus, XXIII^a. Aprilis. Anno domini. M^o D^o.
XXVIII°.

Stefanus Brodericus Eps Cracouien

Petro Tomiczki Epo Cracouiensi & Regni Polonie Vicecancellario

Rme domine, domine colen^mo. Seruitutis commendationem.
Eo ipso die, quem vra Rma do. prefixerat, perueni ad Thar-
nouo, ad Mtem Regiam dnum meum gratiossimum, vbique in bo-
nis ac per prædia, ac possessiones vra Rme Dis. ita acceptus, vt
quo ad amorem et humanitatem, viderer mihi esse domi mea,
quo ad lautitiam ac magnificentiam, in domo et bonis Rmi domi
mei domini Cracouien. Pro quo et pro cetera vra D. Rme ma-
xima in me gratia ac beneficentia, non cessabo vra Rme D. per-
petuo agere gratias, et precari deum, vt ipse referat, cum ego no
sim referendo

Reperi Mtem Regiam sanam ac letam, que me excepit magna
leticia et fauore

Commendationem vra Rma do. accepit gratissimo animo, doluit
de aduersa valetudine

De aliis scribam cras, Nam illas literas spero celerius ad vram do.
Rmam peruenturas quam has.

Is dnus Stanislaus, exhibuit mihi ex precepto, vra d. Rmae, summam humanitatem, Credo ipsum alioquin etiam sine mea comendatione esse gratum et acceptum servitorem vestre Do. Rme ob servitia, Supplico humilime, dignetur meorum etiam servitiorum contemplatione, aliquid ad pristinam suam erga eum gratiam adiungere, Quod et ipsum euitar omnibus modis reservire vra Do. Rme In cuius gratiam me ac servitia me humilime comendo, que felicissime valeat. Ex Tharnow XXV. Aprilis. Anno domini M° D°. XXVIII°.

Ioanni Regi Vngarie

Petrus Tomiczki Eps Crac Regni Polonie Vicecancell

Serme Princeps et domine, domine clementme, Post servitutis et orationum mearum humilem commendationem, Veniens ad me his Nunctius et Secretarius Mtis vra, vtrumque mihi nomine vra Mtis diligenter exposuit, et qua, scilicet, res Mtis vra in presens premantur necessitate, et quod demum illa, sua causa me facere vellet, Ego vero pro eo quod Mtem vram summo studio et observantia prosequor, simul et illud contigisse, rebus Mtis vra egerrimo tuli animo, et me eius mie esse repertu facultatis, vt minime potuerim obsequi Mtis vra voluntati, et necessitati inservire. Etenim non multo ante, qd in numerata pecunia habeam, in vsus et negocia Mtis vra interueniente, Domino Antonio Rincone oratore Christianissimi domini Regis Gallia, liberaliter erogam, Quare plurimu rogo Mtem vestram, vt hanc excusationem meam ab optimo profectam animo, boni et equi consulere dignetur, Illud subinde intuens, quod si per egritudinem mihi licuisset, nunquam commisis,

sem profecto, quin ad M^tem^ vram illa presertim id cupiente accur-
rissem, de illius optimo quoque statu pro tenuitate ingenii et consilii
mei consului, Quod tamen, cum puti mihi facere non liceret inter-
nuncio R^mo^ domino Epo Sirmien quatenus in me erat, praestiti
illi, si quidem omnia communicavi, que maxime in rem M^tis^ vrae
conferre sum arbitratus, Quam enixe rogo et obsecro, ne istis qui-
buscumque Externorum Principum promissis, tantopere confidat, qui-
bus parvo ab hinc intervallo, Et Ser^mum^ olim D. Lodovicum Hun-
garie et Bohemie etc Regem, et innumeros alios Principes pes-
sundatos esse non ignorat, commendo rursus me et obsequia mea gra-
tie et favori M^tis^ vrae eamque sanam felicem et incolumem esse sum-
mopere desidero, Datum in Bodzecin, XXV Aprilis, Anno dni
M°. D°. XXVIII°.

Petrus Eps Cracovien Vicecancell

Stefano Broderico Epo Sirmiensi

R^me^ domine, frater et amice char^me^ ac honoran^me^, certo mihi per-
suadeo magno ac incredibili dolore affectam esse, vram R^mam^
D. ex tanto tamque insperato casu et ruina Ser^mi^ domini Re-
gis sui, Verum cum id dei voluntate evenisse credamus, ferre velit
id quod accidit vra R^ma^ D°. pro sua providentia aequo ac infra-
cto animo, ne nimium dolendo, adversari videatur divine volunta-
ti, cui humanos affectus equum est acquiescere, Ser^mo^que domino re-
gi suo consulere non cesset, vt non ponat se vlterius et suos in extre-
mum discrimen, nec ali se permittat vanis spebus et auxiliis ex-
ternis, que et Ser^mum^ d. Regem Ludovicum bone memorie
et alios preclarissimos Reges et Principes, deduxerunt ad
summum casum et periculum, Conservabit autem illum M^tas^

domini nostri in Regno suo, non grauatim Ita enim se iam facturũ recepit et promisit, a qua sancta et pia sententia vt non diuella, tur per aduersarios Altas sua, modis omnibus illi consulam et suadebo, Vram autem Rxam D. plurimum rogo, temperet dolori et angori animi sui, Curabimus enim omni studio et opera nrã vt tam res Serenissimi domini Regis nri, qm vestrae, in toto non colla, bantur, et commendo me ex animo vrã Rxma D. quam dnus deus in sua gratia diu sanam felicem et letam conseruet. Datũ in Bodzecin

Andreas Kricius eps Plocen Petro Tomiczki epo Crac vicecancellario

Rxme in chro pater et domine, domine mi colenme. Questi sunt mi, larimabiliter. d. Gamrath, et Carolus, de infelicitate sua, qua se subijsse in gratia vrã Rxme D. ex literis eius cognouerunt, rogaruntq me impense, vt iterum hanc causam ipsorum illi commen, darem. Ego profecto in ea ipsa causa nihil incommodare vellem dno Szbastri, sed non uidetur mihi iniquissim dignũ, vt et ipsi audiri, et rones ipsorum admitti non debeant, Oro itaq vram Rxmam d. vt benigne et aequanimiter innectum eorum audire dignetur, et prae, sertim cum ipsi in praesens Capitulo Ecclesiae meae interesse, et ne, gotiis meis sunt districti, non diffido, quin vra Rxma Do. ita se exhibebit in ipsa causa erga partem vtramq, Vt aequitati et beni, gnitati eius congruere videbitur, cui me ex corde commendo. Ex arce Poltoviensi die xvia Aprilis. Anno dni Mo Do. xxviii

SIgismundo primo Regi Polonie Hieronymos Laski Palatinus Syradiensis

SERme Princeps REX inclyte & domine, Domine clementme
Opinor tum literis meis, tum etiam rumore ipso, ac fama, Mti tua
cognitum fuisse, me Graciam ad Imperatorem Thurcarum neces;
sario consilio fuisse delegatum, vbi dum infinitis periculis, laboribus,
que emensis, per uemo C ren is, qui nullo saluo conductu innitens,
sola fortuna, rebus domini mei, seruire contendebam? omnia
plus, quam hostilia inuenio, nullo honore excipior, nullis alimentis
prouideor, vndique minas atque calamitates sentio, ita, vt etiam te;
deret me vite ipsa, fuisse progenitum. Regem meum Serenissimum
sperni, nec eum, vel quempiam alium Vngarie dominari admis;
suros, nisi ipsosmet Thurcas, qui Sabla Regem Ludouicum ne;
carent; & Budam sedem Regiam occuparent, ex qua, nulli
cedendum statuerent, nisi armis ac vi eiecti, vel per tractatus ho;
noris ac comodi emolumento, idest, tributo, Cumque meorum in ea
sententiam multis illis diebus labor esset, nec viderent me aliqua
rone ad ipsum tributum posse pellicere, tandem, diuino fato, ita
labor meus fructum edidit, Vt Sexmo domino meo, pacem & per;
petuam conuinctionem confecerim, cum potentissimo Imperatore il;
lo, absque tributo, & confeci, non solum pacem, sed & auxilia
talia, quibus indiguerit, contra omnes hostes Mtis sue. hic scribe;
rem Mti tue nonulla liberiori calamo, nisi adesset interceptionis
periculum ratio. Certo tamen Mtas tua sciat, rationi ac temporum
cursui inherendo, modo Rex Sexmus dnus meus viuat, illum
futurum Hungarie dominum

Cum autem inter tractatus mutuos nostros, didicissem Imperatorem Mti tuae admodum esse aduersum, tum propter auxilia Regi Ludouico, primum domino Tarnomien ductore, secundo nunc, vt illi dicunt, ad infelicem Regis Lodouici pugnam, non Pontificis aere, sed Mtis tue missa, tum maxime ob molestiam federis, que hac estate ex Braslaw Winniczaque accidit, quodque prima Herba iam Szandzacu Dobruczen, Selistrien, Prefectosque Belgradi, Kilian et aliorum locorum cum tota Tartarorum colluuie ad inuadendum Regnum Mtis tue delegasset, omni qua potui fide ac diligentia, magno cum honore Mtis tue laboraui ac effeci, vt non solum gentes iste retinerentur, sed ut etiam Inducie ad decennium prolongarentur, et quod si Mtas vra tempori ac rationi locum dare dignabitur, perpetuam pacem facile assequi poterit, quam rem nunc missam facio,

Nescio quomodo Mtas tua hoc genus sermonis mei excipiet, apud quam solent esse aliqui, qui nihil bene actum vel dictum sentiant, quod ab ipsis solis dictum vel factum non fuerit, tamen ego alius esse, nec volo, nec possum, nisi is, qui nec per vnguem ab Mtis tue honore commodoque diuelli debebo, cumque ita faciam, reliquis dominus deus prouidebit, qui cor Regis declinat, ac cuius est certior ac perfectior merces, quam cuiusspiam alterius.

Nunc eam ob rem breuiores facio, quia paucis ante diebus, longiores ad celsitudinem tuam designaui, vbi qua ratione Imperator periculum amicitia Mtis tua habere expectat, id est, si auxiliabitur Mtas vestra illum, sicuti Caesareum amicum, et suum affinem, Regem meum Joannem Sepusiensem, tunc Caesarea celsitudo, iudicabit amicitiam suam Mti tue esse gratam, secus si Mtas vra fecerit, tunc credet Mtem tuam expectare aliquam eius aduersa

fortunam, et tunc ignoscere illi deberet M^tas^ vrã, si curabit potius preuenire, quã preueniri, et in eum modum inducias, cum celsitudine tua prolongat, que si M^ti^ tue uidebuntur per hac conditionem indigne, M^tis^ tue erit in arbitrio, illas excipere, ego tamen, quia distuli inuasionem Turcarum in Regna M^tis^ tue usq3 huc, bene me laborasse iudico,

Si esset oportunitas, vt M^ti^ tue potentiam huius domini perstingerem, quam ita didici ac scio in opibus ac viribus, vt pauci Turce sint, qui tantum de potestate hac intelligant, tamen non opus est, nec verbis nec calamo, cum videamus eos armis omnia querere, et ita res illorum creuisse, vt nulla lecta vel audita esset similis huic potencia, eamq3 ob rem M^tas^ vrã, que prudẽs est, rebus suis facile prouidere et consulere poterit.

Hodie mihi sunt allate lrã ex Constantinopoli, quibus dominus Lodouicus do. Gritti ducis Venetiarum filius, me facit certiorem, modo quo M^tis^ tua Interpres ille wrona, ad habendum Oratori saluum Conductum ad Imperatorem venit, itaq3 rogo, vt M^tas^ vrã temperaret ab mittendo Oratore, tandiu, quãdiu ego ad illius celsitudinem vel scriberem ardua vel deo dante, oretenus aperuerim, Nam si M^tas^ vestra etiam minimo auxilio Regi Joañi adesse dignabitur, poterit Oratorem non mittere, et per duos annos,

M^tas^ preterea vrã de Ducatu Bari consulat de tempore, quia Rex francie valde mihi questus est, neglectum, nolo dicere spretum, propter Ducatum Bari, se fuisse, si q3 orator sua M^tis^ dominus Antonius Rincon, vel Hungarie vel Polonie esset;

commode M^tas^ vestra faciet, si humaniter illum tractare dignabitur, Nam in iisdem ex Constantinopoli his prosperari in Italia exercitus ligae sanctae scribitur, et nisi M^tas^ vrã de tempore egerit, timeo periculum illius Ducatus damni, Commendo me cum his, humilis et supplex M^ti^ tuae Regiae gratiae, ac rogo dignetur eadem celsitudo tua, aliam servitiorum meorum rationem habere, qm̃ hucusque dignata sit, Ex Targowisthe sede Woiewode Multanorum, feria tertia paschae. Anno dñi M^o^. D^o^. XXVIII°.

Doctor Biel creatur Vicecancellarius Studii Literarii Vniuersitatis Crac.

PEtrus dei gratia Epũs Cracomen. Regni Poloniae Vicecancell. et vniuersitatis inclyti Gimnasii Cracomen. Cancellarius, a se. de Aplica deputatus. Manifestum facimus vniuersis, quia dudum perspectam et commendatam habentes virtutem, probitatem, vitae et morum integritatem, singularemque ac excelentem doctrinam, Ven^lis^ ac Egregii viri Magri Stanislai Biel de noua Ciuitate sacrarum literarum professoris, et Canonici Ecc^ae^ nostrae Cracomensis, Ipsum Vicecancellarium nostrum in ipsa vniuersitate Cracomensi, creandum, deputandum, et constituendum duximus, creamusque deputamus, facimus et constituimus harum serie litterarum, dans et concedendo illi plenam et omnimodam potestatem, ad Magisterii et Doctoratus gradus in Sacra Theologia in iure Canonico, in medicina, in Philosophia, et in septem artibus liberalibus, quoscunque ad illos dignos et idoneos esse censuerit et iudicauerit, admittendi, examinandi, approbandi, promouendi, Quos vero minus idoneos et insufficientes esse comperit

removendi, suspendendi, Veniam seu licentiam ad Magisterii et doctoratus insignia suscipienda, in omnibus facultatibus et scientijs predictis, dandi et concedendi, Ceteraque omnia et singula agendi, gerendi, faciendi, exercendi, ordinandi ac exequendi, que de iure et priuilegijs Vniuersitatis predicte ac etiam de consuetudine longo vsu approbata ad offitium Vicecancellarij spectare et pertinere uidentur, Promittentes, prout promittimus in uerbo nostro, quicquid per eundem dominum doctorem Biel Vicecancellarium in omnibus et singulis premissis, actum, gestum, factum, ordinatu et constitutum fuerit, id nos ratum, gratum, atque firmum perpetuo habituros, harum testimonio lrarum, quibus Sigillum nostru manus est impressum. Datum in Arce nra Bodzeczinen, die xvii Mensis Aprilis Anno domini M°. D°. XXVIII.

Petrus Tomiczki Eps Crac
Stanislao Biel Sacrarum literarum Professori et Doctori

Venlis domine frater in Chro charmme, Volentes singularem nostram erga vos beneuolentiam, qua uos prosequimur apud omnes homines testatam facere, simul ac benignam rationem habentes virtutis probitatis, integritatis, et singularis doctrine vre, motu nostro proprio, Vos Vicecancellarium in Vniuersitate Inclyti studij Cracomen facimus et creamus, lrasque eiusmodi creationis nra vobis mittimus cum pntibus, certo nobis persuaden, quod et hanc animi nostri erga uos propensionem, gratam habebitis, et in eo Vicecancellariatus offitio ita uos geretis, prout uirtus, integritasque vra, et nra vicissim de uobis spes et existimatio postulare uidetur, bene valete, et dominum deum pro nobis orate, Datum

Petrus Tomiczki Eps Cracovien Vicecancellarius

Stanislao Borek Decretorum doctori Canonico Cracouiensi

Venlis domine, frater in Chro charmme, Grauj ac dolenti animo accepimus fermi medietatem Ciuitatis Cracouien cum eius suburbus, multasq Aedes sacras insignes, ac etiam non paucos homines vtriusq sexus, ignem subito exortum miserabiliter absumpsisse, facile enim coniicimus maximum ac prope irrecuperabile damnum pauperibus hominibus, per tam ingens, tamq subitum ac tumultuarium incendium esse illatum, Verum cum is tam acerbus casus nutu et voluntate dei euenerit, ferendus est nobis omnibus, aequo ac parato animo, et summo studio ac cura prouidendu vt tam frequens ac prope anniuersaria, ignis eruptio, Ciuitatem istam affligere tantis damnis deinceps non possit,

Egritudo nra, adhuc pertinaciter perseuerat, et si enim tussis in toto cessauerit, remansit tamen adhuc febricula lenta, et magna stomachi debilitas, que nos iam multu debilitauit, Vrine continue apparent rubee et tincte, nullus adest comedendi appetitus Sputi et humiditatum magna continue exit per os copia, accessit et aliud malum, defluxit enim nobis ad pedem dextrum humor quidam noxius, qui neruos sub genu occupauit, cum aliquanto liuore circa talos, adeo ut consistere in eodem pede, nec illum extendere possimus, quo fit ut ferme continue in lectulo decumbere nunc cogamur, Doctor Rawa, nihil cura et diligentia sue pretermittit, quo nos releuaret, ab hac egritudine, hactenus tamen nihil proficere potuit, Quare reliquam curam et medelam nostri dno dno deo committimus

Cum aream in foralí, à M^te Regia impetraremus, nihil scieba-
mus, quod aliqua illius pars, fuisset cuipiam alteri donata, postea
vero cum literas donationis nobis facte obsignari ad dominum Ca-
stellanum Cracovien misissemus, retulit M^tem suam longe ante
quadraginta vlnas eiusdem areæ Ill^ri domino Casimiro Duci Te-
suen, pro construendis vinariis liberali donasse, illum vero sibi
eas postbac dedisse et resignasse, velle tamen se cum istuc simul
essemus, facile de eis nobiscum convenire et concordare, Quia vero
non expectato nostro istuc et suo adventu ipse D. Castellanus Crac má-
davit fodi iam in eadem area, aliquot vinaria, non impediatis e-
ius laboratores in eorum labore, dummodo se intra limites suos con-
tineant, et aream nobis donatam non attingant, cuius alioquin ut
accepimus, sufficientem quantitatem et spacium satis amplum pro
edificandis stabulis et domibus pro conservanda familia stabu-
laria, ac etiam vinariis habebimus, Mittemus autem vobis per
alium Nunctin lrãs Regias, quas super eandem aream impetrauí-
mus, vt sciatis qntum spatium illius sit, nobis donatum,

Ceterum faciatis dari de Prediis nostris fratri Dominico Suffraganeo
nostro vnam pernam lardi, vnam ollam butiri, et vnum corn
pisæ, Si quid etiam dare potestis silliginis fratribus Sancti Domi-
nici de Cracovia, id quod vobis videbitur, eis detis, Nosqz illorú
orationibus commendetis, et bene valete Datum

Sigismundo primo Regi Poloniæ.

Petrus Tomiczki Eps Cracovien
Vicecancellarius.

Sacra M^tas Regia domine, et domine clementiss^me, Post
humilem servitutis meæ commendationem, Non dubito consta-

re iam M^ti V̄ra Ser^me, magnam partem Ciuitatis Cracouien. et totum ambitum Cleparдie, adiecto etiam vico meo Epali Bi-
1528 skupie dicto, XXIIII^a Aprilis, incendio esse consumpta. In quibus vrbis regionibus, multa Magnifica edifitia, Edesque Sacra corru-erunt, M^tis autem V̄re et cratis illa aenea cancellata, et plu-rime catapulte seu tormenta bellica, violento igne sunt dissoluta. Cetera et que maiora erant, mediocriter ambusta, que quidem singula, cum ad M^tem vestram hij qui interfuerunt accesserint plenius et subtilius M^tas V̄ra Ser^ma ex eis intelliget, Ego enim certa adhuc de quaque re affirmare non audeo, Veruntamen in vniuersum communis ciuis calamitatis me miseret. Cui sepissime ob Magistratuum culpam et negligentiam, res et suppellectilis illorum ciuium ampla, est multum obnoxia, plane damnum hoc commu-ne et iactura multa, videntur postulare, vt et M^tas V̄ra con-silium capiat, et primores illius Ciuitatis, aliquam ineant rationem quo vrbi illi in posterum optima aliqua custodia consulatur.

Ad hec scire vellem M^tem V̄ram Ser^am, binas me non pridem accepisse l̄ras, a domino ~~Andrea de Thezin~~ Otto de Chodecz Palatino Sandomi-riensi Vnas, a filio uero domini Vincentii Szwidwa de Szamotu-li, alteras. In quarum primis me faciebat d. Palatinus Sando-miriens. certiorem, rediisse ex Turcia Iwaskonem Armenum et l̄ras publice fidei Oratori M^tis V̄re illuc ituro, attulisse, quem etiam feliciter omnia illic confecturum esse pollicetur, si quidem se certissimis asserit argumentis deprehendisse, Imperatorem Turcarum postulanti M^ti V̄re Ser^me, vel triginta annorum Indutias minime esse negaturum, sed illum ~~agit~~ agit magno apparatu bellico iter Pannoniam versus iam iam medita-ri, Dominum vero Laski iam etiam absolutum illic esse pre-dicat, sed multis insidiis sibi dispositis, tardiorem et difficilio-rem futurum illius redditum, In iis autem alteris literis, obi-tus fratris mei, domini Castellani Gnesnen., mihi nunctiabatur

qui iam pridem se, liberos, omnia denique bona sua, mihi in cu-
ram et tuitionem meam tradiderat, Eius vero Magistratum et
dignitatem Castellania Gnesnen, iam etiam ante M^tas V^ra Ser^ma fratri
meo domino Nicolao, fideli servo suo conferre dignata est, quod ta-
metsi memoria tenere M^tem V^ram non dubitem, volui tamen
officii maioris causa, nunc id quoque illi commemorare, et rogare
ne mutet voluntatem suam, quinetiam habere velit ratam, eam
fratri meo donationem, quod vterque nostrum, omni fide et dili-
genti studio atque observantia, M^ti V^rae promereri perpetuo
studebimus

Non omisserim autem et in hoc M^tis V^rae Ser^me requirere vo-
luntatem quid me facere velit in negotio commisso D^o Joanni
Wietzwienski Castellano Ploczen, cui est decreta legatio ad
Ser^mum d^num Joannem Regem Hungariae, illum ne etiam
num expectem, qui iam multo ante M^tis V^rae et meis lite-
ris monitus, neque munus suum obire curat, neque mihi quicque
respondet, an alium in hunc locum subrogem, vt et negotium
finem capiat, et ego in omnibus quae a M^te V^ra Ser^ma
in mandatis recepi, videri possim diligens et sedulus fuisse
Cuius M^ti V^rae Ser^mae more meo me et servitutem meam
iterum suppliciter commendo, illumque cum Ser^ma sua prole
semper felicem et diu incolumem esse vehementer desidero
Dat.

Petrus Tomiczki Crac. Eps. Vicecancell.

Nicolao Tomiczki Castell^o Gnesnen
Costen. Pisdren Comnen. Capit^o. Prefecto
Stabuli regii.

Mag^ce domine frater germane char^me. Scientes multa
istic vulgata esse, et fama communi, et l^ris bonnulla de nostra adver-

sa valetudine et forte aliter quam se res habeat, volentesque et vos charissimum fratrem nostrum, et ceteros amicos nostros de eadem valetudine nostra plenius edocere, vosque animi sollicitudine qua procul dubio distinemini, levare, mittimus istuc hunc servitorem nostrum Moxawiecz, qui vos de statu eius ipsius valetudinis nostrae faciat certiores, Languemus quidem adhuc et in lectulo continue decumbimus, multum enim debilitavit nos haec tam diuturna et molesta egritudo nostra. Speramus tamen, quod ope et singulari clementia domini dei, cito recipiemus pristinam sanitatem.

Rediit ad nos ex Posnania nuper custos noster Opalienczki, qui inter alia retulit nobis dominum Castellanum Posnanien subornasse servitorem suum Woynowski, ut se interrogaret, quid sibi videretur, cui Maiestas Regia Castellaniam Gnesnen esset collatura, Cum autem ille respondisset, quod certo sibi persuaderet vos illam habituros esse, subiunxisse demum Woynowski, Domini Zborowski rem et promotionem suam, non esse etiam neglecturum, Hoc ideo scripsimus vobis ut intelligatis dominum illum et fratrem nostrum negocia sua per cuniculos et clam nobis agere, omniaque ad suum et suorum comodum referre

Affecta est iterum Civitas Cracovien nova calamitate et iactura feria namque secunda preterita. Monasterium Sanctimonialium in Zwierzyniecz, et bona pars Civitatis Casimirien, subito ac violento igne conflagrarunt, prout de hoc latius dicet Moxawiecz noster,

Vestri omnes in Ilsza sunt sani, deo sit gratia, et bene habent, Bene valete, et nos diligite

Petrus Tomiczki Eps Crac
Et Regni Polonie Vicecancell
Luce de Gorca Castell° Posnan
Et Capit° Maioris Polonie

Mag^ce domine, domine et frater honorand^me. Proficiscente istuc hoc servitore meo Czarnkowski, nolui illum vacuum literarum meorum ad vram Mag^ciam venire, ad quam, tametsi non habeam nunc ullum scribendi argumentum, malui tamen lrás carere argumento, qui vinctuum literis. Ego dei benignitate iam ad portum mea bone valetudinis pervenio, restat duntaxat ut me ex hac longa et molestissima peregrinatione reficiam et confirme. Id quod facile assequi possem, nisi domini Consiliarii qui Crac sunt, me multis, gravibus Reipub. negotiis oneraxent, que ad me quottidie deferunt volentes ut illis consulerem, eaqz pro captu ingenii mei absolverem, qua re, multum perturbationis et inquietudinis mihi afferunt, et miror plurimum, qd tam parvam mei et huius meę adversę valetudinis habent rationem, scientes, cum sanus sum: eiusmodi et multo maiora negotia, absqz cuiusius adminiculo, causa reipublice, et amore principis ac benefactoris mei me expedire solere

Petrus Tomiczki Eps Crac, Vicecancell
Nicolao Tomiczki Castell° Gnesnen
Costen Pisdren Coninensi Capitaneo.

MAg^ce domine frater germane char^me. Certo nobis persuadebamus dominum Castellanum Posnanien. missurum istuc fuisse ad petendum Castellaniam Gnesnensem pro suo filio. Sed bene ac recte est factum, qp nos anteverterimus et illius, et multorum alior

instantiam et preces. Nihil enim dubitamus M^tem Regiam non mutavisse, nec mutaturam esse donationem eiusdem Castellaniae Gnesnen vobis ad preces nostras factam, que vobis dominique et familie nostre felix faustaque sit, prositque vobis ad omnem felicitatem et maiorum fortunarum incrementum

Egritudo nostra adhuc nos non deseruit, Diminutus quidem est cetarus in magna sui parte, remansit tamen in membris corporis magna debilitas et stomachi mira imbecilitas, Quare cogimur adhuc eidem egritudini nrae indulgere et expectare, quoad nos deserat, prout speramus in domino deo illam cito a nobis abituram nosque ad pristinam sanitatem, brevi esse perventuros, Non miremini autem, quod tam longo tempore decumbimus, et egri sumus, Satis enim, quod egritudines nrae, quibus plerumque affligimur ut lente sunt, ita non cito terminari solent,

Quod scripsistis nobis ex fraterno et sincero animo, Ut temperaremus nimiis curis et laboribus quibus continue obruimur, Charme frater, faceremus id libenter quod suadetis, Verum et M^tas Regia exone et domini qui in officiis et honoribus Reipub. aeque participant, omnia maiora negotia ad nos referunt, de illis nos consulunt, Volentes, Ut nos primi de illis sententiam nram feramus Et proinde inviti certe cogimur votis et postulatis illorum satisfacere, ne sub hac Regia M^tis a Regno absentia, publicis necessitatibus defuisse videamur, quamquam quidem non multum perturbant et molestant nos hec cura et labores quibus distringimur Nam deo sit gratia in hac nra egritudine caput sanum et liberum habemus

Uxor et liberi vri bene valent, omniaque apud eos per ministros vros recte et modo debito administrantur, felicissime valete et nos diligite. Datu.

SIgismundo primo Regi Poloniæ

Petrus Tomiczki Eps Cracovien Vicecancellarius

SACRA M^tas^ domine, et domine clementiss^me^. Post humilem perpetuę servitutis et orationum mearum commendationem. Mitto hunc meum Nunctium ad invisendam M^tis^ Vrã Sere^ma^ valetudinē quam illi et antea semper ex animo favi, precatusque sum optimā atque diuturnam, et nunc etiam in hac valetudinis meæ infirmitate, cum toto ordine Ecc^co^, quottidianis votis precor et exopto, Magnopere enim ad offitium meum videbatur pertinere, ut quum sepius e literis et nunctiis, cum à M^te^ Vrã Sere^ma^ tum ab aliis amicis meisque amantissimis missis, de illius statu et incolumitate fiam certior, proprium etiam istuc mitterem Nunctium, qui fidem de hac re meam et singularem studium, presens apud M^tem^ Vrãm testaretur, per eundem etiam Nunctium, Mitto M^ti^ Vrę Sere^me^ fasciculum lrarum quem Dantiscus literis etiam ad me datis mihi inscripserat, in quibus quia ita reperi scriptum, quod Imperatoria M^tas^ Oratorem suum mittit ad M^tem^ vestram, praescire id M^tem^ vestram tempori volui Vt primsquam ad Regnum applicuerit, provisum iam esse possit qui illum provisores et conductores ad M^tem^ vestram debeant deducere,

Caeterum Sere^me^ REX. Vrbi M^tis^ Vrã Sere^me^ Cracovien nova iterum nunc accessit calamitas feria secunda namque preterita igne conflagravit Sanctimonialium in Szwierzyniecz Monasterium et non modico post intervallo, eodem ipso die, bona pars Civitatis Casimirien igne est consumpta. +

Reliquum vero est, quod ego mirifice cupio, vt Maiestas vestra Serenissima sit felicissima et optime valeat cum iis qui sunt sibi charissimi, coniuge Serenissimo et liberis Serenissimis. Cui me et egram seruitutem meam, iterum atque iterum suppliciter comendo. Dat. etc.

Bone Sphortie Regine Polonie

Petrus Tomicius Episcopus Cracouiensis Regni Polonie Vicecancellarius

Serenissima Princeps et domina, domina clementissima. Post humilem seruitutis meae in gratiam Maiestatis vestrae comendationem. Tametsi crebro fiam et a Maiestate vestra Serenissima, et ab aliis multis per literas certior, de optima Maiestatis vestrae Serenissimae, et illius etiam Serenissimi Coniugis et liberorum valetudine, que mihi in hac egritudinis meae imbecillitate non mediocrem solet afferre voluptatem, Continere tamen me non potui, quin hoc etiam proprio nunctio in presentia inuiserem Maiestatis vestrae Serenissimae felicem statum et valetudinem, quam quidem illi ex toto pectore et animo, optimam ac felicissimam semper cupio et precor. Mitto autem Maiestati vestrae Serenissimae literas a Dantisco nuper ex Hispaniis missas, ex quibus cum alia multa tum etiam Oratorem Caesareae Maiestatis ad se et Serenissimum Dominum nostrum propediem venturum plene cognoscet. Commendo me rursus et perpetuam seruitutem meam Maiestati vestrae Serenissimae, quam Dominus deus seruet nobis cum suis omnibus quidiutissime sospitem et felicem. Dat. etc.

Petrus Tomiczki Epus Craconien et Regni Polonie Vicecancellarius Chrofero de Ssidlowec Castellano et Capitᵒ Crac. R. P. Cancellario

Magce domine, domine et amice honorandme, dici nequit quanta animi egritudine et voluptate prosequor hanc Magcie vra quotti-dianam de mea valetudine curam et sollicitudinem, quippe que non parcat Nunctiis, non parcat calamo in me salutando invisendo-que, Pincs preterea (quod mihi est uti debet charissimum) pro mea salute non vulgaribus studiosisque precibus solicitando, hanc pro-fecto illius ego in me pietatem, et diligentiam, tametsi pro meritis vix spero me posse, quantum tn in me erit, vra Magcie omni cura studio et facultatibus meis referre, et promereri dum convalue-ro volo et promitto, Interim vero illi gratias immortales, pro tam humanissimis et offitiis, omnis benevolentie plenis habeo et ago gratias. Consuevit autem semper egrotis et decumbenti-bus dificile videri de egritudine propria quicquam iudicare, hoc idem et mihi videtur perdifficile ut possim deprehendere. sim ne proximior ad bonam valetudinem, cum nihilominus incedere pro affectionibus et languore nequeam. Medici autem qui hic curant valetudinem meam, quorumque iuditio plus tribui debet quam meo, dicunt me meliusculum esse

De casu Heroe illius, mirifice doleo. simulque miror predictio-nes hominum eiusmodi non usque quaque vanas esse, si quidem iã ante quoque divinatione et augurio peritissimi astrologi Arcepera à domino Coloren Archiepo, ad mortem ita destinatum, ut vivere non posse cum dicat ad festa usque sancti Joannis. Nihil est preterea Magce domine, quod nunc illi precipue scribere debeam, nisi ut me illi studiose et ex animo comende

quod facio, et amplius rogo, Ut me qua solet benevolentia et fraterno amore complectatur, Valeatque felicissima et optime incolumis cum suis benevalentibus et charissimis liberis.

Sigismundus primus Dux Polonie
Andree Gritti Duci Venetiarum.

Ill^me Princeps etc. Proficiscitur istud Venetias Nobilis iste Stanislaus Mieleczki, unus ex proceribus Regni nri fidelis nobis dilectus, Nam deinde cum ceteris militibus Hierosolimam traiecturus quem cum Venetiis et in aliis Civitatibus Ill^tis vrae peregrinari et agere oporteat, Commendationem illi eiusmodi ad Ill vram facere volumus, Ut si quo fortasse auxilio et ope Ill vrae ad hanc suam peregrinationem indigeret id illi causa nra praestare Ill vra non gravaretur, quicquid vero humanitatis et liberalitatis in illum et Comites suos erit ab Ill vra prestitum id nos paribus offitiis vicissim et Regia gratificatione Ill vrae referemus, Cui foelicissimos omnium rerum succesus, et optimam longamque valetudinem ex animo optamus. Datum in Civitate nostra Radomiensi, die VI ... 1528

Bone Regine Polonie
Petrus Tomiczki Eps. C.

SACRA M^tas et domina, domina clementissima, Jam pluribus literis me hortari et admonere dignata est M^tas vestra

Vt me Cracoviam de bono Reipub. cum ceteris consultaturus, co-
ferrem, quod quidem ego etiam non monitus sponte mea, libentissie
et sine aliqua cunctatione iam pridem fecissem, nisi fuissem gravi, lon-
ga et molesta egritudine impeditus, presertim cum illic manens faci-
lidre negotio omnia prius prestitissem, quam hic fecerim hactenus, ubi
per lras consilia mea petentibus dominis sum coactus exponere, quod
egro et languenti mihi magnam afferebat molestiam, et laborem
duplicatum, Nunc vero iam erexi me, tandem et in portum optime
valetudinis dei benignitate perveni, Id solu restat, ut vires et pri-
stinum robur recipiam, quod quum primum fuero assequutus, assequi
autem me brevi posse confido, Cracoviam deo iuvante proficiscar, ubi
dabo operam diligentem, Vt omnia fiant et gerantur, que et ad sple-
dorem et dignitatem Mtis domini nostri, et communem Reipub.
utilitatem maxime mihi videbuntur pertinere

Ad prebendam Sanderen instituti libenter Notarium Cancellarie
Mtis vra, possessionemque et reliqua que ad totam eius Sacerdo-
tioli apprehensionem attinent, illi dari, conferi, et custodiri iussi,

Alia etiam que mihi mandare voluerit Mtas vra Serma omia
sum semper libenter et sedulo facturus, Cuius gratie, me et ser-
vitutem meam Iterum atque iterum commedo, iamque esse felicissi-
mam et incolumem, cum Sermo domino nostro et illius foani
simis liberis vehementer desidero, Dat.

Petrus Tomiczki eps Cracouien Christoforo de Schidlowiec Castello et Capito Cracouien Cancellario regni Polonie.

Mag^ce domine, domine et amice honorand. Scripsi Mag^ce vrae per illum a pedibus Nunctium, qui nuper ad me erat missus, reddi- tas mihi integre lras, quas et meo Pieniazek et Comorniczki Regie Mtis Cubiculario illa ad me ferendas tradiderat, Caeterum et illud scripsi et postulaui, cum Mag^cia vra quod subdito et vendito- ri nostro Biskupiern grauis iniuria illata fuerit a negotiorum ge[st]o- re Mag^ce vrae Szmielowien, quod tamen attinet ad illatam ho- mini iniuriam perhumaniter mihi vra Mag^cia vti in omnibus so- let respondet. Dans mihi sezt in eo delinquente omnem vindica- di potestatem, simulque concedens mihi vt cum ad me venerit, ar- bitratu meo penas ex ipso sumam, quod equidem ego Mtis vrae officium equi et liberale in me iudico, eique quantum in me est pari- bus vicissim officiis dum facto opus erit, respondere curabo, Verum tamen conditionem eam vendicandi non suscipio, quippe quod non licere mihi puto cum seruitore Mtis vestrae ipsi mihi ius dicere, qui etiam si id vsus vel honestas admitteret, propterea facile recusarem, quod in meis quoque seruitoribus errati obno- xiis non soleam re[ ]ctam tenere puniendi rationem. Quare cu- perem ego vt Mag^cia vestra vtriusque partis re cognita et perspe- cta, subditum suum pro merito vt et mihi de indignitate et subditi mei contumeliis satisfiat, et ceteris hominibus illo diuerten- tibus in posterum tutum sit et prospiciatur.

De eo autem quod me Cracouiam aduocat, Mag^cia vra, plurias quoque illi habeo gratias, intelligo enim hoc a summo in me amore et beneuolentia illius proficisci, quod me secum vna esse cuperet, hoc

tamen ego quando adhuc illi pollicexi recte debeam, plane igno
ro, Nam tametsi sim ego iam quo ad reliquas corporis partes pri
stine valetudini restitutus, pedes tamen adhuc mihi impediunt
profectionem, quibus nutantibus et claudicantibus, nolo Mtem vrã Magnificentiae
convenire. Statui tamen iam progredi et pedetentim accedere
et appropinquare, Statui inquam in Kielcze migrare, et illic
mutato celo experiri salubritatem alterius aeris, Inde favente deo
in animo est, Cracoviam deinde ad visendam Magciam vram
proficisci, cui nunc vti semper soleo me ex animo et studia mea co
mendo, Cupioque illam cum suis suavissimis vxore et liberis esse
quam diutissime sanam et incolumem ac felicem,

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell Nicolao Bedlenski Scholastico et Vicario in Spiritualibus Cracoviensi generali

Venlis domine, frater in Chro charmme, Allate sunt ad nos lre
Mtis Regiae quibus Mtas sua, exposuit nobis liberalitatem sua
qua nunc est usa in sublevandis Civibus Cracovien, quorum nuper
edes et fortune incendio sunt penitus absumpte, dans illis sext
non paucorum annorum, tum a sui, tum etiam a publici census
et tributi solutione immunitatem, vt tanto alacrius edificia nova
instaurare et fabricare valeant, Verum quia sunt multa loca
in quibus, cum stabant edificia, inscripti erant census Sacerdoti
bus et clericis quibusdam in vim reemptionis, Mtas sua ho
tatur nos et postulat, vt contineremus omnes eiusmodi personas
ab exactione eiusmodi census sibi debiti, donec edificia repare
tur, et homines afflicti ad pristinas opes et solvendi facultatem
redeant, Nos cum videremus id humanitati magnopere con
gruere, esseque aequitati civium consentaneum vt miserabiles per
sone, et que fortuita quadam nonnulla sua culpa contracta
calamitate, in omnibus suis rebus et fortunis iacturam fecerunt

leventur tantisper pensionibus debitis, dum ad aliquem meliore rerum statum et rei familiaris copiam perveniat. Hortamur vos et volumus, vt inquiri de his vbique obligationibus faciatis, repertisque locis et personis, que census Ecc[os] soluunt, immunitates illis promittatis, Clericis autem quibus debentur pensiones inhibeatis, ne quempiam ex iis incendium passis, de pensione debita turbare vel molestari audeant, ad certum tempus, quod vos freti equitate arbitratu vostro moderari curetis auctoritate. Preterea exponit M[tas] sua, questos fuisse apud se prenominatos Cives Cracovien. de Preposito Sancti Spus, quod is contra professionem suam, et fundationis iura, ad inhabitandum hospitale personas non modo non egetes verum etiam facultatibus et muniis affluentes suscipiat, inopes repellat et prohibeat. hunc etiam volumus ad vos advocetis, et privilegia eduum illarum siue fundationem Sancte et aliorum predecessorum nostrorum memorie personis ostendi vobis faciatis, quibus perspectis et cognitis, iniperetis illi pro iure et offitio vro, ne fundatorum voluntate abutatur, neue, recipiendis peruerso ordine personis scriptum et formam priuilegii eorundem fundatorum interuertat facturi rem offitio vro dignam, et nobis plurimum gratam, optime et feliciter valeatis, nobisque receptum bone valetudinis curam vti soletis faueatis, et deo pro nobis supplicari faciat. Datum in Bodzeczin

Petro Tomiczki Epo Cracouien Regni Polonie Vicecancell[o]

Ioannes Zamboczki aulicus regius.

R[me] in Chro pr, et domine, domine gratiosissime. Post uetustam constantissimamque seruitutis mee commendationem. Adactus maxime necessitate Concesseram ad villulam meam Sa

Szambok in qua veluti mus ille agrestis in latebra sua, sic ego tutus
et sine interpellatore, infinita incomoda euitaui, et molestissimum ~~ani~~ anni
tempus, non iniucunde transegi, Et tandem cum Zephiro et Hirun-
dine prima, corrasis nummulis, quos Petrus meus, genium suum de-
fraudans, et bobus aratoribus diuenditis collegerat, recepi me ad
vetus pistrinum, in quo, tot annos trusatilem molam, sine spe fructus
versaui, non tam, deductionis ex Stipendiolo, vel ut isti vocant
defalcationis metu, quam seuerissimi illius edicti in Radom con-
stituti, Vbi oblata nobis offula, hoc est pauculis nummis szwidnizen.
Aqua et igni interdici cominatum est, si quis ad Lituaniam
non venerit, Itaque ne fabulam in qua agenda consenui, cum dede-
core, Ad plaudite usque deducerem, veni vilnam Nonis Maij, et in
eam, annone et papuli, reliquarumque rerum ad victum pertinen-
tium caritatem incidi, vt nusquam gentium maiorem, expertus fuerim
Et quanquam, tam maturi aduentus mei, mox me penituerit, Super
omnia tamen, auxerat dolorem meum, q̄ in primo statim vrbis
ingressu, pene omnes, me territare ceperunt, Rmam D. vestrã
periculosissima egritudine laborare, et vix vitam ducere nunci-
antes, tantas vires, tamque celeres alas habet fama malum etc.
Hanc Historiam propterea, a tam alto repetii, q̄ à Curia vrã
Rme D. mihi significatum esset, eandem esse quadantenus
indignatam, quia per tantum temporis interuallum ad eam
nullas literas dederim, cuius tamen rei duplex causa fuit, altera
absentia mea à Curia, altera, q̄ verebar, ne laboranti Rme
D. vrã importunus obstreperem, Nec dubito, quin si R. D. vestra
aliquid tale protulerit, quod se mihi indignari significauit, id ioco
potius quam serio, ab eadem sit prolatum, Non. n. obscurum est
eidem R. d. vrã, me ei, non modo, omnem seruitutem meam
quantulacunque est, sed etiam vitam, et si quid est vita potius, iam
pridem deuouisse, Ita, vt nihil verear, si quis deus eam occasione
offerret, vt eadem R. d. vrã, de mea in se fide, periculum facere
deberet, ita me inter eos, qui ei dediti, et addicti sunt, Superiorē

esse cognosceret, Ut ipsa ceteros Antistites virtute et doctrina ante,
cellit, Quod si imprudens deliqui (Nam delicta, quis intelligit) rogo
oro, et obsecro, Ignoscat mihi Rma D. vra clementissime. De
Repub. ceterisque et Regni, et Ducatus Lituaniae gravioribus
negotiis et archanis, perspicuum est, R. D. vestram cum ex Re,
giis litis, tum domini Archidiaconi Cracovien. esse abunde certiore
factam, a me nihil horum scribi potest, quae me veluti bone Dee sa,
cra prophanare, nephas est, Tragediae particulam, quae me astante
peracta est, paucis attingam. Nuper XXIIII die Maij, Cum post
peractam rem divinam, (ut fit) clamores, vociferationes, et inau,
diti quidam ploratus, quae hic Juditia vorantur, in Arce, presidente
Rege, agi cepta essent, dnus noster Epus Cameneczen. corpore
quidem eger, (nam sella ad iuditium delatus erat, Ut olim Stri,
gonien. Thomas) sed animo, et vocalitate satis firmus. Sophiam Sapiham
Vitebslensem Woiewodam, criminari adorsus est, obiectis sibi IIIIor
criminibus, quorum minimum, fidicula et unco vindicari deberet,
tanta hic est criminandi licentia quanta usquam gentium, ita ut
lese Mtis crimen iam levissimum esse videatur. Primum crimen,
fuit, affectati Regni, Alterum sacrilegii vel impietatis, Tertium
lese Mtis, quartum perduellionis, quae quatuor crimina, preludia
duntaxat esse videbantur reliquae Actionis, Nam amicus meus
d. Zakrzewski, qui dno Epo adstabat, plenum et magnum, a ter,
go quoque scriptum volumen criminationum, in manibus tenebat.
necdum ex eodem volumine quicquam protulerat, Ad quae crimina
cum Zapiha ipse, paucis ex tempore respondisset, reliquum tempus
usque in horam prandii deliberationibus consumptum est semotis
litigatoribus. Actioque comperendinata, atque de die in diem ita
producta, Ut hactenus, de ea adhuc, nulla cognitio habita extiterit
Interim per utrinsque partis amicos, strenue pax, et concordia tra,
ctatur, Laboraturque, ne scintilla haec, magnum aliquod incendium
pariat, Adest Gasloldus Epus, reliquaque factio Zapihae, Dux Con,
stantinus, cum sequacibus suis adhibentur in consultationem, magni

uiri sperditi. Suspicantur nonnulli Epm ab aduersa factione esse ad-
accusandum subornatum, ipse vicissim Epus Numina, terras, celos,
Maria Neptunia testatur, Pietatis duntaxat et reipub. causa ad
accusandum se ui struxisse, Ego nescio quid de his rebus iudicare de-
beo, nec cui parti potissimum credere debeam, sed neque mea refert. Il-
lud vulgo dici audiui, Zabzyam et Epm simultates contraxisse ob
tabernam meritoriam plebanalem in Witepsko, cui Vicarius woje-
wode, Vini sublimati, als gorzalka, venundandi ius interdixerat
qui est maximus redditus Plebanalis, quod interdictum cum cau-
po violasset, vicarius tabernam ipsam, more gentis expilauit ac
depredatus est, als pobrabil, quod facinus, tam attrox tam horren-
dum, ipse Epus adeo sibi ad animum reuocauit Vt consiliarii eius
ex criminibus Mtis vnum esse ei persuaserint, qualis vero euentus
siue exitus huius actionis consequutus fuerit, breui videbimus, si de-
us concesserit, Parturiunt montes etc. Ego Zabzyam ipsum, tot et
tantorum criminum accusatum, heri cene Regie accumbentem,
et ex eadem Paropside manducantem, non sine admiratione in-
tuebar, Seuerinus quidam Danus Norbi dictus, qui biennio ante Ger-
manicum Oceanum, reddiderat infestum, et Anse Ciuitates perterrue-
rat, Gotlandiamque occupauerat, et tandem cum se aduersariis
inferiorem viribus esse animaduertisset, Ad Ducem Moscorum
profugerat, nuper, interuentu Caroli Cesaris, ab eodem Duce, a
quo pene captiui loco, detinebatur, liber dimissus est, tamen, Nam-
quis VII instructus, priuatus, Venit huc Vilnam, profecturus hinc
primum ad Ferdinandum, deinum ad Cesarem, diuertit in ea-
dem domo, qua et ego, iucunda mihi cum eo fuit familiaritas, Est vir
corpore et animo, atque ingenio militari, hodie dicitur hinc abiturus.
Effutiui tot ineptias, ea spe fretus, quod priusquam istuc ad R M V. via
deferentur, eadem, bone et integre valetudini, deo bene iuuante re-
stituetur, alioqui si R M V. egram adhuc, his tam acerbosis
nugis obruere deberem, Ego flagris, hec uero flama digne essent
R M V deus incolumem seruet. Dat. Vilne postridie Calend. Maij
1528.

R^me^ domine. Ego et Piasseczki alumnus meus vterque nostrum qui aptus sit ad ministerium eiusdem R^me^ D. Vrae, nescio, hoc vnum scio, Idque vel iuratus affirmare ausim vtrumque nostrum ea fide, et pietate, erga eandem R. D. vestram, esse et fore, vt pro ea vel emori possemus si ita casus ferret, Sed de me nihil dico, de illo misero, sum sollicitus, quare humiliime eum commendo R^me^ D. Vrae, simul et precor vt eum olim aura sue clementiae, perfrui siniat, vt dnus noster clementissimus quem deus seruet,

Iacobus Lachowski Cricii Epi Aulicus Eximio noue religionis doctori et Apostolo Petro Differentiano : . in Prussia .

Venlis et eximie Doctor. Accepi lras vestras, quibus pro subdito meo intercedentes, me docere conamini, solum peccatum esse non credere, non demereri misericordiam dei ieiunio, castigatione, verborum murmure, pecuniis, oblatione, non fidendum bonis operibus, sufficere christum pro nobis passum, nullum hominem potestatem habere peccata remittendi, errare illos, qui dicunt Papam vel Episcopum, maiorem esse in remittendis peccatis, quam Plebanum vel officialem, Confugiendum itaque ad solam misericordiam dei, et per solam fidem iustificari hominem, et debitum illius remitti, et ut fidem maiorem huic doctrine vestra faceretis, Notas in margine scripturarum addidistis, Miratus sum in primis, quid in mentem vobis venerit scribere ista ad me hominem militarem, que dissident a traditione doctorum nostrorum, bono enim indicio. et bonis literis opus esset dimicare vtri vestrum rectius iter doceatis, Non sum tamen adeo rationis inops vt non intelligam tucius esse iter, quod vniuersalis Christianorum cetus, sequitur. quam semitas innumerabilium, qui hactenus fuerunt deuiantium haereticorum, que omnes in ignominiam et damnationem perpetuam adduxerunt, Non sum item adeo ex-

pers doctrinę Euangelicę, que in templis nostris assidue predicatur
vt non plane uideam vos esse reipsa differentianum a christo
sicut estis nomine, Nam quod scribitis solum esse peccatum non cre-
dere, et solam fidem ad satisfactionem omnium sufficere absque bonis
operibus: Sequitur etiam demones et nihil peccare, et iustos esse, Nam
illi proculdubio credunt, Christus vero dicit, quod non omnis, qui di-
cit mihi domine domine, intrabit in regnum celorum, Nam ista
vox est credentium, sed qui facit voluntatem patris mei. Et alibi
inquit. Si uis ad vitam ingredi, serua mandata dei, que autem
sunt mandata dei, satis clare scriptum est, in veteri et nouo testamen-
to, Inter que sunt multa de orationibus, de elemosinis, de ieiuniis
et his aliis que vos nihil facitis. Precipiebat enim Christus Apostolis sine
intermissione orare, docuit eijci demonium non posse, nisi per ora-
tionem et ieiunium, quod et ipse fecit. Docuit neminem sine bonis ope-
ribus celum ingredi posse, cum de damnandis dixit, Ite maledi-
cti in ignem eternum. Esuriui et non dedistis mihi cibum, Sitiui et
non dedistis mihi potum, Nudus fui, et non vestiuistis me. Eadem
tradit de oblatione pro emundatione sui, de castigatione per crucem
suam, sine qua illum sequi nemo potest, que passim obuia sunt in
Euangelio et scripturis, tantum abest, vt crux illius nobis sufficiat,
nisi et nos cum Cruce sua illum sequimur, Aut igitur Christus tan-
tum tribuens bonis operibus, aut doctor differentianus illis nihil tri-
buturus, Verum dicit, Non nego autem per fidem iustificari, et sal-
uari homines, quamuis scriptura non dicat per solam fidem, sed
talem esse necessariam affirmo, qualem Christus ipse depinxit
que solo iussu montes de loco in locum transferre possit, talem fidem
hactenus in his qui solam fidem sibi sufficere putant, non video
Video quidem transferri Monachas de Monasteriis ad prostibu-
la. Video transferri cuculos in pennatos pileos. Religionem, votum,
Iusiurandum de modo in modum, de ordine in ordinem, de sa-
cro in prophanum, ~~Vitia in virtutes~~ et virtutes in vitia, et quid
non? Montes vero transferri de loco in locum adhuc non video,

Nos igitur, qui ex infirmitate nra, tantam tamq; sufficientem fide habere non possumus, in illa sola spem nostram collocare non audemus, sed illam cum aplo mortuam sine operibus esse profitemur. Caeterum quod scribitis non esse hominis alicuius peccata remittere, Christus seducens Aplos in montem, dedit illis potestatem peccata remittendi, dicens. Accipite spiritum sanctum, quibus remiseritis peccata, remittentur eis, et petens pastor universalis post Christum futurus, quaerit quotiens debeat remittere fratri peccatum suum et accepit documentum non solum septies, sed septuagesies septies. Igitur vel Chrus ac eius Euangelium ex quo constat dari hominibus peccata remittendi, vel doctor Differentianus vere ab illo differens verum dicit, Quod etiam subiunxistis non esse maiorem papam vel Episcopum in remittendis peccatis, quam Plebanum et officiales suos, Aplus docet, Christum in Eccla non omnes dedisse aequales, sed alios quidem aplos, alios prophetas, alios pastores, alios Doctores in opus Ministerii et edificationem corporis Christi, in eoq; corpore membra esse diversa et diversos actus habentia, absurdissimum enim esset et monstrosum in corpore, omnia membra esse aequalia, aequalisq; virtutis ac potestatis. Docet idem Aplus omnem pontificem ex hominibus assumptum, pro hominibus constitui in his que sunt ad deum ut offerat dona et sacrificia pro peccatis, qui condolere possit his, qui ignorant et errant, Quod vere ad remissionem peccatorum pertinet, Unde vel Christus diversos ordines et potestates in Eccla sua constituens, vel doctor differentianus omnia aequans et confundens verum dicit, hactenus ad lras vestras satis.

|| licet Ne me hominem militarem et Christianum, tn Chrianae doctrinae adeo expertem credatis, ne ve, persuadeatis vobis, me adeo esse levem et inconstantem, Ut religionem meam, quam semel professus sum deseram, quod ne Judaei quidem faciunt, aut quod ex coetu universalis Eccle tam facile ad Criptas herethicorum deflectere velim. De subdito meo quem mihi commendatis, agam cum Plebano vel Epo meo, Ut saluti illius quam fieri potest rectius consulatur. Differen-

tianos Doctores a doctoribus nostris nihil moror, Illi ut cęteri trā,
sibunt, Verbum domini manet in ęternum, hoc uez̄t tu es Petrus
et super hanc Petram edificabo Ecclesiam meam, et portę inferi non
preualebunt aduersus eam. Addidissem uobis in margine notas scri,
pturarum ut uos fecistis, sed concordantias Biblię in promptu non ha,
bui, Tamen et hoc ad tantum Doctorem scribenti non uidebatur
necessarium. Precor uobis valetudinem, et precarer resipiscentia,
nisi Aplūs tales uitare precipiens, spem quoddamodo resipiscentię
adimere uideatur. Datum in Lachow XXVII Aprilis.
Anno domini, M° D°. XXVIII°

Petro Tomicio Epō Cracouiensi et Regni Polonię Vicecancell°
Joannes Zambocz͡ki aulicus

Rme domine, domine clementissime. Est mihi Cracouię, amicu,
lus quidam Andreas Trzeczieski nomine, quem ego ob ingenium
et modestiam, tum propter summum erga doctrinas studium, sum,
ma beneuolentia complector, cuius etiam olim, apud Rma D.
vestram mentionem fecisse me memini. Isipse, tametsi non aliud
moliatur, qm̄ ut studia sua, quibus im̄ergitur, quiete continuare
posset, nemini〈que〉 (ut constat) molestus est, tamen propter peregri,
nationem eius in Germaniam (quam anno superiore, ad pernoscē,
das duntaxat linguas, susceperat, nescio in quam suspitionem venit)
Nunc a nonnullis turbatur, dnūs Commissarius, a me hic coram de
eodem negotio certior factus rem tenet, rogo humilime, dignetur
eum (pro summa sua et excellenti virtute et clementia, qua
studiosis afficitur) auctoritate et ptāte sua, protegere, eum〈que〉 et
studia eius, commendata habere, Nam si eum esse, talem, scirem
qui gratia, et protectione Rme d. vrā esset indignus quiduis
potius agerem, qm̄ eum, eidem Rme D. vrę deffensandum.

: non: sed pro ve: mendis libris hereticorum.

Bestialis homo erat. et cum Ca domibus suspectis dominem habuit in angulis

Doctrina nulla praeditus.

obtunderem. Commendo me igitur, iterum atque iterum R^mae D. V^rae
Datum

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell.
Joanni Zamboczki Aulico regio

Generose domine, amice noster dilecte, Tempore quo ignorabamus adhuc, quid de te esset, Mirabamur vehementer et egre tulimus animo, te nullas ad nos, aliis plura ad nos scribentibus dare lras, cum tamen tibi verba, vel oratoria non deessent, aliis etiam ista nostratia vix suppetant, Nunc vero cum et ex aliorum sermone et ex tuis literis te ab aula abfuisse, et ob id nihil nobis scripsisse intellleximus: ignovimus merito silentio tuo, et excusationem quam adscripsisti, admisimus non inviti, At cum iam istuc es reversus gratissimum nobis feceris, si etiam ad officium redieris tuum, nobisque de omnibus que istic aguntur sepius scripseris

Satis perspeximus quo animo, quaue diligentia commendas nobis Andream Trzeczieski, eumque si is esset quem tu predicas, sua simulque et tua causa prosequeremur gratia nostra, Verum nos multo diversa de moribus et ingenio illius audivimus. Est etenim nobis non incerto et vario rumore perlatum, sed multorum sermonibus confirmatum, illum perverse admodum de fide nra sentire, et studia industriamque suam, ad Luteri sectam dogmataque sua contulisse. Preterea in Corona et circulis Nobilium sepius conatum ee oratione sua et pluribus argumentis fidei nostrę fundamenta subvertere, A quibus etiam plurimis et ditioribus dicitur propterea sumptibus adiutus, et ad Luterum addiscende eius Heretice discipline gratia missus. Que res cum sit primum contra pietatem religionis nostrae Deinde etiam contra Regiae M^tis Sententiam et edicta, non possumus certe non iniquo animo ea de illo audire. Quinetiam ut sit ple-

num et illustre offitium nostrum, decrevimus ea ita sint nec ne, inquiri iubere, et pro merito deinde audatiam adolescentis, et improbam nonandarum rerum cupiditatem, digna animadversione reprimere et coercere

De literis tuis quia te scimus solere esse, ne non reddantur sollicitum, ita accipe, Ternas nos sexto hactenus a te habuisse, quarum unas attulit nobis Morawiecz noster, alteras pater Commissarius et Provincialis fratrum conventualium sancti Francisci, reddidit, Tertias vero obtulerunt nunc fratres Gnoienses M^tis Regiae Aulici

Egritudo nostra, iam nos plane dimisit, nisi quod pauxillum tumoris in pedibus ex defluxu restat, quod tamen brevi uti cetera in integrum nobis speramus dei benignitate restituetur, et hoc sane nos curamus, nunc cum medicis diligenter, te etiam vellemus curare valetudinem tuam, ut ad nos salvus, salvis etiam et incolumibus Ser^mis Principibus nostris, redire possis, Vale felix, et me studiis et offitiis tuis, quod facis prosequare, Datum.

Andreas Cricius Eps Plocen. Petro Tomicio Epo Cracoviensi Vicecancell^o.

R^me

R mi domine, domine colendissime. Sollicitus vehementer de adversa valetudine vrae d. R^me, mitto ad invisendam illam hunc meum puerum, orans interim cum sacrifitiis meis dominum deum ut illam nobis et reipub. servet sospitem et incolumem. Credo ego pedem illius consimili defluxu affectum, ut fuit domini Archiepi et pariter domini Castellani Cracovien. modernj, itaque in eundem modum curandus esset ex prescripto Miechovitae, nam sicut ambo illi dominj, post depulsum eiusmodi morbum, saniores facti

visi sunt, quam fuerint antehac, ita et R. d. vestram indubie
spero futuram. Verisimile est enim, omnem illam materiam que
hactenus et caput et membra alia variis languoribus afficiebat
illuc defluxisse. Ceterum doleo impense, quod vra Rma D.
non aperuerit literas quas scripsit mihi Rmus d. Cathedralis
Sanctorum quatuor; nam in illis pleraque continentur, de quibus
fortasse hactenus dubitat, et que interest illius scire. Egoque nihil tale
habui, neque habiturus sum unquam, quod nolim illi esse vel commune
vel cognitum. Itaque mitto ipsas literas, quas tamen rogo ut rursus
mihi remittere dignetur. Intelliget ex illis inter alia, quam non ingra-
tus sit mihi, ut schedula illa ad Szucz scripta preseferebat. Quod
scribit de sollicitatore, id et mihi necessarium videtur. Missurus sum
illuc eundem Lukomski proximo autumno, cum ob decimas illas no-
vales aliasque necessitates, tum vero ad evincendam scolastriam Cra-
sneu, quam pro me sex diebus ante, quam est Hande concessio, impetra-
vit. Dominus vero Archiepus non vult nisi ut Handa habeat, neque im-
petrare hoc per Carolum ab illo potui, ut aequaminiter Jus utriusque
cognosceretur. Et proinde cum illi iam satis et quidem immerito gra-
tificatus sim de Preppositura et Cancellaria, nollo esse adeo excors
ut modis istis aliquid amplius mihi extorqueri patiar. Si itaque Lu-
comski ipse videbitur idoneus vra Rme D., ad hoc munus sollici-
tandi negotia vra interim expendat, mihi hactenus et omnibus
qui illum norunt fides et industria illius probantur. Scripsit Szucz
domino Archiepo se impetrasse sacerdotia domini olim Nicolai Cza-
rath eo instituto, ut illa in dispositionem eius traderet, nunc vero
in Regis et Regine gratiam collata illa esse rursus fratri eius do-
mino Scolastico, sibique erepta, et proinde ut ageret apud Mtem Regiam
pro literis quibus declararet illas commendationes suas et Regina-
lis absque utriusque scientia et voluntate emanasse, nolleque utramque
Mtem ut quempiam impedirent, et id genus alia in contrarium.
Ego nihil dubito, quin et ambe Mtes et vra Rma D. non convi-
niture sint istam indignitatem in concedendis talibus literis contra-

rus prioribus, que fuerunt à M[tibus] suis multum ex animo scri-
pte, et subscripte manu propria, bullaque provisionis continet potis-
simam rationem commendationis utriusque M[tis], Verum metuo
ne quid eiusmodi ut pleraque solent, expediatur clanculum, et per
inconsiderationem Principum, Oro itaque vestram d. R[mam]
ut si quid vel apud illam tentatum fuerit, vel apud alios tentari
senserit, removere vel impedire dignetur, nam preter quod res in-
digna esset, etiam plurimum mea interest, curare de ipsis sacerdo-
tiis, quo pacto disponantur, pro meo et Ecc[lesi]ae commodo) ad dissol-
vendam impensam pro bulla provisionis, habet dnus Ganrath
apud Trapesitas Cracovie partem pecunie, partem hodie misit
in manus Doctoris Borek, ut iuxta volutatem vrae R. D. mit-
tatur quamprimum R[mo] domino Cardinali nostro, quoniam ille scribat
ei ut pecuniam mittat, quando comode poterit.

Ut mihi vestra R[ma] D. dominum Liberanth comendavit, iam
in hoc Capitulo designavi decimam 8 sexagenam pro exigendo al-
tari domino Gardzie defuncto, ne amplius ab executoribus illius
impeteret, eiusmodi debita predecessorum meorum, tam Erasmi
quam etiam Raphäelis plurima in me reciderunt, que cum mag[na]
mea gravitate exolvere cogor, Similiter et edifitia ubique sarcie-
da, ubique sublevandi pauperes homines, quos necessarii domini Ra-
phäelis defuncti medulitus expilarunt, Mi R[me] Domine
rediens ex Piotrconia posui rationem cum offitialibus meis de
perceptis et expositis, inveni que vix dimidium proventus pecuniarii
ad manus meas pervenisse, ita omnia consumpta in rebus domesti-
cis etiam minutissimis causati sunt, Itaque ne hanc molestiam in posteru[m]
haberem, servandi factores istos furacissimos, quos ne argus quidem ser-
vare posset, similiter et de rebus ad victum pertinentibus collocavi
bona mea in stationibus, iuxta morem veterem antecessorum me-
orum, qui alioquin mores veteres libenter amplector, simpliciores
quidem, sed nescio quo pacto solidiores minusque operosos, collocavi

autem his qui mihi addicti sunt, vt si quid postea mutandum corrigendum ue videretur, fieri posset citra dificultatem, Cuius dispositionis mitto vestrae Rmae D. summariolum, vt si ita illi placuerit, et se a cura de his minutis in quibus multa de, pereunt vindicare voluerit, habeat vnde exemplum sumere posset,

De claue Gorznen nihil boni constituere possum, propterea quod illu occupat dominus Nicol. Nisczizki Capitaneus plor et ego causa Rme D. vra, nollem simpliciter eum priuare, iam obtuli illi donarium annuu non vul, gare, sed ille contentus non est, et bona illa multum deprauantur curabo tamen illum aliquo modo contentum reddere, et huic dispo, sitioni meae satisfacere. Multa essent scribenda quo pacto hic nobiles homines multifariam per officiales regios spoliantur, sed forte non ignorat ista vra Rma D. ex aliis, Cuius gratiae me et ob, sequia mea vnice commendo, et oro illam plurimum, vt no occupet animum suum in rescribendis hijs ineptiis meis suffi, ciet ad ista D. Rudnizki ex eius mandato et mihi gratius erit, quam si Rma D. vra vel minimu momentum scriben, do mea causa insumere deberet, et presertim si adhuc lan, guet. Sed vtinam optime valeat et sit semper felix Ex Plozka xvi. Maii. Anno domini M° D° XXviij°.

Oro significet mihi quo pacto illi iuramentum praestare debea iuxta mandatum Apostolicum, et an id per Procurem fieri pos, sit, forma iuramenti est communis, posset d. Rudnizki, aut D. Lubowizki id meo nomine praestare, ad quod illis omnimo, dam do facultatem, tanquam si ipse prestarem

Ferdinandus Vngarie et Bohemie Rex Sigismundo primo Regi Polonie

SERme Princeps etc. Allatę sunt ad nos literę Sertis vestrę die xxvia Aprilis proxime preteriti, quibus se refert ad priorem mentis suę declarationem, et nunctium ac Oratorem suum ad nos destinatum, qui vltimis nostris respondeat. Tametsi Sertas vestra nihil de pristina sua in nos dilectione et offitio fraterno scripsisset Tamen in mentem et animum nostrum inducere non potuissemus, quod in solita animi sui coniunctione perseueret atque in pensę foueat et fariat, que ad necessitudinem nostram mutuam, ad bonam viciniitatem et tranquilitatem Regnorum et subditorum nostrorum conseruandam conducunt, idque nobis sedulo adhuc persuasum habentes, eidem Serti vestrę agimus et habemus gratias ingentes, de tanta sua in nos et res nostras cura, Vt pote qui ab animi nostri instituto recto, et nostro in Sertem vestram amore et affectione vehementi, nihil etiam declinaturi sumus, sed sicut antea scripsimus esse aliquot Sertis vestrę subditos qui multa et enormia contra nos, et in fauorem Joannis Comitis Sczepusien in Regno Sertis vestrę machinabantur, Itaque nunc quoque de Petro Szobienski Marsalco Regni istius adducere possumus qui e Castro Wißnicza continue ad Joannem prefatum Tarnouię agentem, ire et redire, cum eoque secretissime agere dicitur, factumque esse per menia Ciuitatis Barthphen aditum, quo Nobiles aliquot palam cognosci nolentes, noctu Joannis ędes frequentabant et cum ipso clancularias agunt practicas, pluresque item alios Nobiles Polonos, et inter hos vicinos etiam Ciuitatis predictę hostes, velut Kobebniczki, Dolebińczki, Zeklniczki, Linlenczki et complures alios

ad eundem Marschalcum, nuper ad praefatum Castrum venisse multa eidem communicantes, que sinistri aliquid, praesertim contra dicte Civitatis incolas parere possint, nunc maxime, cum Universitas Nobilium adiacentium sit euocata et attenta expectet quando fuerit ad arma conclamatum, Nec minus est, quod de Hieronymo de Lasko in Ritwani, Palatino Siradien habemus, qui nuper diffidationes duas, manu sua scriptas, alteram nobis, alteram vero Regni nostri Hungariae subditis precipue transiluanis misit, quarum copias inclusas Ser^ti vestrae transmittimus, Nec hoc credere volentes de consensu aut voluntate Ser^tis vestrae tanquam catholici et boni Principis fieri, quamuis ille nedum sit subditus, sed etiam offitialis eius et Regni illius, et nonnihil inde mali suspicari atque elici possit maxime cum non solum fidelium, verum etiam infidelium turbam sibi immotam, et contra nos auxilio futuram nunctiet, qui licet auxilia undecunque habere potuit, comparavit contra nos, in deo et iustitia nostra confidentes, speramus tamen ipsum, uti ceteros quoque frustra laboraturum, Et subinde credimus eandem Ser^tem vestram sic se in hoc quoque negotio exhibituram, ut aperto cognoscere possimus, illud eidem non nisi merito displicere, Nam si (quod deus avertat) impius ille Hieronymus praefati conatus suum effectum sortiri contingat, Palam est hunc nobis non solum, verum etiam Ser^ti vestrae Regnoque suo nocere posse, Et nos quoque non intermittemus cogitare et deliberare, quo pacto iis rebus (ut decet) occurramus, quod eidem Ser^ti vestrae, ut habita rei illius notitia latius super eadem, quod opportunum et magis expedire videbitur, agere possit, significare voluimus Que felicissime valeat Datum Prage, die xxvi^a Mensis Maii, Anno domini millesimo, D. xxviii^o,

Petro Tomiczki Epo Cracovien. Et Regni Polonie Vicecancell.o

Ioannes Zamboczki Aulicus regis

Rme in Chro pater, et domine, domine gratiosme. Post humilima perpetuamque, fidelissime servitutis mea commendationem, Binas his diebus, a Rma D. Vestra habui literas, alteras Gesdorff, alteras Steinkircher Cubicularius mihi reddidit, in quorum utris, que Tametsi Rma d. vestra, multa et non dubia, veteris sue in me gratie, inditia ostenderit, quod mihi erat et iocundum et expetendum Illud tamen, vel permaxime animum meum afflictum alioqui et consternatum, erexit exhilaravitque, quod Rma. d. vra ex tam alta adverse valetudinis tempestate, iam tandem dei immortalis misericordia, tutiorem portum tenere videtur, pro quo ego superis omnibus, licet immeritus supplex gratias, et egi, et ago, obsecroque ut eadem optima valetudo eius, sit et absolutissima et diutissima. De aliis rebus, ex literis Regiis, tum ex domini Archidiaconi cognoscet, publice namque, quid agatur, et quod, ad nos vulgus, defertur, nihil est dignum auribus eius, preterquam, quod occultis inimicitiis, simultatibus, technis, et calumniis, plena sunt omnia, Contra Gastoldum, omnes pene vociferantur, iuste aut iniuste id faciat, ita me deus amet, dispicere non possum, Nam nec decet nec interest mea id rimari, Illud certum est, eundem Gastoldum velut Ruppem Marpesiam, hactenus firmum et fixum in sua dignitate subsistere) In conventu, qui tot dies actus est, magna demum contentione id perfectum est, pro quo omnes fere conventus agi solent, videlicet contributio que Szczepczina dicitur decreta, hodie promulgari debent Conventus decreta, Ita hexi R. . . tem narrantem audivi, Nam has literas scripsi mane, Ideoque tumultuanter, avocantibus me rebus, quas si pretermitterem, et existimationis mea subeunda

mihi esset iactura, et fames ac media patienda. Illud tamen incre-
dibiliter animum meum angit, quod Trzeczieski adolescens, in quo ego
nullum unquam perversitatis inditium notare potui, eo modo tradu-
citur, prout mihi Rma d. vra literis suis significavit. Sed ce-
do deum pro misericordia sua effecturum, quod innocentia eius R.
d. vestre olim patebit, ipsaque qua est sapientia et clementia mi-
serebitur. Nec hominem innocentissimum periclitari patietur, ut
dnus meus grosmus. Cui me, atque ita et Trzeczieski (si dignus
erit) humilime commendo. Vilne penultima die Julii, feria
quinta. Anno domini M° D° LXVIII°.

Petrus Tomiczki Eps Crac Vicecancel Ioanni Zamboczki Aulico Regio

Generose domine amice char.me, Magnas habemus tibi gratias
quod tantopere nobis omnia bona precaris et optas, Gaude-
reque te ostendis et letari, ob nostram pristinam valetudinem inte-
gre restitutam. Nos vicissim gratulamur tibi dignitatique tue sus-
cepte, et mirifice letamur, in ea te tempora et homines incidisse
quorum auspitio et ductu id iam es assequutus, quod et tu mul-
tum ante hac optabas, et nos, ut consequi potuisses, sepius et mag.
cum diligentia enitebamur sed frustra tamen semper, quare
nunc iste tuus honos et dignitas, tanto tibi charior et magis iocunda
esse debet, quanto preter spem et minore cum negotio contigerit.
Nobis equidem vel ex eo solo, tuum istud munus magnopere
est iocundum, quod et tibi gradum quendam accessisse, ad amplio-
ra ornamenta consequenda videamus, et nobis datam iam es-
se credamus oportuniorem facultatem et occasionem fortunas
tuas augendi, quas (tu ipse es testis) nos summo studio et favore
hinc a teneris usque annis fuisse prosequutos. Tu quantum hoc offi-
tium tuum postulat cura, et presta sedulo, ut augeas eas ipsas

fortunas tuas, Nos etiam quantum in nobis erit dabimus operam ne beneuolentiam et amicum offitium, desiderare in nobis possis Vale felix et incolumis,

Petrus Tomiczki Eps. C. Vicecancell
Stanislao Tarlovi Archidiac° Lublinen
Canonico Cracouien Secretario regio

Ven^lis^ domine frater in Chro char^me^. Hesterno die accepimus literas vestras, plenas obseruantiæ et fraterni in nos offitii vestri, quippe qd in iis declaratis non minorem vos nunc voluptatem ex bona valetudine nostra accepisse, quam olim ex graui egritudine dolorem et molestiam habuistis, Quod sane offitium et fraternæ charitatis testimonium, est nobis admodum gratum et iucundum, illudqz vobis vicissim omni beneuolentia et gratificatione nostra referre curabimus, Quod vero de bonorum in nos gratia et populari summo studio perscripsistis, gratulamur nobis plurimum hoc nomine, eam vero esse in animis hominum de ingenio et integritate nostra conuitatam opinionem, quod nos Reipub: dicant esse vtilissimum, non sine pudore et metu legimus atqz cognouimus, quippe quod neqz nos agnoscimus merito nostro tantum laudis nobis tribui, et diffidimus econtrario posse nos iucundam hac et gloriæ plenam opinionem hominum rebus gerendis sustinere. tametsi hoc semper agimus, hocqz cogitamus, ut opera et actiones nostræ in iustitia et æquitate communi conquiescant, neqz sit vllum tempus, quod voluntate et culpa nostra in detrimentum aliquod vel publice vel priuatim adductum esse videatur, Sed hac superi iudicent et cognoscant, Nos certe vt meminimus, habemus vobis magnas gratias, quod nos offitiose de istis rebus fecistis certiores,

Sumus iam gratia dei in optimo valetudinis statu constituti, et

speramus nos hoc quod est reliquum in pedibus ex defluxu humoribus molestiae, propediem opera medicorum esse curatoros, idque sedulo dabimus operam. Vos autem interim cupimus optime valere, et nostri inter optimos bene et sepius meminisse. Datum in Bodzeczin feria secunda post octavas Corporis Christi. Anno domini M°. D°. XXVIII°.

Joannes electus Archieps Upsalensis Petro Tomiczkio epo Cracouiensi Regni Polonie Vicecancellario.

Rme in Chro pater et domine, amice ac frater charme et honorand. Salutem et eternam foelicitatem. Non mediocri imo maxima letitia afficior, intelligens R. D. V. pristine sanitati restitutam, cuius adversa valetudo, me et plurimos bonos insigni dolore affecerat. Benedictus Deus, qui percutit et sanat, nec feriendo necat. Ceterum Rme domine, multum sollicito animo expecto quid responderit summus Pontifex, illis humanissimis literis, quas Sermus dnus noster Rex Sigismundus, in preterita hieme, in favorem collapse Eccle Suecane, ad Aplicam sedem scribere dignabatur. Vereor, ne Rmus dnus Cardinalis L. punctus Sanctorum quatuor Coronatorum, se tam sanctissimis et honestissimis Regiae Mtis precibus meo odio obiecerit, quod Romae, partes patriae meae Regni Svetiae agens communis contrarium hostem Christiernum Regem tunc protexit, non satis cum Rma D. eius conveni. Nec secus opinor de Rndo patre fratre Joanne Francisco de potentia, quod non assecutus sit Eccliam Scarensem. Ideo conaturum contra meam et aliorum electorum Eporum consecrationem. Undecunque tamen se habeant impedimenta, summo dolore noctes et dies discrutior, videns Christianam Ecclesiam, tam in patria mea incredibilibus persecutionibus expositam, quae etiam apud summum Pontificem et dei vicarium ac Rmum Cardinalem benefa-

penitus in octo annos derelictam, Noluerat interea Pontifex (nisi solutis annatis) Epos confirmare, Noluerat Nobilitas Regni Suetie, imo sub gravissima pena mortis aut exilii prohibuerat, solui annatam, donec Electi illi post tantam expectationem, sibi mutuam consecrationem, sine sedis Aplice consensu, in preterita hieme impenderet, Jamque omnia Pontificia munera, qualicunque autoritate possunt, et huius temporis ratio permittit, exequuntur, quorum exemplum, forte Regna vicina, datia et Norvegia non post multos dies amplectentur, hinc Rma et prudentissima d. Vestra perpendere dignetur, quam doloroso animo sum, Videns omnes operas meas (quas ad multos annos, Rome, et in patria, apud tres summos Pontifices successive, pro restituenda et conservanda vera Chri religione adhibueram) in nihilum abiisse, Reliquum necessario erit, Rme d. (nisi Rma d. Vestra mihi aliquid spei aut consilii afferre poterit) Vt post toties reiectas preces meas à sede Aplica Eccam ipsam vpsalensem, et curam reformande religionis, fatigatus relinquam, qd si fecero, procul dubio sufficietur, aliquis, nescio quis, Lutheranę perfidię assertor, (qui regna Aquilonaria, eo perducet Vnde impossibile erit ipsa ad obedientiam Sanctę Romanę Eccę, vnquam humano consilio aut auxilio revocari.) Sufficietur preterea eidem tale s. Epus qualis ille fuerat Archiepus, quod cuius culpa eueniet, diuinum esto iudicium etc.

Fuit mecum proxime preteritis diebus Rndus pater dnus Joannes Statilius electus Epus Transiluanen, qui nomine Sermi domini Regis Hungarię etc. multa loquutus est, super negotio illo affinitatis Crediderim foelix fore coniugium et à clementissimo deo predestinatum, per quod tot condicibilia bona, in sanctam sedem Aplicam, in totam Christianam Eccam, in ipsam diuinam religionem provenirent, Nihil enim minus efficiet Sermus d. noster REX Sigismundus, ea affinitate, quam si omnia illa Aquilonaria Regna (quorum religio spe exigua extremaque pendet) ab Ethnicorum

Imm

erroribus, et profunda in Chri religionem perfidia, reuocaret, Sa-
ctum, et sanctissima memoria dignum matrimonium erat, quod
inter auum Ill^mi domini nostri Regis Sigismundi Wladislaum
Jagellonem, et Illma virginem Hedwigim contractum, tot, ire,
denarrabilia bona, Christiano orbi peperit, Sed credat R^ma d.
vestra non minora, imo longe maiora comoda, ex ista affinitate (
si Deus eam cum bonis et necessariis conditionibus consumari conces-
serit) secutura duo mihi visa sunt potissima remedia, pro auerten-
da à Regno Suetia schismatica prauitate, vnum in autoritate summi
Pontificis mihi plenius conferenda, alterum in ea ipsa diu expe-
ctata affinitate, de primo iam pene despero, alterum, si deus nō
concesserit vix vllum erit effugium, quo rei Christiane potero pro-
uidere, hec, prudentia R^me d vestrae (quam pro vnico meo
consolatore obsecro) perpendere, mihique ad ea bonum responsum
et consilium quantocius adhibere dignetur, exoro, et felicissime va-
leat, meque pro sua humanitate consoletur, et amet, Gedani penulti
Junii Anno domini M° D° XXVIII°.

Sigismundus primus Rex Polonie

Petro Tomiczki Epo Cracouien
Regni Polonie Vicecancellario

R^me in Chrō pater Sincere nobis dilecte, Superiori anno significat
nobis per oratorem suum Ser^mus Princeps Dominus Ferdinan-
dus, Hungarie et Bohemie REX, Magnum Hieronimum Lasky
Palatinum Siradien, qui oraculi Lauretani visendi libertate apud
nos impetrata Gallias concesserat) dumque ex Francia rediens
Bohemiam et alia dominia eiusdem Ser^mi domini Regis transi-
ret, se oratorem et Nunctium nostrum nominasse, et asseruisse

Sine folijs

quo securius dominia ipsa penetrare potuisset, neque ipsum aliter ea transire fuisse permissum, Scripsit et nunc quoque iterum nobis eadē M^tas Ser^mi Regis Ferdinandi quomodo ipse Palatinus Gentes infidelium Christianorum perpetuos hostes, Turcas videlicet et Tartaros aliosque efferos homines adversus M^tem illius concitasset, eorumque copiis conductis et contractis bellum eius M^ti Regiæ et universis subditis ipsius, literis suis indixisset, et earundem literarum exemplum Nobis ab illius M^te missum P^ti vrē mittimus ut expendat quale sit hoc facinus, quod ipse Palatinus subditus et Consiliarius noster, iniussu nostro sit aggressus, ad quod q̄ua liceat nobis conniuere pro prudentia sua considerabit, quandoquidem et ipse Ser^mus Rex Ferdinandus à nobis requirit hac in re Chr̄iani Principis et amici Regis officium, Et res ipsa tanta esse videtur Ut nisi maturo illi occurramus consilio nomini nostro hactenus sanctissime conseruato, apud uniuersam Chr̄ianitatem forte officere posset, cum talia per subditum et Consiliarium nostrum gerantur, que Chr̄iane Reipub. atque etiam dominiis nostris detrimentum afferre possent, Neque P. v. latere volumus eundem Palatinum nobis perscripsisse se nomine M^tis nostræ licet illi non cōmiseramus, Inducias cum Turco composuisse et accepisse conditiōe interiecta, Ut Ser^mum Principem dominum Joannem Hungariæ etc. Regem contra adversarios suos adiuuaremus, quod cum sit absque voluntate nostra et publico authoramento factum, acceptare non erat visum, Subuereremur tamen ne eiusmodi Palatini cum Turco tractatus nomine sed iniussu nr̄o facti, rebus, quas orator noster quem nuper illuc misimus ex mandato nostro acturus est impedimentum aliquod afferat, Significatum est etiam nobis Ser^mum Regem Ferdinandum misisse vel missurum esse suum ad nos Oratorem, per quem postulare a nobis deberet, ne Ser^mo Principi D. Joanni Regi Hungariæ etc. in Regno nr̄o daremus receptum Ut pote, quasi ipse hostilia adversus eius M^tem moliatur, ac cum infidelibus se misceret christianisque infestum et haste

facere statuerit. Et quoniam ut nunc sunt tempora, omnia haec plus in recessu quam in fronte habere videntur, in quibus quemadmodum nos gerere, quidve Nos facere vel conveniat vel opportunum sit P. V. pro sua erga nos et Rempub. fide debitoque nobis sinceriter consulat, et sententiam suam perscribat ut sciamus tempori, quod illi ex re et dignitate nostra optimum videbitur, quo etiam Nos intellecta mente P. V. et aliorum Consiliariorum nostrorum rebus et periculis futuris prospicere possemus. Factura P. V. rem suo officio et nostra gratia dignam. Datum in Civitate nostra Vilnen penultima Junii. Anno domini M° . D° . XXVIII°.

Denunctiatio hostilitatis contra Transiluania a Jeronymo Laski Palatino Siradiensi.

Principio generi hominum est ab ipsa natura tributum Ut non ex omni parte bonum iustumque esse valeat, ac per se possit, eamque ob rem quia natura nostra, non esset perfecta, gratiam Saluatoris accepimus, qui pro peccatis nostris misere se subiciendo morti, misericordiam planissime contritis, promittere est dignatus, quique Petrum penitentem ac Conversum in sinum suae clementiae suscipere est dignatus Ut eo exemplo, et alter altari convertenti et se peccasse confitenti ignosceret, quod pietatis officium non alius magis nisi Regibus ac Principibus convenit. Proinde ego Hieronymus de Lasko in Ritwani Palatinus Siradiensis etc. ac Serenissimi Principis et domini Do. Joannis dei gratia Hungariae etc. Regis, Consiliarius, cognitum habens errorem, ac defectionem vestram ab eodem Ser^mo^ domino meo, Ut quia peccastis sicuti homines, ex genuina generositate virtute mea admoneo Vos omnes Regni Transiluaniae Incolas Rogo sicuti in fide Christiana fratres Ut inductam temeritatem vestram, ut inhibitam eam erga Serenissimum dictum dominum meum

Regem infidelitatem repellatis ex animis vestris, et ex ipso Re-
gno eradicetis et abiiciatis. De temporeque sicuti eger medicinam que-
ratis salutem, Securis .n. ad radices est, tempus illud non instat, sed
iminet, quo videbitis me sicuti Regium Commissarium, cum Vala-
chiae Illmo Principe, cum Turcarum Tartarorumque ingenti mole
penas querere, exigereque de inique agentibus, periuris, et pacis publice
violatoribus, in quos tanto furient atrocius, quanto considerabo hanc
meam admonitionem vobis ludibrio ac abiectioni esse, Si autem ali-
quis vestrum penitentia facti ductus quesierit gratiam, et se gra-
tie Serenissimi d. mei Regis dicti subiicere voluerit, quemlibet talem, ita
promovere atque suscipere promitto, per fidem meam Christianam, et
Baptismi sacramentum, Vt nihil illi restare debeat, quod sibi pro fa-
cto ipso timendum esset, Scio .n. paucorum, quorundam malicia vos
seductos esse, qui ut aliquod nomen haberent, et ut labores manuum
pauperum exugillarent, loquacitate sua deduxerunt, vos bonos
pacis amatores ad errorem, et ad hoc quod vobis imminet nisi re-
versi fueritis excidium, Ecce autem et illarum servitores, nihil de
Turcis ac Tartaris timeant, Nam divina omnia intacta linquam,
nec alios persequi faciam, nisi infidos, ac Regi Serenissimo domino
meo inobedientes. Reliqui omnes sua negotia bene et absque timore
transigant, ad quos cum pervenimus, amabimus, et omnia victu-
alia paratis persolvemus pecuniis Nam ita Imperator Turcarum
amicus Regis mei inclyti, ita et Ill^{mus} Transalpine Voivoda
fieri commisit, bonis ergo et fidelibus pax et amor. Defectoribus autem
ac perfidis, ignis, ferrum, excidium, rapina, et omne hostilitatis
genus. Datum in Regno Transalpino. X. Aprilis, Anno domini
M°. D°. XXVIII°,

Denunctiatio hostilitatis aduersus Regem Ferdinandum a Hieronymo Laski Palatino Siradiensi

Mos est Ser.^me Rex et certe laudabilis, Vt cum vnus alteri se hostem constituat, Vt tunc prius antequam aliquid hostiliter fiat, talem suum animum hosti significet, Sed cum ego iam annus est Ser.^mo Principi et domino domino Joanni inclyto Hungariae Regi etc. domino meo clement.^mo me addixissem obsequiis, Cumque in certis negotiis Gallias abiuissem, in redituque meo, ecce vndique prope Hungariam omnia armis fremere conspexissem, miratus quid hoc sibi vellet, et quod Turcicae tirannidis obliti, propria viscera lanientur, multaque desuper inuestiganti exemplar literarum accepissem, quo Marchio Casimirus, sub Ser.^tis tuae nomine, bellum inclyto Regi ac domino meo denunciat, et non solum domino meo sed ut fit, omnibus illi assisten., ac vidissem hanc exilem personam meam, eo modo, sicuti et aliorum bonorum dicti Ser.^mi domini mei Regis seruitorum tali adnuntiationi inesse, timuique mihi tunc, Nam hoc ipsum in media Bohemia didici, et sufurabam meomet arte ex dominiis Ser.^tis tuae, ac effeci ut incolumis ad dominum meum redierim, Vbi submoratus aliquantulum necessario consilio ad magnum Turcarum Imperatorem orator discessi, ad parandam inter illum ac eundem Ser.^mum dominum meum pacem atque amicitiam, Nam vno eodemque tempore, presertim ob nonnullorum ad celsitudinem tuam ignominiosam defectionem, nequaquam erat tutum cum eadem ac magno Turcarum domino bellum agere Principi meo, qui ex Germania vbi M.^tas tua omnes suos habet, qui ex Polonia, que neutri M.^tum vrarum adesse

statueret, nullas gentes ad stipendia sua ducere potuit, quamobrem
licet mihi iam non amplius esset opus hisce belliris ceremoniis, nec
esset opus, ut iterum Ser^ti tue cum his qui mecum veniunt hostem
declarem, cui celsitudo tua medio Marchionis Casimiri in suis belli
literis hostilitatem minata sicuti et aliis est, Tamen ex gemina vir-
tute mea dolendum tue celsitudini significo nouum, quia ego conductis
contractisque gentibus, Turcis, Moldauis, Valachis et Tartaris domino
meo seruiendum venio, Ubi me hoc inuitum facere, superos ipsos obte-
stor, cum tamen videam iustitiam Ser^mi domini Regis mei
amplitudinem tuam opprimere velle, et quod bouem in foueam in
foueam lapsum, etiam in die festo Euangelium iubeat extrahere:
non excusare me potui, quin facerem, que iuberet ut seruitor.
Itaque omne id quod erit per me et gentes hasce actum contra Ser-
tatem tuam, ac illius generaliter omnes subditos, et etiam contra
cunctos Ser^ti tue quomodocunque assistentes, erit factum sicuti
ab illo, qui ex superabundanti virtute, honorique consulendo suo,
hostem se partibus illi declarauit, prout declarat. Datum
ex Castris ad Targowiscze positis, X. Aprilis, Anno domini
M°. D°. XXVIII°.

Sigismundo primo Regi Polonie
Petrus de Tomice Eps. C. Vicecancell.

SER^me Princeps et domine domine clementis^me. Post hu-
milem seruitutis mee commendationem. Hodie allate sunt mihi
litere M^tis vestre Ser^me, in quibus cum multa continerentur
ad que M^tas vestra sententiam et iudicium meum accomo-
dare me voluit et precepit, Videbatur mihi, ad rem per-
tinere ut per singula capita ex ordine Maiestati vestre

respondeam, et ita planam atque dilucidam faciam, omnem re/
sponsionis meæ rationem.

Principio scribit M.tas vestra S.R.X.ma, se petitionibus Ser.mi
domini Ioannis Hungariæ Regis, et affinis sui, permotam, dedis/
se illi in Regno suo liberam manendi, cum trecentis Equitibus,
potestatem, Id ego, M.tis vestræ factum, cum et antea magno/
pere probassem, nunc etiam mirifice laudo et commendo. Est
etenim eiusmodi, quo facile et M.tas vestra Ser.ma summæ pie/
tatis nomen, apud quoscunque Christianos Principes, sibi comparabit
quod scilicet Regem Christianum vicinum, et affinem suum, variis
casibus, et gravibus periculis, exagitatum, ad extremumque iam,
bello et discordia suorum e Regno pulsum, in dominio et tuitio/
ne sua conservavit, Et quo item Respub. Christiana, et singuli co/
fines vicinique populi, paci et quieti suæ plurimum queant consulere,
Nam ille hic manens, nihil eiusmodi geret, quod, vel pacem commu/
nem conturbare, vel bonæ vicinitatis et necessitudinis leges infrin/
gere posset. Qui si ad aliquas exteras, religionisque nostræ emulas ge/
tes profugisset, capere consilia potuisset, quibus et Regnum Hunga/
riæ, et multæ aliæ Christianorum provintiæ in perniciem devenirent,

Scribit deinde M.tas vestra, missum esse ad se, exemplum earum
literarum, quibus Ser.mus dominus Rex Ferdinandus, orato/
ribus suis, dare in mandatis videtur, ut apud M.tem vestram Ser.ma
agerent et curarent, ne Ser.mo Regi Ioanni receptum in Regno
suo dare dignaretur, si forte contigerit eum in dominia illius profuge/
re, Quibus certe nihil attinet M.tem vestram permoneri, neque il/
his, mea sententia respondere quicquam est necessarium, cum Rex
ipse Ferdinandus, non directe M.ti vestræ Ser.mæ sed oratoribus suis
scripserit, et illi contra, non literas originales Regis sui, sed exe/
plum earum miserint, Cui quanta sit fides adhibenda M.tas vestra
pro sua summa prudentia, facile conicere potest. Cum autem idem

Ser^mus Rex Ferdinandus, in eam sententiam aliquid, a M^te vestra Ser^ma per literas postulaverit, tunc demum illi M^tas vestra, sue consilio et prudentia freta, quod et se dignum existimaverit, et rei negotium exigere videbitur facile respondebit.

Tertio loco ponit indubium M^tas vestra Ser^ma, an sequuta nova harum rerum permutatione, fuerit iam necessarium, Nunctius M^tis vestrae Ser^me, ad Ser^mos dominos Ferdinandum, et Joannem Reges, proficisci, Ego vero id ita necessarium esse existimo, ut etiam magnopere doleam tantisper illos profectionem hanc neglexiße, Cum et illud quod communi decreto Conventus preteriti fuerit constitutum, irritare et irritum facere non est consultum, et presentium rerum status maxime ei legationi consentaneus esse videatur, que suadende concordie et pacis, precipuam in se habet causam, Et cum ego domino Opaliemczki, praeteritis diebus frequentes ad discessionem stimulos addidissem, etiamnum id facere non desistam, Cui etiam, cum ad me venerit, dabo consilium et instructionem sufficientem, qua ratione M^tem vestram, de recepto Rege Joanne purgare et excusare ubique possit.

Postremo loco exponit M^tas vestra Ser^ma, quemadmodum Prefectus exercituum Ser^mi Regis Ferdinandi, rogarit, suo, et Principis sui nomine, M^tem vestram, ut Ser^mum Regem Joannem ita in Regno suo continere velit, ut neque milites scribere, neque quidpiam hostilitatis struere in ipsum Regem suum, et Regnum Hungarie, possit, Ei recte suadeo in hunc modum rescribendo quoque nuntio respondere, M^tem vestram, iam ante quidem multis argumentis ostendisse, quanto amore et benevolentia fraterna, Ser^mum D. Regem suum prosequatur, quantumque illius M^ti faverit, ac etiam nunc faveat, non secus quam filio suo, successus quam felicissimos verum et nunc nihil se velle negligere, quo et illius M^tis amicitia et mutua necessitudo, et Regni Hungarie societas, ex iure virime

debita conservari possit, Illumque posse illius M^ti id constanter et indubitate polliceri, Vestram M^tem Ser^mam nullo pacto esse permissuram, Ser^mum Regem Joannem hic in Regno suo, aut exercitum comparare, aut quicquam hostile, in illius M^tem et Regnum eius Hungarie machinari, quod ut ad extremum M^tas vestra re ipsa ostendere et prestare possit, censeo esse pernecessarium, iterum et literis, et edictis publice propositis, in universo Regno expressam fieri prohibitionem, ne quisquam audeat deinceps, sub poena publicationis bonorum suorum, extra Regnum ad militiam proficisci, aut in exteris Regnis stipendia facere

Et ea ratione puto M^tis vestre officium, apud quoscunque christianos principes futurum, equum et illustre, quod et Ser^mo quoque domino Regi Ferdinando optimam spem de M^tis vestre Ser^me in se amore et animi propensione poterit persuadere, Mihi autem si quid visum est in iis rebus, quod a M^tis vestre Ser^me voluntate discrepet, vehementer rogo, ut illud M^tas vestra Ser^ma singulari prudentia sua moderari, meque et servitutem meam, in gratia conservare dignetur, quam ego felicissimam esse et incolumem vivere cum Ser^ma sua Coniuge, et sobole, summopere desidero. Datum in Bodzeczin die sancti Sigismundi, Anno domini M°. D°. XXVIII^vo

Additio legationis oratori regio Petro Opalenizko ad regẽ Ferdinandũ misso.

Orator Mtis Regiae habebit proculdubio, cum apud Serenissimum Regẽ Ferdinandum, tum etiam in Germania, et alibi multas exprobrationes, duas potissimum ob causas, Primum quod nostri plerique apud Serenissimum Regem Joannem militarunt, deinde quod ipsi domino Regi Joanni sit apud nos receptus datus.

Primum erit diluendum his verbis, et in Regnis christianis non insolitis rationibus, homines scilicet in hoc Regno liberos esse libere sibi dominum eligere, neque illis à Mte Regia nisi iure imperare posse, fuisse illis semper liberum militare pro pecunia, apud quoscunque vellent, preterquam apud hostes patriae, atque hanc libertatem illos, cum ab aliis nationibus christianis, Tum vero potissimum à Germanis didicisse, qui non solum vbique quo volunt, sed etiam ad hostes dominorum suorum naturalium militatũ proficiscuntur, prout apud Regem Galliae, et alios hostes Caesareae Mtis, plurimi semper reperiuntur, In hac tamen libertate Mtem Regiam, et vniuersum Senatum Regni Poloniae hoc constituisse commodandi et gratificandi studio Serenissimo domino Regi Ferdinando in hoc Conuentu generali nouissimo, vt nullus deinceps possessionatus iret extra Regnum militatum sub poena Capitis, et priuatione bonorum omnium, post quod edictum promulgatum, nullos alios ad Regem Joannem profectos fuisse, quam eos, qui iam pridem apud illum conducti erant, et hi quidem pauci, nec perinde instructi Vt Regi Ioanni robur aliquod magnum addere potuissent, quos et alios Polonos, si Serenissimus REX Ferdinandus suo seruitio dignatus esset, multo libentius illos Mti suae seruituros fuisse.

Secundum ita refellendum erit, quod receptus datus sit Regi Ioanni in hoc Regno, duas ob causas, primum quod non videbatur offitium Christiano Rege dignum, confugientem ad se vicinum et affinem suum in tanto eius casu et calamitate, ex Regno suo expellere, quod neque fraterculi in Monasteriis suis facerent, Deinde, quod hac occasione oblata, sperat M^tas Regia, se id quod hactenus non potuit pro Ser^mo domino Rege Ferdinando nunc commodius praestare posse, vtque Regno Hungariae pacifice, et sublatis omnibus impedimentis potiri possit, Nam vbi aduersarius eius ad Turcos transfuisset, quos M^tas sua non ignorat accingere sese viribus omnibus ad Regnum ipsum Hungariae occupandum, Quanta hinc difficultas Ser^mo Regi Ferdinando, et toti Reipublicae Christianae pernities sequi posset, neminem esse rationis compotem, qui non intelligat, et praesertim sub ea fide et constantia Hungarorum erga Reges suos, quam cum alias semper, tum nunc potissimum abunde declararunt, Nunc M^tem Regiam comodandi causa, primum Ser^mo Regi Ferdinando, deinde toti Reipub. Christianae hoc fecisse sub eo euentu, Concessisse in primis receptum domino Ioanni Regi in Regno suo ea lege, vt se quiete contineret, et nihil hostile in ipso Regno M^tis suae aduersus Ser^mum Regem Ferdinandum, et Regnum Hungariae moliretur, Deinde curaturam esse M^tem Regiam modis omnibus de hac differentia et bello toti Reipublicae Christianae perniciosissimo extinguendo Idque quantum maxime fieri poterit, ad dignitatem et commodo ipsius Ser^mi domini Regis Ferdinandi, Si quidem id M^ti suae gratum et placitum fuerit, alioquin si illi hoc studium et offitium fraternum M^tis Regiae non perinde acceptum erit, tempus posterum docebit recte ne an perperam M^tas Regia et Poloni consultum voluerint in hoc euentu Ser^mo Regi Ferdinando et Regno Hungariae, cuius bonum statum communem semper reputarunt—

Instructio noua Legationis ad Regem Ferdinandum data Petro Opalemczki Castellano Medzirecensi: oratori Sigismundi primi Regis Poloniae.

Praemissis his, quae ad dicendam salutem et declarandum fraternum amorem Mtis Regiae erga ipsum Serenissimum Regem Ferdinandum pertinent. Rogabit in primis Orator, ut idem Serenissimus Rex persuasum habeat, quod quicquid hactenus cum illo Mtas Regia per literas et Oratores suos, in negotio Hungarico, et de concordia cum eius aduersario ineunda egerit, id totum profectum, partim ex integerrimo amore, quo illum complectitur, eique omnia recte succedere optat, partim ex summa solicitudine quam de communi omnium salute semper habet, Cui, quanta ex hoc intestino bello Regni Hungariae ruina impendeat, et considerauit ab initio Mtas sua, et in dies magis considerat

Habet enim exploratissimum Mtas sua Imperatorem Turcarum omnino decreuisse, et sese viribus omnibus accingere ad Regnum ipsum Hungariae totum occupandum, et quamuis rumor sit illum suppetias aduersario illius Mtis laturum esse, qui an venturus sit incertum est, quomodocunque tamen res processerit non potest nisi toti Reipub. Christianae summum discrimen afferre, Siue enim Regnum ipse occupabit, et tum actum erit breui de reliquis vicinis Regnis et Dominiis, Seu uero iuuabit aduersarium illius Mtis, et ipsum etiam illum ita sibi deuinciet, ut eo non obstante, quocunque velit in regiones Christianas libere grassari possit

Expenderet itaque Mtas sua hostis istius vires, opes, apparatum bellicum, fortunam, et res gestas, expenderet conditionem Regni Hungariae attritam et exhaustam, consideret statum Christiana-

norum turbatissimum, reduceret in memoriam, quod modis frustra à tanto tempore expeditio generalis contra hunc hostem tentata fuit, quot Principes freti hac gnali expeditione et subsidiis externis se et statum suum precipitarint. Cuius rei exemplo esse manifesto, miserabilem olim Ladislai, novissime vero Ludovici Regum patrui et Nepotis M^tis Regiæ interitum, Exemplo Rhodon et Nandoralbam, aliaqꝫ Reipub. Cristiane propugnacula, intra spem et expectationem subsidiorum intercepta. Inducere velit adhuc M^tas sua animum et rationes aliquas capere ineunde cum adversario suo concordie, ex qua vtiqꝫ spes aliqua conservandi Regni illius restare possit, nec putet M^tas sua eundem suum adversarium iam in toto debellatum esse, qꝫ e Regno Hungariæ profugerit, Non facile enim nomen illius delebitur ex aïs Hungarorum, quibus et dilectissimus erat semper à cunis vsqꝫ, et sūmo ipsorum fauore et consensu, ad Regium culmen erectus, qui quādiu vivit poterit magnum negotiū facessere M^ti sue, et toti Reipub. Christiane, presertim fretus his auxiliis que sibi conciliavit

Maluisse quidem M^tem Regiam si res ex voto suo successisset, vt illius M^tas Regno ipso Hungariæ, tuto et pacifice potita fuisset que illud sua cum Coesarea M^te amplitudine comodius quam aliquis alius defendere posset. Verum cum ita sors tulit, vt res in scissionem et arma venerit, veritam fuisse ab initio M^tem suam et vereri in dies magis, ne tertius superveniens bellum dirimat, et Regnum illud, quod dudum inhiabat, per eam comoditatem occupet, cum presentissima etiam omnium vicinorꝫ ruina. Et proinde rogari et obtestare M^tem suam, ipsum Serenissimum Regem Ferdinandum paterno amore et animo integerrimo, Vt illius M^tas hiis omnibus, que supra dicta sunt expensis, potiorem esse ducat, communem Reipub. Christianę salutem, que per pacem et concordiam adhuc servari pôt, quam dubii exitus plenumqꝫ maximi periculi bellum

Misisse etiam eius M^tem eam ob rem ad illmis M^tis aduersarium his et multo acrioribus verbis, illum ad subeundas quascumque honestas conditiones pacis hortando, Nihilque M^tem suam pretermittere laboris et impendii, quo ipsa pax et concordia confirmari possit, quandoquidem plane videat ex huiusmodi bello, ingens et sibi et toti Reipub. Christiane discrimen imminere, alioqui si hec M^tis sue opera et saluberrima consilia non profuerint, et casus aliquis interuenerit, testatum esse volet omnibus Regibus et Christianis Principibus in opera et consilio suo nihil defuisse, omniaque mala que acciderent, illis accepta ferre oporteret, qui has preces, hec monita et consilia M^tis sue negligerent, et obaudirent. Unde quantum apud deum premium, et apud posteros laudem essent habituri ipsi viderent

Negotium hoc non esset adeo cordi M^ti sue, nisi bene cuperet ex animo ipsi Ser^mo Regi Ferdinando, et nisi sue et Reipublice Christiane saluti recte consuli velit. Et proinde ut in eam partem hec monita illmis M^tas acciperet, erit omni studio roganda, Nam non videtur ex re utriusque M^tis et totius Reipublice Christiane, in negotio tam periculoso aliter quam sentiat, et quam instare videat, tam cum illa quam etiam cum eius aduersario agere

Si illmis M^tas persuaderi sibi pateretur, ut pax et concordia tractetur, significandum erit exemplo M^ti Regie et Oratori M^tis sue apud Ser^mum dominum Joannem, ut super eo negotio, quatenus agi deberet mutua intelligentia constitui possit, sin minus, erit nihilominus responsum qualecumque exigendum, et M^ti Regie euestigio declarandum,

In his autem et aliis omnibus, tam cum ipso Ser^mo Rege Ferdinando, quam etiam cum Principibus Germanie tractandis, opus erit summa consideratione domini Oratoris ad omnes euentus et

aleam partis vtriusque, exploranda studia hominum, et aparatus disquirendum quorsum res huius atque illius partis inclinent. Si de suppetiis à Turco Regi Joanni aliquid certi constabit et suppetie Germanorum Regi Ferdinando more solito parabuntur, tum eo ardentius, stimuli erunt ad concordiam addendi, sin aliter, sermo erit Vt res et tempus docebit instituendus, vitando per omnia, ne qua occasio dari possit ipsi Sermo Regi Ferdinando aliquid sinistri suspicandi de M^te Regia, que illius M^tem sincero et paterno amore complectitur, neque aliorsum hanc concordiam tractat et cupit, quam ad honorem illius M^tis et Reipublice Chrianae salutem et pacem, que ex ea ipsa concordia maxima ex parte dependere videtur.

ORator M^tis Regie, habebit procul dubio cum apud Sermum Regem Ferdinandum, tum etiam in Germania et alibi multas exprobrationes, duas potissimum ob causas, Primum quod nostri plerique apud Sermum Regem Joannem militarunt, Deinde quod ipsi domino Regi Joanni sit apud nos receptus datus

Primum erit diluendum his verbis, et in Regnis Chrianis non insolitis rombus, Homines vert in hoc Regno liberos esse, libere sibi dnum eligere, neque illis à M^te Regia nisi iure imperare posse, fuisse illis semper liberum militare pro pecunia, apud quoscunque vellent, preterquam apud hostes patrie, atque hanc libertatem illos cum ab aliis nationibus Christianis, tum vero potissimum à Germanis didicisse, qui non solum vbique quod volunt, sed etiam ad hostes dominorum suorum naturalium militatum proficiscuntur, prout apud Regem Gallie et alios hostes Cesaree M^tis plurimi reperiuntur, In hac tamen libertate M^tem Regiam et vniuersum Senatum Regni Polonie hoc constituisse, commodandi et gratificandi studio Sermo domino Regi Ferdinando

in hoc conventu gnali novissimo, Ut ullus deinceps possessionatus
iret extra Regnum militatum sub poena Capitis et privatione
omnium bonorum, post quod edictum promulgatum, nullos alios
ad Regem Joannem profectos fuisse, qm eos qui iam pridem apud
illum conducti erant, et ij quidem pauci, nec perinde instructi
Ut Regi Joanni robur aliquod magnum addere potuissent, qs,
et alios Polonos, si Sermus Rex Ferdinandus suo servitio digna-
tus esset, multo libentius illos Mti suę servituros fuisse,

Secundum ita refellendum erit, quod receptus datus sit Regi Jo-
anni in hoc Regno duas ob causas, Primum, quod non videbatur
officium Christiano Rege dignum, confugientem ad se vicinum
et affinem suum, in tanto eius casu et calamitate, e Regno suo ex-
pellere, quod neque fraterculi in Monasterijs suis facerent. Dein-
de, quod hac occasione oblata, sperat Mtas Regia se id quod hacte-
nus non potuit pro Sermo domino Rege Ferdinando nunc commo-
dius prestare posse, Ut vere Regno Hungariæ pacifice, et sublatis oi-
bus impedimentis potiri possit. Nam ubi adversarius eius ad Tur-
cos transfugisset, quos Mtas sua non ignorat accingere sese viribus
omnibus ad Regnum ipsum Hungariæ occupandum, qta hinc di-
fficultas Sermo Regi Ferdinando et toti Reipublice Christianę per-
nicies sequi possit, neminem esse rois compotem, qui non intelli-
gat, et presertim sub ea fide et constantia Hungarorum erga Re-
ges suos, quam cum alias semper, tum nunc potissimum abunde
declararunt, Nunc Mtem Regiam commodandi causa, primum
Sermo Regi Ferdinando, deinde toti Reipub. Christianę hoc fe-
cisse sub eo eventu, Concessisse in primis receptum dno Joanni Re-
gi in Regno suo, ea lege, ut se quiete contineret, et nihil hostile
in ipso Regno Mtis suę adversus Sermum Regem Ferdinan-
dum et Regnum Hungariæ moliretur, Deinde curaturam esse
Mtem Regiam modis omnibus de hac differentia et bello toti
Reipub. Christianę pernitiosissimo extinguendo, Idque quantum

maxime fieri poterit cum dignitate et commodo ipsius Ser^mi Regis Ferdinandi, Si quidem id M^ti sue gratum et placitum fuerit, alioqui, si illi hoc studium et officium fraternum M^tis Regie non perinde acceptum erit, tempus posterum docebit recte ne an perperam M^tas Regia et Poloni consultum voluerint in hoc euentu Ser^mo Regi Ferdinando, et Regno Hungarie, cuius bonum statum communem semper reputarunt.

SIgismundus primus Rex Polonie Principibus Germanie

Ill^mi, R^mi ac Illustres Principes, Spectabiles, Mag^ci et Generosi domini, amici nostri charis^mi, Cum essemus certiores facti de conuentu vestrarum D. quem istic agunt in presens, ad consulendum bono statui, et defensioni rei Christiane ab infidelibus, nunc magis quam vnquam alias illi ingruentibus, Quia hec duo Polonie et Hungarie Regna, prima sunt, quibus tota hec moles et calamitas impendet, Mittimus in medium D. vestrarum Nobilem et Generosum Petrum Opalieniczki Secretarium nostrum fidelem dilectum, cui ad ea que consultura sunt de Repub. Christiana commisimus nonnulla nomine nostro illis referre. Rogamusque D. vestras, vt et fidem plenam illi adhibeant, et in iis que egerit ac retulerit, ita se exhibere velint, Vt nostrum et totius Reipub. Christiane praesens et summum periculum exposcit, Facturae D. vestrae, rem sua excelsa virtute et animo dignam, et communi saluti apprime necessariam, Que felicissime valeant et nos diligant, Datum.

Sigismundus primus Rex Polonie Georgio Duci Saxonie

Illr. Princeps et domine, affinis noster char.[me] Mittentes ad presentem Conventum Sacri Romani Imperii, hunc Oratorem nostrum, Nobilem et Generosum Petrum Opaliemizki Secretarium nostrum fidelem dilectum, Commisimus illi ut vestram Illr. nomine nostro inuiseret, et nonnulla negotia communem christianorum, ac Hungariae et Poloniae Regnorum statum attinentia cum ea tractaret, Rogamusque illam plurimum ut et plenam fidem illi adhiberet, et in his que egerit atque retulerit, ita se exhibere velit ut amor et coniunctio nostra, et res Christiana nunc maxime periclitans exposcit, Valeatque feliciter vestra Illr. et nos diligat, Datum

Legatio a Sigismundo primo Rege Polonie ad Principes Germanie: Petro Opalemizki Castellano Medzirecensi data

Post dictam salutem, et oblatas fidei literas, dicendum, Non opus esse multis verbis declarare, clades et calamitates reipub. Christianae, et impendentia in dies pericula, cum hec mala eo usque iam processerunt, ut nemo illa non videre, nemo non manu ipsa palpare possit, et presertim cum ruentibus vicinis parietibus nemo non intelligat, quid suis etiam edibus immineat

Declarandum, ut ab eo tempore, quo Turcus Greciam Tartarus Tauricam occupaverunt, nunquam hec duo Regna, Hungarie et

Polonia, a bellis et infestationibus illorum respirare potuerunt cum quibus licet interdum, induciæ fiebant, interdum acriter reprimebantur, tamen neque ulla fide, aut iureiurando, neque ullis felicibus successibus, et victoriis nostrorum, hactenus con-tineri potuerunt. Quin assidue, si non aperto marte, dolo sal-tem, et clandestinis incursionibus, regiones nostras finitimas, pre-merent et vastarent, unde in dies magis Regna ipsa de-solari et deficere, hostium autem vires, assidue augeri reperiunt:

Vt in ea calamitate et discrimine communi reprimendo, nihil laboris et periculi pretermiserunt, cum alii Ser^mi^ Hungariæ et Poloniæ Reges, tum vero maxime familia et stirps M^tis^ Regiæ, atque huius rei satis et continua bella M^tis^ suæ, et Se-renissimorum olim Ladislai, recens vero Ludouici in Hunga-ria interitus, documento esse possunt:

Vt item non pretermiserunt, quinquam ipsi Ser^mi^ Reges Hunga-riæ et Poloniæ, in declarandis ipsis calamitatibus suis, et immi-ti ruina toti Christianitati, cum summis Principibus et Imperato-ribus, tum et aliis Christianis Principibus, ita, ut nullus Con-uentus Imperialis fuerit, in quo non satis superque, de his malis declamatum et deploratum esset, nihil tamen unquam, preter ver-ba et inania promissa, de generali expeditione referebantur:

Quod interim Christiani Principes, verbis quidem eam ipsam generalem expeditionem parturiebant, re ipsa tamen discordias intestinas alebant, et pro sua quisque libidine, alter in alterum ferebatur, hactenusque nihil aliud, nisi bella intestina et sedicio-nes viguerunt, Et quod monstri simile est, in dies magis viget ita, ut non humana solum sed etiam diuina omnia cum summo dedecore et ruina sint confusa,

Quibus rebus factum esse ut duæ potentissimæ Januæ, totius Christianitatis, Nandoralba et Rhodos sint interceptæ, ac postremo Regnum Hungariæ una cum Rege suo in summam cladem deductum, Regnumque Poloniæ acriter vastatum à Tartaris in hoc à Turco instructis, ut eius Mtem Regiam distinerent, cui licet his proximis annis, de ipsis Tartaris, insignis dei benignitate victoria contigit, Tanta est tamen huius generis efferata colluvies, ut subinde veluti Hydræ capita succesérat, nullaque strage domari, nulla custodia arceri potest,

Quare cum audisset eius Mtas ipsos Principes istic Conventum acturos esse, potissimum communis salutis causa, mittere ipsum Dominum Oratorem voluisse ad eorum dominationes, hoc unum declaratum, quod iam Turcorum et Tartarorum vires adeò auctæ, Regnorum vero Hungariæ et Poloniæ adeò attritæ sint hys bellis continuis, quæ absque ullius Principis Christiani auxilio hactenus semper gesserunt ut amplius tantam molem hostilem sustinere, et solis suis viribus illi resistere nequaquam possunt. Rogareque summis precibus eius Mtem ut dominationes suæ tandem amore sanctæ fidei Catholicæ, amore patriæ et libertatis, communisque omnium salutis promoveantur, operamque tandem re ipsa faciant ut quam celerius reductis Christianis Principibus, in concordiam, et seditionibus intestinis sopitis, Suppetiæ ab illis, citra moram Regnis Hungariæ et Poloniæ, in extremo discrimine constitutis, ferantur, nam abunde intelligere possunt, quòd perfractis, et ad interitum redactis his duobus Regnis, hæc tota calamitas, in istas regiones devolveretur, visque hostilis viribus tantorum Regnorum aucta, iam demceps, à nulla alia potentia, reprimi posset, Et proinde si illos usque à deo non movet vicinorum Christianorum calamitas et ruina, saltem sua ipsorum salus eos moneat, quam totius, et facilius est, post alienas sepes, quàm intra suæ tutari,

Meminisse velint quanta olim pernicies et calamitas inundaue-
rat Orbem Christianorum ex oris illis quos M^tas Regia tue-
tur, Illinc enim Gotti, illinc Allani, illinc Vandali et Huni pro-
ruperant, quorum omnium numerum et ferocitatem, longe
exuperant Tartari, De Turcis res ipsa indicat quid va-
leant, et quousque progressi sunt, proindeque ut tandem exper-
gisci dignetur, et Regnis Hungariae et Poloniae in extrema iam
deductis opem certam et oportunam quam celerius ferant, alio-
qui testatum esse vult M^tas sua, nihil a se pretermissum, non
solum in reprimendis his hostibus, ne ad intima orbis Chri-
stiani penetrarent, sed etiam in commonendis illis, et hijs discri-
minibus, que impendent denunctiandis, Ut si demum aliqua
communis ruina, quam dominus Deus avertat sequeretur, per
eius M^tem quo minus saluti Reipub. Christianae prospectum
esset, nihil omnino defuisse videatur,

Et quia M^tas sua certissimum habet documentum Impera-
torem Turcorum se omnibus viribus et conatu suo accingere,
ut totum quod reliquum est Regni Hungariae occupet, cuique
hoc incentiuum prebet scissio Regni, et duorum Regum inter
se digladiatio, Unde attritis utrinque viribus citra ullum ne-
gotium, ambobus Regnum ipsum preripere posse videtur.
Rogandi erunt Principes et status omnes in ipso Conventu con-
gregati, Ut modos et rationes aliquas inueniant, ipsos Re-
ges ad aliquam aequam et honestam concordiam reducendi,
in eoque negotio curam et vires omnes intendant; Nam M^tas
sua videns ab initio quid ex hoc tam pernitioso bello sequi opor-
teret, non cessauit hactenus etiam magno suo impendio, pro
pace et concordia laborare, sed hucusque nihil et operam et con-
silia M^tis sue profuisse, fatali quadam rerum Christianorum
adversitate, Maluisse quidem M^tem suam, si eius
arbitrio res acta esset, Ut Serenissimus Rex Ferdinandus illo

Regno parifice potius fuisset, quod et necessarius sit M^tis sue, et tanti generis et fortune amplitudinis cum Caesarea M^te et Germanis Principibus, suisque etiam vicinis Regnis et dominiis, Ut nemo ipsum Regnum Hungarie videatur certius et facilius, quam illius M^tas defendere posse, Sed cum ita sors tulit, Ut illic duo Reges coronati sint, resque eorum in dissidium venit, non posse probare ullo modo M^tem suam, Ut ea ipsa res bello decernatur, quod et dubiu est semper euentus, et maximum malorum agmen in universam rem Christianorum post se trahat, Et proinde hortandi, rogandi et monendi sunt ipsi Principes, Ut omne studium suum de concordia istorum Regnorum et Regno Hungarie parcando impendant, Haec publice dicentur.

Erunt etiam specialiter agenda cum Principibus, ita tamen in omnibus et per omnia loquendum et agendum erit moderate et circumspecte, conditionem rerum et affectus hominum, quantum fieri potest, considerando, Ut nulla vel sinistra suspitio de M^te sua vel certe nota aliqua priuati fauoris, qui nullus est, hinc, apud aliquem oriri posset, Que omnia ex industria domini Oratoris dependent, cum locus et tempus multa afferunt, que ante prouideri et documentum de illis fieri non potuit

Cum domino Duce Georgio Mißnen agendum erit etiam specialiter, quod M^tas sua eius instinctu et consilio miserit ipsum Oratorem ad Conuentum istum Imperii ea potissimum spe, quod eius M^tas pro sua prudentia et necessitudine, qua M^ti sue coniuncta sit, promouebit eam legationem et negotia M^tis sue Regia, rogandaque erit eius Ill^mas, Ut operam faceret apud Principes et Status Imperii, quo, Ubi subsidium Regno Hungarie aduersus Turcos decerneretur, etiam Regnum M^tis sue Polonie non omitteretur, quod etiam preter Turcos, habet Tartaros,

et Schismaticos continuos hostes, a quibus non minus periculum rei Christiane, quam a Turcis impendet, Et proinde vt pars aliqua ipsius subsidii assignaretur Mti sue aduersus Turcos et Tartaros,

Excusanda etiam erit apud eius Illri occlusio vie in Silesiam, quam vniuersi ordines Regni nullo modo ut relaxaretur permittere voluerunt, propter monetam Swidniczen-que hucusque in maximum Regni huius detrimentum cuditur et importatur ex Slesia in Poloniam, sed nec minus propter Heresim Lutheranam, que Slesiam ipsam inficit, a qua Mtas sua Regnum suum seruare, et illibatum manutenere decreuit, Vt Christianum et catholicum decet Principem, Et proinde cum he cause sint grauissime, neque vllo modo tollendum est, Vt via in Silesiam aperiatur, donec cause ipse cessabunt, et damnum inde acceptum resarciatur, Aequi bonique consulat eius Illtas hanc ipsam occlusionem vie, quam in eius gratiam libenter Mtas sua relaxari fecisset, si id apud Regnicolas efficere, aut si absque maximo Regni detrimento fieri potuisset

Sigismundo primo Regi Polonie
Petrus Tomicius Eps Cracouien
Vicecancellarius.

Sacra Mtas, domine et domine clementissime, Post humilem perpetue seruitutis et orationum mearum commendationem, Allate sunt mihi litere Mtis vestre Serme per Gersdorf Cubicularium, quibus Mtas vestra Serma mea fortasse in se seruitutis et obseruantie memor, pro Regia sua clementia et benignitate dignata est condolere infelici ac moleste egritudini mee, quam quidem Mtis vestre Serme pietati

et gratiam. et Deus optimus maximus amplo fenore retribuet,
et ego quoadusque vixero, cum omnibus meis, diligenti studio, fide
et integritate mea, promereri curabo,

Legi Ser.me REX et eas literas quas ad M.tem vestram sa-
tis imperiose et contemptibiliter Ser.mus REX Ferdinandus
scripsit, neque potui sane id non graviter, et moleste ferre, cum
intelligam M.tem vestram Ser.mam immeritam, non levi calu-
mnie iniuria affici, quod videlicet atribuatur M.ti vestre in eisdem
literis contra offitium fraternum et promissa, sua esse Ser.mum
Regem Joannem subsidiis adiutum, que tamen M.tas vestra Ser.ma
econtrario teste me et aliis multis, non modo non fecit, verum
etiam nihil hic reliquit intentatum, quo possit, et promissis suis
et amicitie ac fraterno amori Ser.mi domini Regis Ferdinandi
cumulate respondere, quare ego cum non parvo intervallo lo-
corum a Mag.co domino Castellano Crac. disiunctus essem, Cui
coniunctim mecum conficiende responsionis ad eas ipsas literas
datum erat negotium, curavi ipse quantum in me erat, maio-
reque qua potui industria immodeste ei acerbitati Ser.mi Regis
Ferdinandi, respondere. Scripsi siquidem eiusmodi instructionem
domino Opalienski Castellano Miedzirzecen., qua facile pote-
rit, dignitas, amplitudo: ac etiam integritas et innocentia M.tis
vestre Ser.me, defendi et sustineri.

Caeterum, non multo ante fuit apud me D. Joannes Theczinski Ca-
stellanus Lublinen., ad Imperatorem Turcarum, et Palatinum
Moldavie, orator profecturus. Cui plenam et copiosam utriusque
legationis dedi instructionem. Dedi etiam ei binas literas publice
fidei, alias salvi conductus, alteras Turcico, seu arabico, alteras
vero Italico sermone scriptas, quas hic ad me obsignatas adhuc
Iwasko Armenus attulerat, Illarum vero Italicarum, exscripi
iussi exemplum, quod nunc M.ti v.re Ser.me mitto, in quo quia

sunt quedam obscure posita, presertim de Oratore Ser.mi Regis Joannis, vt à M.te vestra Ser.ma facilius intelligantur describi quoque feci, interrogatorias quasdam clausulas, quas Jwasko de varijs rebus ab Jmbraim Baßa, et Palatino Moldaniæ quesitus, ex ordine in pugillaribus connotatas, hic apud me recitauit, easque etiam V.rę M.ti Ser.me mitto cum p.ntibus

Venerat huc preterea nuper Ser.me Rex, et dominus Opaliemczki, ad Regem Ferdinandum et Conuentum Imperij Nunctius designatus, Cui etiam non minoris lucubrationis et operę Jnstructio est à me data et conscripta, et certe is scribendi labor tametsi mihi egro videri possit propterea grauis, quòd aliorum in Reipublice muneribus et honoribus æque participantium ociosam esse operam, vel turbulentissimo nunc rerum statu videam, Tamen minime persuadere possum mihi id posse esse molestum, quod ego in gratiam M.tis vestrę Ser.mę facio, pro cuius dignitate et splendore, si vitam exponam, non videar mihi vel minimam partem illius in me benignitatis et gratiæ assecutus.

Restat adhuc D. Wietbwienski Castellanus Ploczen. ad Ser.mum Regem Joannem instruendus, qui etiam cum venerit ad me ordinate conscriptam legationem est habiturus. Si autem ille vel neglexerit, vel deseruerit sibi demandatam Prouinciam, alterj .i. alicui si videbitur M.ti vestræ Ser.me, negotium curandum committam, mihi enim videtur indignum, vti et antea M.ti V.rę scripsi, vt vel decreta publici Conuentus in irritum deducantur, vel Ser.mus REX Joannes a M.te vestra ceteris inferior habeatur, qui q.nti nunc sit faciendus, Turcorum docent sermones quos M.tas vestra ex Capitulis istis Jwaskonis ammem plene perspiciet,

Mitto insuper duo Breuiaria, vnum Mti vestre, aliud Serme eius Coniugi domine Regine à Pontifice maximo missa, adiunctus etiam literis Rmi domini Sanctorum quatuor Cardinalis qui literas promissionis Rmorum Ploczen et Premislien Episcoporum ceteraque omnia negotia, vti scribit, ex voluntate Mtis vestre Serme diligenter confecit, preterquam Suffraganei mei negotium, quod nescio cuius culpa vel negligentia impeditum, adhuc illic heret, tradita quamuis à me, et per argentarios Rome numerata sit pecunia, que ad omnem in hac re sumptum faciendum erat necessaria

Quod ad Nobilitatem Ducatus Masoniæ attinet, censeo ego ingenue et absque quauis vacillatione, ita esse faciendum, vt Mtas vestra Serma pro iure et imperio suo, mandet et precipiat illis quam primum integrum fertonem contribuere, polliceaturque illis vicissim illorum se iura et priuilegia, in Conuentu Regni generali futuro esse confirmaturam, quemadmodum iam antequoque Warschouiæ id illis datis literis Mtas vestra se facturam promisit, Vereor enim, ne si illi negligentes fuerint in contribuendo, aliquid noui motus et difficultatis in communi Regni Nobilitate suboriatur

Postremo loco vt Sermus Rex Joannes, à finibus Regni digredi, abire longius, suggeram id et insinuabo alicui ex eius Consiliariis quibuscunque modis magis potero, Verum tamen interea credo et id et cetera multa, Mtem vestram ipsam esse constituturam, cum Oratoribus illius Mtis, qui nuper ab ipsa ad Mtem vestram omnia consilia, et quid vndecunque illius Mtas speret, esse planissime cognituram, Que res magno erunt adiumento Mti vestre Serme ad tractanda deinceps recte omnia, que in eo rerum statu, cum Principibus Christianis, erunt vel per literas, vel per Nuntios communicanda. Ego vero vti et antea semper feci dignitati et amplitudini Mtis vestre Serme, quantum per egritudinem meam

liucrit, non sum in ullo defuturus. Cui supplico humiliter, ut me in sua gratia et clementia Regia, fouere et conseruare dignetur. Dominus Deus seruet quã diutissime M^tem^ vestram cum Ser^ma^ Coniuge et augustissimis eius liberis incolumem et felicem, Cui me iterum suppliciter commendo. Datum,

Petrus Tomicki Eps Crac. Vicecancell. Ioanni Choienski Archidiac^o^ Cracouien

Ven^lis^ domine frater in Chro char^me^, Respondimus M^ti^ Regiæ ad eã omnia, super quibus visa est requirere per literas suas consilium nostrum. Quod autem videatur M^ti^ sue, ut nunc aliqui insignes Oratores ad Ser^mum^ dominum Regem Ferdinandum mitterentur, Nos sumus in alia sententia, et censemus, nunc primum pertentandum esse animum eiusdē Regis Ferdinandi, quem habeat ad pacem et concordiam cum aduersario suo ineundam, per eum Oratorem, qui ad illum dudum est designatus, nam nulla firma pax, et solida concordia concludi posset cum illo existente in Germania aut Bohemia absq; dominis Hungaris, Sed cum declarauerit ille nunc animum et voluntatem suam, de concordia et pace ineunda, et similiter ille alter Rex eius aduersarius ad quem designatus est dominus Castellanus Ploczeñ, tum demũ necessario consuleremus, mittendos esse Insignes Oratores in Hungariam, et ibi de hac sancta pace et concordia tractandũ si quo modo honesto concludi possit, de quo nos multum dubitamus

Cum ageretur in secreto consilio in fine Conuentus generalis Regni preteriti de absoluendis Oratoribus, et aliis publicis negotiis, nos ipsi nominaueramus ad Conuentum Valachicum, do-

Georgium
minum Crupski Castellanum Leopoliensem, Quia vero inter-
cesserant postea multe actiones et cure, quibus eramus non le-
uiter districti, nam in nos solos omnis moles publicarum expedi-
tionum erat reiecta non potuimus celerius significare id eidem
domino Crupski, qua per eos Cubicularios, qui missi erant ad
omnes Palatinatus et terras cum literis vniuersalibus et decre-
tis generalis Conuentus, sciceque hactenus non valemus, an lre
M^tis Regie, quibus iubebatur ire ad Conuentum Valachicum
predictum, fuerint illi tempori reddite necne, Vtrunque autem
est factum, cum Voiewoda Moldauien non potest statuere legē
M^ti Regiæ, Vt illa mitteret ad Conuentus, eos Consiliarios, quos
ille vellet, facilis esse potest huius rei excusatio, presertim cum
non hac causa dissuerunt Valachi Conuentum pro administrā-
da vtrinque iusticia designatum, sed ob intolerabilem apud eos
vti podolihe scribunt, rerum omnium penuriam,

Scipsimus M^ti Regiæ de voluminibus Regis Joannis et de spebus
quas habet adhuc ad recuperandum Regnum suum, Cum enim iret
non pridem ad illum ex Poltowsko dominus Broderius Epus Sir-
miensis, descenderat huc ad nos, cum quo nos pro veteri nostra
cum eo consuetudine et amicitia multa contulimus De statu et
aduersa fortuna eiusdem Regis Joannis, multaque per illum sin-
cero recte affectu et animo illius M^ti significauimus, hortan-
tes illam ad ineundam concordiam et pacem cum Rege Fer-
dinando, postquam a suis sit deserta et contempta et ne magna
spem collocaret in auxiliis et vanis promissis Regum et Princi-
pum externorum, que et Regem Ludouicum non multo ante
et alios plerosque clarissimos Reges et Principes, eluserunt, et
pessumdederunt, prolixis verbis declarauimus et consuluimus.
Quid autem illius M^tas ad hec responderit, et quo animo il-
la a nobis acceperit, copiose dominus Broderius nobis perscri-
psit, cuius literarum exemplum nos mittimus M^ti Regiæ

ex quo singula et ea quidem secretissima M^tas sua plene cognoscet

De conflagratione ferme medietatis Ciuitatis Crac simul et cleparidien viri nostri Biskupie, multarum sacrarum edium, et prope sexcentorum domuum vtriusque sexus, magnoque ac prope inestimabili damno, quod ibi in tribus ferme horis per ignem violentum est factum, ex aliis intelligetis, bene Valete,

Sigismundo Primo Regi Poloniæ Petrus Tomiczki eps Vicecancellar.

Sacra M^tas, domine, et domine clementissime

Post humilem seruitutis meæ commendationem, Cum ex Masonia discedens, Tarnoniamque versus ad Serenissimum Regem Joannem proficiscens Rndus dominus Stefanus Broderirus Epus Sirmien, huc paulisper ad me diuertisset, multa secum, de conditione rerum et statu ipsius Regis pnti, verba feci, vbi etiam consilium meum, quid censuerim illius M^ti deinceps faciendum, diligenter, et sincero atque integerrimo animo, exposui, Inquiens non esse illi tutum deinceps Vel suorum deditioni atque defectioni alicui, Vel externorum Principum promissionibus, confidere, cum et suorum scleratissimo Latrocinio aliquoties iam fuerit in grauissimum vitæ periculum adductus, et externa auxilia cum multos alios Principes Christianos, tum etiam memoria nostra, Serenissimum Regem Ludouicum cum opibus suis pessumdederunt, Quæ omnia cum idem dominus Broderirus pro sua in me beniuolentia, et mutua mea veterique coniunctione et familiaritate, illuc veniens, Regi suo fidelissime retulisset, Scripsit ad me literas, faciens me certiorem, qua quidque voluntate, et quo vultu, singula consilia mea illius M^tas excepisset, quarum ego literarum exemplum

M^ti^ vestre Serenissime ideo mitto, quod ex illis credo omnia
consilia eiusdem Regis M^ti^ vestre patere posse, Ego tamen
ex literis istis perspitio, in omni meo sermone id tantum Regē
ipsum offendisse, quod de futuris rebus comminiscens et augurans,
in hunc modum fuerim ratiocinatus, quod scilicet, sequutis his adver-
sitatibus, et dnorum Hungarorum animis ab eo abalienatis, in ea
concordia et pace, quam legati M^tis^ vestre tractaturi essent,
expedire dixerim ipsum Serenissimum Regem Joannem se prestare
debere equum et facilem in his omnibus conditionibus suscipiendis,
quas, diademate primum victori concesso, arbitri sibi equas et
honestas esse iudicarent, Etenim si pertinax et obstinatus in
eiusmodi rebus fortasse reperiretur, non putauerim tunc quoque
M^ti^ vestre licuturum esse receptum illi hic in Regno suo dare.
In hec denuum ipsum Stomachantem, talia protulisse indicant
litere domini Epi Sirmien. Alia scilicet longe se et sperasse et meri-
tum esse de dominis Polonis, et M^te^ vestra, quam que nunc a nobis
erga se fieri, et verbis predicari experiatur. Multaque preterea
alia contineri in literis illis, quibus M^tem^ vestram dicit promisis-
se, quod illum et domum eius Scepusien, nullo unquam tempore et
casu esset desertura. Multa denique alia querens et commemorans,
que ex earundem literarum domini Broderici exemplo, planissime
M^ti^ vestre Serenissime apparebunt. Quas literas ego cuperem M^tem^
vestram diligenter perspicere, Ut cognitis ipsius Regis Joannis con-
siliis, M^tas^ vestra, suo iudicio, in omnibus rebus recte uti possit.
Ego sane quantum in me erit non negligam M^ti^ vestre scribere
quicquid ad illius dignitatem et amplitudinem ex progressu re-
rum pertinere arbitror. Quam nunc, uti semper, felicem et
incolumem esse cum Serenissima Coniuge, et liberis augustissimis,
vehementer opto, et cui me et paruitatem meam iterum atque ite-
rum suppliciter commendo, Datum in Bodzeczin die Sancti Sigis-
mundi, Anno domini M.^o^ D.^o^ XXVIII.º

Ioannes Rex Vngariae
Petro Tomiczki Epo Cracouien
et Regni Poloniae Vicecancell°

Rme in Chro pater, amice nobis sincere dilecte. Quanto studio et diligentia institerimus ab initio, quo, non vi, nec fraude, nec factionibus, sed Dei optimi nutu, ac libera omnium ordinum et Populorum electione, Regni Hungariae gubernacula suscepimus, apud Serenissimum dominum Regem Poloniae, affinem, et uti patrem nostrum charissimum, Vt relictis nescimus quibus neutralibus, quibus timebamus, iam tum, ne eius Mtas inuolueretur, firma permaneret in illis federibus, que nobis tam publice, quam priuatim cum sua Mte erant, Vestra potissimum Rma d. nobis est locupletissima testis, Nouissime in Conuentu etiam Petercouien egerunt de hoc iussu nostro diligentissime oratores nostri, id quod etiam Vre Rme d. scimus abunde constare, allegarunt tam publice quam in priuatis cum sua Mte colloquiis preter publica federa, illa etiam que sua Mtas nobiscum habet priuata, de quibus, cum Mtas sua se dixerit non recordari, nos ad Mtem suam per Oratorem nostrum dominum Coloren misimus, hortati suam Mtem vellet sicut Princeps integer et constans ac promissi seruator, huiusmodi federibus satisfacere, et hac ob causam superioribus diebus rogaueramus d. Vestram ut ad nos venire vellet, et ceteros quoque dominos idem facturos intuitu nostre amicitiae cupiebamus. eius enim intentionis eramus, Vt eam secrete consuleremus de huiusmodi vinculo, quod inter ipsum Serenissimum dominum Regem Poloniae patrem nostrum charissimum, et familiam nostram intercedit, ne si per literas aut Nunctios de eo cum d. vra. ac aliis dominis, tractaremus, Videremur contra Mtem suam in amonicione qua huiusmodi federi satisfaceret aliquid excessisse. Nam et literas ipsas, ne oratoribus quidem nostris publicandas censueramus Vt id euitaremus. Volebamus ergo d. Vestram rogare coram Vt

Seretum Consiliarium sue M^tis, vt et nobis consuleret, qualiter
esset in eo procedendum, Vt Serenissimo domino Regi suo persuade,
ret, id quod ex fide et deuotione vestra erga suam conuenit M^tem
Cum ergo d. vestre aliter visum fuerit, et suum ad nos aduen,
tum differre, nostra autem negotia moram non patiuntur, Ideo
mittimus ad d. vestram his inclusum exemplum ipsius federis,
quod inter Serenissimum ipsum dominum Regem vestrum et nos
firmatum est, ex quo intelliget, nobis id, quod et hucusque semper
ab initio petiuimus et nunc petimus, fuisse et esse iure debitum,
neque id posse nobis negari, nisi cum maxima nostra iniuria, et
non sine aliqua sue M^tis apud iustos huius rei iudices, reprehen,
sione, Si M^tem suam et vestram d. non mouerunt illa, que
toties per nos scripta, et per nostros allegata sunt, ad dandum
nobis auxilium, contra iniustissimum Regni nostri inuasorem et quie,
tis publice turbatorem, satisfaciat saltem sua M^tas, tam aperte ac
tam firme promissioni sue, Quod non dubitamus suam M^tem factu,
ram, dummodo vestra d. velit se, pro hoc, apud suam M^tem
interponere, et ex animo id sue M^ti suadere, si bene considere,
tur omnia, que nunc in Christianitate aguntur, quot et quantos
hostes, tam per Italiam ac Germaniam, quam alibi istorum duo,
rum fratrum insana dominandi, ac omnia per phas et nephas
occupandi libido, contra se concitauerit, Quid etiam Turcus aget,
facile vestra d. et vnusquisque recte rationis capax, perspiciet,
longe melius esse sue M^ti, etiam, si nulla esset huiusmodi federa priua,
ta, nobiscum esse coniunctam, quam cum aduersario nostro tenere
neutralitatem, De quibus rebus et de statu Christianitatis, atque
etiam rebus Turcicis propterea ad d. vestram latius non scribi,
mus, quod non dubitamus hac ei constare, Quapropter rogamus
vestram d. vti amicum precipuum et singularem, vt illam,
quam semper nobis et familie nostre ostendit amicitiam in hac
re velit comprobare, Illud vestram d. noluimus ignorare, Hun,
garos nostros non esse a nobis ita alienos, sicut aduersarius noster

persuadere vobis nititur, multi oppressi proditione panrorum et armis aduersarii, que tamen nobis non adeo potuissent obesse quantum proditio panrorum nocuit, partim tacent et continent, partim etiam ingemiscunt, Vbi vndecunque vel pauxillum spei affulserit, non est dubium, Nosque in hoc certi sumus, statim ad naturam suam et ad nostram obedientiam, alacribus et promptissimis animis recurrent, Magna autem pars Regni et si nos hic sumus, aperte nobiscum sentit, à quibus nunc etiam Oratorem apud nos habemus, primarium in Regno virum, Magnificum Joannem Docij Supremum Regni nostri Hungarie, tempore Serenissimi D. Regis Ludouici domini et predecessoris nostri dine memorie Thesaurarium, per quem nobis omnia pollicentur, et paratos se offerunt, pro nobis et nobiscum, omnia extrema subire, Vestra D. non existimet negotia nostra etiam in Hungaria nunc pro magna parte per aduersarium nostrum oppressa esse desperata foris autem insolentia Ferdinandi adiungit nobis quottidie nouos et magnos amicos, quos ne ipse quidem fortasse suspicari posset, res ipsa breui indicabit, ita esse, sicut d. vestre scribimus Nullum enim violentum, creditur esse perpetuum, Nam qua alia arte ipse Regnum nostrum inuasit, quo alio fundamento est innixus, nisi paruis illis suis viribus, quas vtcunque congesserat, et illis magnam atque à seculo inauditam, nostrorum panrorum tamen quibus nos summam rei nostre permisimus, proditionem coadunauerat, Rogamus itaque vestram D. Vt hijs que scribimus omnibus diligenter consideratis, eum nobis fauorem prestare velit quem possimus adhuc vrae d. magnis et amplis praemiis rependere, Id quod facere certe paratissimi erimus, Vestram d. optime cupimus valere, et eidem negotia nra specialiter commendamus, Datum in Tharnow in festo Jnuencionis sancte Crucis, Anno dni M°. D°. XXviii°.

Sigismundo primo Regi Poloniȩ Petrus Tomiczki Eps Vicecancell.

Ser[enissi]me Princeps et domine, Domine clementissime. Post humilem perpetue seruitutis et orationum mearum in gratia M[aiesta]tis vestrae commendationem, Scripsit ad me his diebus literas Ser[enissi]mus D. Rex Joannes, Copiose in iis commemorans, esse quedam pacta et federa, a se cum M[aiesta]te vestra Ser[enissi]ma iampridem inita, et literis firmata, ob que sola, relictis etiam aliis suis ad Regnum Hungariae vindicandum iustis et legitimis adminiculis, existimat ad dignitatem M[aiesta]tis vestrae Ser[enissi]me et equitatem pertinere, Vt illius nunc aduersam fortunam casusque infelices consilio et auxilio suo adiuuaret, Me vero plurimum rogat, vt hanc suam causam et petitionem, precibus meis apud M[aiesta]tem vestram promouerem, Scribens etiam alia multa et recensens ex ordine, que in rem suam existimari possent equa et preclara spe firmata, que ego ne molestus fiam M[aiesta]ti vestrȩ, hic non repeto, sed mitto et literarum illius, et prenominati federis, exemplum, ex quibus M[aiest]as vestra Ser[enissi]ma etiam plene perspicere et cognoscere poterit, in quo cardine res et consilia ipsius stent nunc et versentur, de ysque demum pro sua summa sapientia et authoritate Regia, vti res postulabit, statuere dignabitur, Cui ego me et seruitutem meam iterum comendo. Et opto vehementer, vt M[aiest]as vestra Ser[enissi]ma sit felix et optime incolumis cum suis char[issi]mis et Ser[enissi]mis Coniuge et liberis

SIgismundo primo Regi Polonie

Solimanus Cesar Turcorum

Salvus conductus a Turco pro oratore regio

Sulthan Suleiman Tsarus dei gratia, gloriosus magnus et invictis-
simus Imperator Constantinopolis, Rex Regum, largitor corona-
rum, Umbraculum terre, dominus magni Maris, inferioris, mi-
noris et maioris Asie, Africe, Europe, Sirie, Arabie, Judee,
Cananee, Galilee, Phenicie, Alexandrie et Egipti, Necnon
magne Civitatis Akairi, Etiopie, Medie, et Lamechie, Libie, et
maris Indici Rubriq;, Regni Jerusalem, Samarie, et maris Tiberia-
dis, Damasci, Halepi magne, et Antiochie, Mesopotamie, Caldee, et
magni Babilonis, cum maiori et minori Armenia, Parthie, Persie
Hiberie, Georgiane cum mari Caspio, Trapesonti, Tamirie, Cappa-
docie, Cesaree, Pamphilie, Cilicie et Tarsie, Caramanie, Amasie
Paphlagonie, Phrigie, Bithenie, Nicee, Nicomedie et Calcedonie
Necnon universe magne Anatolie, Grecie, Tracie, Romanie, Ma-
cedonie, Thesalie, Peloponesi, Corinthi, Cheronesi, Albanie, Bosne
Bulgarie, Valachie, Bogdanie, Scitie, Tartarie, et multarum ali-
arum provinciarum Imperii et Regni nostri, fortitudine, armis, vir-
tute et framea fulminea acquisitarum per nostros predecessores Im-
peratores Sulthan Machomet Tsar, Sultan Baiazath avum nostrum,
et per filium ipsius Sultan Selim patrem nostrum, quibus divina clemen-
cia tribuat requiem et beatitudinem in sempiternum. Vobis
Ser.mo et excellentissimo domino Sigismundo dei gra Polonie
Regi, magno Duci Lituanie, Russie, Prussie, et multarum aliarum
Provinciarum, Post consuetas et debitas salutaciones, ad pns com-
paruit in Curia mea magna et excelsa Nuncius M.tis vestre
cum literis, presefferentibus affectuosam et amicabilem salutacionem,
vobis significando et declarando M.tem vestram designasse ad

mittendum Oratorem et Consiliarium suum ad nostram Coesare,
am Mtem, pro confirmatione pacis et bone amicitiae, inter nos
preteritis temporibus firmiter observatae, pro quo etiam salui co,
ductus literas petiit, et licet preterito tempore Rex Joannes in
Curiam meam magnam et excelsam miserat per nuntium suum
literas significando, Ut pax et amicitia inter Mtem vestram et
Mtem meam Coesaream reformaretur, Ut ipse possit habere
succursum et subsidium ab ipsa Mte vestra, per quem Nuncti,
um saluus conductus fuit scriptus, et ex mea magna et excelsa
Curia Mti vestre missus, et ex parte Mtis vestre Oratori ad
comparendum et venien ad nostram Mtem erat designatum
tempus, pro confirmatione preteritorum Capitulorum pacis
et amicitiae, que est inter nos. Et quoniam per nullum effectum
vel alium quemuis modum unquam sit violata, imo confirma,
ta, utque Orator ipsius Mtis vestre possit venire et ire securissime
tali effectu et vigore predicto, nemo audeat impedire, cum nec da,
re fastidium et impedimentum aliquod, Itaque id sit notum omni,
bus, et istud sit pro fideli saluo conductu ipsi Oratori, et hys nostris
pntibus eam prestabitis fidem Ut decet nec plura, et bene va,
lete. Datum in magna Curia nostrae honoratae sedis Constantino,
politanae die iia Lune Regieb. Anno nostri prophete, D. cccc
xxxiiiio, die xxiia Martii. Anno Jesu Christi. Mo Do. xxviiio.

Legatio a Sigismundo primo rege Polonie ad petrum Ion Voievodam Valachie Data Joanni de Tanczin Castel^o Lublinen Ad Turcum eunti.

Quoniam Oratori Regio ad Imperatorem Turcorum profecturo, iter est faciendum per Moldaniam, vult M^tas Regia ut idem Orator concedat et descendat ad dominum Petrum Woiewodam Moldanien, et cum eo nomine M^tis sue conferat, in hunc qui sequitur modum,

Et primum omnium, post denuntiatam verbis M^tis sue, eidem domino Petro woiewode Moldaniensi Salutem, post dictam et nunctiatam gratiam M^tis suae, consiliariis et Boiaris ipsius, ac post oblatas literas creditorias, dicet hec verba.

SERenissimus dominus meus Sigismundus REX Poloniae, et magnus Dux Lituaniae etc. agit ingentes gratias vobis domine woiewoda Petre, pro eo, quod sibi per aulicum eius Borowski, qui nuper hic Oratorem apud vos nomine sue M^tis egit, Significastis multas res scitu necessarias,

Quibus ex dicto Borowski, aulico suo intellectis, cepit mox M^tas sua cogitare et consilia capere, quibusnam modis communium hostium consiliis resistere valeat, prout sua M^tas, intellectis hijs rebus per vos domine significatis, iamque se instruxit et preparavit quibuscunque moliminibus hostium contra stare,

Quam amicitiam et benivolentiam vestram domine woiewoda vult sua M^tas vobis vicissim omni sua amicitia et benivolentia, data occasione compensare, ut amico et vicino suo charissimo

Petitque ut in futura quoque tempora, si quid tale sue à Turcis siue à Tartaris, intelligeretis, quod suam M^tem^ scire expediat, velitis eam prout hactenus fecistis, de omnibus rebus, facere certiorem.

Qua in re facietis domine Woiewoda, rem sue M^ti^ gratissimam, et bona amicitia atque vicinitate dignam

Significastis preterea domine woiewoda sue M^ti^ Regiæ per legatos vestros, quos apud suam M^tem^ nuper Piotrcoviæ habuistis, Imperatorem Turcorum plus tributi à vobis exigere, quam superioribus annis à predecessoribus vestris, ipse et eius predecessores exigebant,

Ideo suam M^tem^ Regiam rogastis per eosdem legatos vestros ut sua M^tas^ vos pecunia iuvaret, ad tantum tributum Turco soluendum,

Ad id sua M^tas^ taliter vobis respondere mandavit.

Scitis domine Woiewoda Petre Regiam M^tem^ per omnem Regni sui ambitum circum circa gravibus et potentissimis hostibus vallatam esse, ad quos arcendos et reprimendos semper mercenarios milites seruare cogitur, et ad eos alendos maximos sumptus facere necesse est M^ti^ sue, nec ei ullam pecuniam satis esse, Quare vos in re nequaquam iuvare potest.

Tamen quotienscunque M^tas^ sua exercitus conscribit et milites ad tuendos Regni sui fines mittat, tociens semper ductoribus exercituum suorum imperare solet, ut hostes vestros domine woiewoda pro hostibus sue M^tis^ habeant, et si cum terra Moldaviæ ab aliquo hoste sollicitudinem vel metum habuerit ‡, idque re ipsa fieri, iam hominum memoria non semel comprobatum est,

‡ non aliter eam iuvarent et defenderent,
‡ Terras sue Maiestatis:

Simile factum etiam sperat sua Mtas domine Woiewoda a vobis et a gentibus vestris, vt si quando necessitas postularet, vosque gentes vestras in auxilium gentibus suę Mtis mitteretis, quo coniunctis viribus, facilius communibus hostibus resisti posset.

Quod etiam domine Woiewoda secundum renouationem federum et inscriptionum mutuo factarum facere tenemini, Vt verę idem hostis sit Regni Poloniæ atque terre Moldaniæ,

Nec dubitat sua Mtas, quin occone se offerente talibus federibus et inscriptionibus facietis satis

Hoc est si quando quippiam hostes in Regnum Poloniæ irrumperint, vos sine omni mora ad eos propulsandos, etiam armatas gentes mittetis.

Quod cum aliquando contigerit, suaque Mtas re ipsa et non verbis duntaxat comperiet gentes vestras, regno suo aliquod adiumentum prestitisse

Extunc talem tamque solidam et perfectam amicitiam et subsidium curabit Mtas sua vobis et gentibus vestris domine Woiewoda sua liberalitate et honesta renumeratione compensare

Ad vltimum dicat dominus Orator, se a Regia Mte ad Imperatorem Thurcorum missum esse, et ut ipse Woiewoda liberum transitum et redditum, conductoresque fidos et peritos per terram suam Moldanien, concedat nomine Mtis suę postulabit

Legatio a Sigismundo Rege Poloniæ ad Solimanum Cesarem Turcorum, Joanni de Tanczin Castellano Lublinen.

Ser^me ac potentissime Caesar, Ser^mus Princeps dominus Sigismundus Poloniæ Rex, et magnus Lituaniæ Dux, dominus meus gratiosissimus, mittere me dignatus est ad visendam sanitatem M^tis Vestræ, cui in primis plurimam salutem dixit, optans ex animo, ut M^tas vestra et diutissime valeat, et illi omniaque pro voto ac desiderio succedant, tanquam amico et vicino suo

oblata Credentia: dicendum.

Regia M^tas dominus meus per Oratorem suum, quem novissime apud M^tem vestram habuit, Immiserat salutem M^tis vestræ, erectionem et sublationem ad paternum solium, Tum etiam triumphos et victorias de hostibus suis habitas eidem M^ti vestræ gratulata est, Postremo amicitiam et benevolentiam, quæ inter M^tis v^ræ et M^tis suæ Regiæ maiores, iam a multis annis durabat, etiam inter M^tem vestram, et se renovari coalescere et conservari cupiebat

Nunc quoque per me, hoc ipsum repetit, dignitati, famæ, honoribus, triumphis, victoriis, et omnibus aliis rebus quibus M^tem vestram decoratam esse audit, congaudet, et gratulatur, tanquam amico et vicino suo charissimo

Et quo ipsa amicitia et coniunctio inter M^tes vestras duret, et diuturna maneat, Commisit mihi M^tas domini mei Regis, ea agere et concludere cum M^te vestra, quibus amor et amicitia mutua inter

vtramque M^tem vestram, dominiaque, terras, gentes, et populos earum foeneretur,

Et petit sua M^tas, vt vestra M^tas Imperatoria, velit esse sue Regiæ M^ti bonus amicus, et amicitiam atque pacem cum sua M^te seruare dignetur,

Et non modo inter personas M^tatum vestrarum, verum etiam inter dominia et Subditos ipsarum M^tatum vestrarum,

Ita ut Nuncii, Mercatores, et subditi quicunque M^tum vestrarum possint vltro citroque inter M^tes vestras, et earum Regna et dominia libere commeare, manere et redire, negotiaque in omnibus suis mercimoniis et negotiis honestis, ac decedentibus ita, quemadmodum tempore olim predecessorum M^tum vestrarum, fieri consueuit,

Primum salutatis Bassis nomine Regio dicendum cum illis ad quid et qua causa te illuc miserimus, Vt scilicet bonam valetudinem Coesaris inuiseres, eique omnia fausta et felicia nomine nostro precareris, atque pacem et amicitiam tractares, inter nos et ipsum Coesarem talem, qualis erat inter predecessores vtriusque nostrum

Si quesitus fueris, quanto tempore cum ipso Coesare Inducias inire vellemus, Respondebis nos nunquam optasse, neque optare aliquam differentiam esse inter nos et ipsum Coesarem. Et proinde vellemus Inducias cum illo decem annorum, vt intra illud tempus posset solidior et diuturna pax atque amicitia inter nos firmari et concludi,

Et proinde ages, vt ipse Induciæ decem annorum inter nos fiant et confirmantur,

Si autem recusabunt tot annorum Inducias, dices, breue spacium Induciarum, non bonam spem prebere, vtriusque firme et sincere amicicia, et res tanti momenti tractari et confici non possunt commode per tanta viarum et locorum interualla tempore breui et angusto. Et proinde perstabis quantum poteris in decem annorum Induciis. Qua in re si pertinaces fuerint descendes ad nouem annos, si ad id non consentient, nominabeis octo, deinde septem, sex, quinque, quatuor. Et postremo si aliter fieri non poterit, Stabis in tribus annis, ita quemadmodum ante solitum est fieri

Quod si ad tres quoque annos Induciarum consentire noluerint, contendes, vt saltem duorum annorum Inducias habere possemus, Si vero id quoque non poterit, Saltem ad vnius anni decursum inducias obtinere curabis, ad extremum ita agas, vt quam longissimas Inducias habere possemus, et ne sine Induciis ad nos redeas

Si Basse interrogabunt, aut mentionem facient, an nos Tributum aliquod Caesari Turcorum dare vellemus (Nam dominus Stas de Sprowa Castellanus Bieczen et Capitaneus Opocznensis ex Turcia rediens narrauerat Nobis, quod Basse ab eo tributum petebant, dicentes, quia cum nos Tartaris tributum pendimus aequius esset, vt ipsum tributum Imperatori eorum penderemus) Respondebis de tributo pendendo nihil te habere a nobis in commissis, neque te credere, quod orator noster dominus Castellanus Bieczen, aliquam mentionem tributi fecerit, quandoquidem tu certo scires numquam id sibi a nobis commissum fuisse,

Quod enim nos amicitiam et Inducias cum domino Turcorum Imperatore optamus, id non facimus metu aliquo, duntaxat maiorum nostrorum vestigia sequimur, qui cum hac inclita Ottomanorum domo semper in pace et amicitia vixerunt, et consenuerunt

Mirumque, quod dominus Imperator Tributum optare deberet, a nobis qui amicitiam suam exquirimus, Nam tributum non fere exigi solet nisi ab hostibus, et qui hostilia meditentur et moliantur, Nos vero nihil aliud cogitamus et fauemus domino Imperatori, nisi omnia honorifica et decora nullam hostilitatem presefeerentia, Quare de tributo te nihil respondere posse, cum de eo nihil in mandatis habeas

Quod si nihilominus ipsi Basse instabunt vt tu saltem sermones hos de tributo pendendo tecum habitos nobis refferres et narares. Respondebis tibi non licere de istis rebus ad nos referre, que nullam amicitiam, sed potius inimicitiam representant

Dicesque te istuc venisse ad tractandam et conciliandam amicitiam talē qualis inter maiores nostros fuit, Ista autem que dominj Basse, tecum loquuti sunt, tendere ad inimicitiā, et nō ad amicitiam

Petesque eos, ne te tam odiosa relatione onerarent

Si vero ipsi Basse nullam mentionem tributi tecum facient, tu quoque ne hiscres quidem quidquam de eodem tributo

Quod si de Hungaricis rebus interrogaberis, Respondebis, verum quidem esse, quod duo Reges de Hungariæ Regno contendunt, videlicet Ferdinandus et Joannes Vterque autem eorum pretendit se ad illud ius habere, attamen, dum ego hic absoluebar vtriusque Regis videlicet Ferdinandi et Joannis Oratores, fuerunt apud Serenissimum dominum nostrum Regem, quilibet auxilium eius implorans. Itaque sua Maiestas interposuit se inter ipsos, misitque ad vtrumque eorum legatos suos, et confidit, quod eos in amicitiam reduceret, et Regnum Hungariæ parabit

Si autem à te explorabunt de ceteris Europę rebus, puta de bellis inter Coesarem, Papam, Regem Galliæ, etc., respondebis verum quidem esse, quod nonnulla dissidia inter papam et Coesarem exorta fuerant, ita vt Coesariani milites à Coesare procul in Hybernis existens, sine scitu et Imperio Coesaris ob auiditatem prædę vrbem Romam adorti sunt et deprędati, Pontificemque obsidione cinxerunt. Tamen cum ego hic dimittebar, allatum erat nunctium, Papam cum Coesare rediisse in gratiam obsidioneque solutum. Preterea omnes Reges et Principes Europe laborare, atque ita et dominum nostrum Regem, quo reliquum bellorum inter omnes Principes Christianos sedaretur et sopiretur

Dicendum etiam erit vel cum Coesare vel cum Bassis vt illic videbitur, quod Tartari Bialogroden, qui sunt Subditi Coesaris partim soli, partim etiam assotiis sibi Tartaris Precopensibus, turbare solent pacem et Inducias, que fieri consueuerunt inter Coesares Turcorum, et Reges Poloniæ grassantes in mercatores vltro citroque commeantes, et ad fines Regni aut Ducatus Lituaniæ excurrentes, et plurima damna perpetrantes. Et proinde vt Coesar illos à talibus facinoribus contineret. Quod etiam erit in articulis Induciarum exprimendum.

Item fit plerumque, quod Subditi domini Imperatoris Turcorum, et presertim ouium pastores, pascere solent greges suas ouium in ditione et pascuis Regiæ Maiestatis domini mei, quapropter, ob firmiorem pacem et concordiam vtrimque inter Subditos amborum dominiorum stabiliendam, admonendus erit dominus Imperator, aut cum Bassis agendum et constituendum vt eorundem pastorum aliqualem modum prescribi imperent, vt vero homines et pastores subiecti ipsius Imperatoris, non temere, non ita, sed aliquo ordinato modo, et cum bona venia, et scientia prefectorum et officialium Regiæ Maiestatis domini mei, talibus pascuis vterentur

Induciæ firmandæ sunt iuramento Cæsaris, quemadmodum ante hac semper est fieri solitum, et literæ earundem Induciarum in forma consueta accipiendæ

Item ut ipsæ Induciæ fiant, ad tot annos ut prædictum est inter nos, Regnumque nostrum Poloniæ, magnum Ducatum Lituaniæ aliaque omnia dominia et subditos nostros, ac inter Cæsarem eiusque omnia Regna dominia et subditos quoscunque

Et ut nullum damnum nobis Regnoque et Ducatui Lituaniæ, aliisque dominiis et subditis nostris, a gentibus quibuscunque Cæsaris et Tartaris Bialogrodensibus, aliisque omnibus ipsius Cæsaris subditis inferatur, et ut pax firma et amicitia solida fiat et observetur utrinque

Ut Nuntii et Oratores tam Cæsaris quam nostri ultro citroque inter nos commeare possent, Similiter et mercatores ex utraque parte Ut libere, ire, redire, et commertia ac negotia sua, libere exercere valeant, Theloneis et vectigalibus consuetis persolutis,

Aget autem Orator noster summa diligentia, Ut literæ ipsæ Induciarum, sermone latino aut Italico, prout antea fieri consuetum est scribantur, Nam non habemus in Regno nostro homines, qui scirent literas lingua Turcica, aut Arabica scriptas, debito modo interpretari,

Cetera industriæ et virtuti eiusdem Oratoris committuntur

Petrus Tomiczki Eps Crac Vicecancell.
Chrforo de Schidlowec Castellº et C. Crac
Nicolao de Schidloᶜ Castel. Sandomir. Tesaurº
Ioanni Carncowski Epo Cuiaviensi

Rme in Chro pater, et Magci domini, domini, et amici honorandi. Heri ad primum noctis crepusculum, allate sunt mihi litere R. vestrarum, vna cum literis Domini Hieronymi de Lasko ad Regiam Mtem missis, quas literas ego sicuti D. vrae suadebant resignaui, illasqꝫ Mti Regiae mittere quamprimum constitui, vt illius Mtis voluntas, saltem in hoc explorata nobis esse possit. retinendus ne adhuc sit ad aduentum D. Lasci D. Castellanus Lublinen. prout ille in hisce literis suis petit et suadet Mti Regie, necne. Quamuis ego dubitatione procul existimem consultius esse, illum absqꝫ vlla cunctatione proficisci. Si quidem tanti esse non possunt vlli tractatus D. Lasci, et in rebus alienis et arduis curiositas, vt institutum nostri Senatus certo ordine et iudicio optimatum firmatum, mutari vel tardari sua causa deberet. Cum presertim et Imperatori Turcarum, etiam de hac Oratoris nostri missione innotuit, ab illoqꝫ publice fidei iam litere quas Saluum conductum appellamus, accepte. Ds. enim Lasci vti ex literis eius perspicere licet iniussus, Regiae Mtis nomine inducias cum Turco accepit, conditionibus interiectis, vt Rex Joannes adiuuaretur, quibus neqꝫ inherere, neqꝫ assentiri Mti sue licet, propterea quod inane et fluxe qꝫ sint, et absqꝫ authoramento publico obtente, atqꝫ ita respub. sua cura et diligenti prouisione negligenda non est, vel in periculum conijcienda. D. tamen vestrae, quid eius reipub. melius cognoscent ex argumento literarum D. Lasci. Quarum ego copiam extemplo proprio ad illas mittam nuntio, per hunc vero, quia iam in cursu erat, tantummodo ea attigisse volui. Commendo me et studia mea D. vestris, quas feli-

rissimas esse et optime incolumes vehementer opto, Dat.

Petrus Tomizki Eps Cracouien. Vicecancell.
Ioanni Carnkowski Epo Cuiauiensi
Chrforo Castell° Crac: Cancell°: Nicolao de Ssi:
dlovec Thesaur°, Regni Poloniae.

RX. Mi in Chro pater, et Magci domini, domini et amici hono-
randissimi, Hodie ante meridiem misi Nuncium vestrarum D.
ad Mtem Regiam, cum literis D. Laski, Scripsique Mti sue Vt nos
sue Voluntatis faciat certiores, retinere, ne adhuc, an sinere abire
D. Castellanum Lublinen debeamus, ita enim videbatur nego-
tium postulare Vt Mtis sue Regiae authoritas et Judicium ei rei
accedat, tametsi ego prout per Cubicularium Comorniczki scripsi,
non muto sententiam, non esse scilicet operae pretium Vt D. Laski,
Orator Regius operiri debeat, qui nescio quibus gestis suis superbit
et effertur admodum, tribuens multa industriae sue, et laboribus
boni publici causa susceptis, quod magis dilucide, ex ipsius literis
D. Vestrae perspicient, quarum exemplum illis Vti sunt politicus
et quemadmodum ipse optabant, mitto cum presentibus, hoc primum
illas rogans et admonens, Vt interim quod redit iste a Mte Re-
gia Nuncius, dominus Castellanus Lublinensis contineatur a pro-
fectione. Restat Vt me D. Vestris ex animo commendem, quod
facio libenter, et vna rogo Vt me sua amicitia et fraterna beneuo-
lentia complectantur, Valeantque ipse felicissime, et diu incolumes.
Datum.

SIgismundo primo Regi Poloniae Petrus Tomiczki Eps Crac. & R. P. Vicecancell.

Sacra Regia M^tas, et domine, domine clementissime.

Post humilem servitutis et orationum mearum commendationem, Heri bene sero, allatae sunt mihi literae eorum dominorum, M^tis vrae sexome consiliariorum, qui nunc Cracoviae commorantur, una cum his literis D. Hieronymi de Lasko Palatini Siradien. ad M^tem vestram datis, quas quidem literas, quia illi ita suadebant, ego resignavi primum et legi, tum demum illas M^ti vestrae extemplo, per hunc Nunctium misi, Quamvis autem ego earundem literarum sensum et argumentum eiusmodi iudicavexim, Ut non existimem esse necessarium propter D. Laski petitiones vel persuasiones, dominum Castellanum Lublinen. tantisper retinendum esse, du[m] ille cum M^te vra congrediatur, Volui tamen, requisitam quoque esse M^tis vestrae in hac re voluntatem, Ut illius iussu, et imperio, non meo arbitratu, vel prestoletur adhuc ipse d. Castellanus Lublinen. adventum d. Laski ad M^tem vestram, vel iter institutum prosequatur.

Ego, ut iterum repetam, dubitatione procul existimo consultius esse Ut d. Castellanus Lublinen. absque ulla cunctatione proficiscatur, Siquidem tanti esse non possunt ulli tractatus D. Laski, et in rebus alienis et arduis curiositas, Ut institutum M^tis vestrae, eiusque senatus, certa ratione ceptum, et iudicio optimatum firmatum mutari, vel tardari sua causa deberet, Cum presertim et Turcorum Imperatori iam de hac Oratoris M^tis vestrae missione innotuit, et ab illo sunt publice fidei etiam lrae, quas nos salvum conductum vocamus accepte, Dominus enim Laski, uti ex literis eius perspirere

licet iniussu M^tis^ vestre nomine inducias cum Turco arcepit, conditionibus intexiectis Vt M^tas^ vestra Serenissimam Regem Joannem adiuuaret, quibus neque inherere, neque assentiri M^ti^ vestre licet, propterea quod irrite fluxeque sint et absque M^tis^ vestre voluntate, et publico authoramento date, vel accepte, Atque propterea Respublica sua cura, et diligenti prouisione negligenda non est, nec in periculum coniicienda,

Hec ego pro meo in Rempub. offitio et singulari erga M^tem^ vestram obseruantia, ita scripsi, M^tas^ tamen vestra pro sua summa sapientia et autoritate statuet, et decernet, quod sibi sueque Reipub. vtilissimum, magisque honorificum videbitur,

Mitto item M^ti^ vestre Serenissime literas a domino Castellano Cracomien ad me scriptas, vna cum exemplis literarum ab Ill^ri^. Duce Casimiro Thesinen ad se datarum, quas literas et exempla semotis arbitris et priuatim domino Choijenski Archidiacono Ecc^ae^ mee Cracomien, iubebit M^tas^ vestra legere, et sibi recitare Vt cognitis his, que a Slesie et Bohemie principibus ac ordinibus aduersum M^tem^ vestram fiant et seruantur, maturo et salubri consilio possit prouidere, ne respublica detrimentum patiatur, et Subditi M^tis^ vestre in tuto esse possint. Commendo me iterum atque iterum gratie M^tis^ vestre Serenissime, quam dominus deus cum suis omnibus quam diutissime sospitem et felicissimam in sua gratia conseruare dignetur Datum

Andreas Crziczki Eps Ploceñ Petro Tomiczki Epo Cracoviensi & Regni Poloniae Vicecancellario

Rme et colen^me mi domine, Non cesso die ac nocte, sollicitus esse de adversa valetudine vrae Rme D. in eaque anxietate constitutus mitto hunc meum servitorem ad illam invisendam, cum precans in- terim illi pristinam bonam valetudinem, partim orationibus cum sacrificiis meis, partim etiam crateribus cum amicis qui contingunt. supplicoque illi, vt me vel tribus verbis de ipsa sua valetudine cer- tiorem reddere dignetur, Ego gratia dei more meo solito valeo ac- cte satis, nisi quod difficultatem et molestiam quandam patior in liberandis bonis meis non vulgaribus, que et pertinatius occupantur quam deceret, et magis depravata et expilata sunt, quam vt diutius tollerari possit, de publica hominum oppressione et querimoniis nihil dico in presens, malo vt vra Rma d. ista omnia ex aliis cognoscat

Mi Rme domine, periit miserabiliter nepos meus Germanus Andreas in Lituania, quem prae ceteris omnibus vnice diligebam, et in quo spē omnem domus meae constitueram, quare sum in luctu et merore ma- ximo, excidit que iam mihi omne desiderium faciendi aliquid pro decore ipsius domus meae, cum iam talis non superest haeres, qui mi- hi sit ex sententia, presaibat illi misero animus hunc suum casum qui me impense rogabat, et ego optabam, vt a me recuperetur, sed non visum erat vrae d. Rme bono quidem consilio si fata illum servassent, nam audio et M^tem Reginalem et Regulum valde dolere eius interitum, quod et literae eius M^tis quas mihi scripsit sa- tis indicant, fiat, vtrumque est voluntas domini,

Fuit hic apud me d. Rincon cum Statilio, vadit vterque in Galliam, pessime vterque de nobis contentus, presertim d. Rincon ob illatas

sibi quasdam ignominias, ferunt secum exemplum literarum federis
et coniunctionis inter M^tem Regiam et dominum Transiluanensem
de qua ego prius numquam sciui, mirorque vehementer datas ta-
les literas absque aliqua condicione vt nihil videatur, quo iure
excusari possit M^tas sua, si non satisfecerit fidei sue. Quando hec
Christianissimus Rex et alii videbunt, quo pacto sibi de M^te
sua persuadere poterunt, boni aliquid prorsus nescio, Vereorque
plurimum, ne tali nostra neutralitate vel ambalitate potius apud
vtramque partem, et amicitiam amittamus et fidem ad concordi-
am tractandam, neque est animus Joanni, neque iam vllo pacto inte-
grum, initis aduersus hostem cum inimicis eius arctissimis federi-
bus et societate, que tamen mihi nequaquam probatur, neque ex illa
quicquam boni prouenturum spero, licet illi non sperant solum, sed etiam
certum habent se emersuros esse.

Faceret recte dominus Episcopus Premislien, et leuare posset onus Ponti-
ficium vestra d. R^me, si huc ad me veniret, consecrarem illum
cum meo et Wladislauien. Suffraganeo facilime et libentissime,
itaque dignetur hoc illi vestra R^ma d. persuadere

Audio quod d. Capitaneus Ploczen. miserit ad vestram d. R^mam,
questum de me, nescio quid, ita solent anticipare iustas querelas, qui
culpam commiserunt, ego de moribus eius nihil, neque de meritis in
me scribam, futurum est enim tandem aliquando vt quod omnes
homines predicant et queruntur, ipsa etiam cognoscat et experiatur

Quando Suffraganeo vestre R^me d. litere afferentur iubeat, illum
ad me venire, nam comodius illum nemo quam ego, consecrare po-
terit, Commendo me humiliter R^me d. vestre. Ex Ploczko
IIII^a Junii, Anno domini, M^o D^o. XXVIII°

Andreas Crzyczki Eps Plocen.
Petro Tomiczki Epo Cracovien.
& Regni Polonie Vicecancellar.

Rme in Chro pater, et domine mi colen.me Ex multis litteris, quas nunc dimiseritis, partim ex Cracovia, partim etiam aliunde acce pi, intellexi vestram Rmam d. iam pristine valetudini restitutam, unde magnopere exhilaratus, mitto ad illam visendam hunc dominum Dzirgowski Canonicum et familiarem meum cui etiam commisi nonnulla alia mea negotia eidem d. veste Rme referre, quam plurimum rogo, Ut illum benigne audire, et si quid rerum novarum habeat, quod me scire liceret, significare per illum dignetur. Dominus Broderitus scribit mihi miranda, Sed ex his multa sunt, que partim mihi non placent, partim spem vanissimam redolent, de quibus duo menses ad maximum nos reddent certiores. Dnus Rincon cum Statilio est adhuc Gdani, exhibetur illis a civibus omnis humanitas et gratificatio, dicuntur que iam habere naves dispositas ad traijciendum in Franciam, me gratie vre Rme d. vnice commendo, Ex Plocz ko die xx Junii, Anno domini M° D°. xxviii°.

Andreas Cricius Eps Plocen.
Petro Tomiczki Epo Cracovien.
et Regni Polonie Vicecancell.

Rme in Chro pater, et domine mi colen.me Quanta me letitia af ficiat restaurata valetudo vre d. Rme dici profecto non potest. proboque vehementer eius institutum de abdicandis curis et laboribus publicis, per id omne tempus, donec pristinas vires corporis recuperet, nihilominus mihi consultius videtur, quoniam non properare ad Cracovia non ob eam solum causam. Sed etiam ob istas rerum humanarum

confusiones, quibus consulendis, quodam modo ratio desirere videtur, fierique solet, quicquid preter rationem sinistri accidit, id totum vulgo consultoribus imputatur. Mitto vero hunc servitorem meum partim ad invisendam vestram Rmam D., partim etiam ad deferendum Sermo Joanni Regi fascem literarum, quem eius, et Fratriae Oratores, ad me ex Gdano miserunt, in quo scribunt inclusa esse nonnulla, pro quibus ut credo, ibi pecuniam acquirere volebant, sed non potuerunt. Si tamdiu post diffidationes domini Palatini Siradien insanissimas, et non nobis solum, sed ipsi etiam Regi Joanni perniciosas, nihil apparet suppetiarum a Thurco, et Germania ut audio, conquiescunt, actum omnino de ipso Rege Joanne videtur. Cum hec scriberem, accurrit ad me Cubicularius Regius cum literis consulentibus dominos Consiliarios super gestis domini Palatini Siradien, et Sermo Rege Joanne. De domino Siradien facile mihi videtur consilium, nam et causae sunt iustissime animadversionis, et ipsemet docet, quid Mtas sua illi facere deberet, cum se alterius Regis consiliarium nominat. Sed vereor, quod Mtas sua more suo nihil faciet. Itaque videretur hoc saltem consultum ut illi Mtas ... Mtas sua audiret, quid quisque pro dignitate Mtis sue et Reipublice diceret. Interim vero responderi posset honestissime Sermo Regi Ferdinando, quod Mtas sua facinus hoc punire decrevit modo debito. Nam et ille cum his quos Viennae capite plecti fecit, iudicialiter processit. Interim etiam tota hec alea in hanc vel in illam partem vertetur. De Sermo Rege Joanne consulere, quid potissimum opus facto sit, difficilius mihi videtur consilium, tamen et in hac re inveniri poterunt iuste responsiones et media, si locus rationi dabitur.

[Margin: ... actionem sem... in commentu ge... nerali in dire... ret illic ...]

Misit mihi dominus Choyenski carmina quedam sparsa in aula adversus epigramma meum de cymba in ignominiam d. vrae Rmae et scribit mihi, se olfecisse nata illa in aula domini Archiepiscopi, facilis est recantatio, quod et materia sit multo amplissima retaliandi, et carmina ipsa satis inepta, hec mea cura esto. Si quid postea querentur, erit honesta excusatio provocatis. Commendo me,

bone gratie v̄rae R.me d., quam dn̄us Deus indies firmiorem ue-
getioremq̄ conseruet. Datum in Ploczko die nona Julii, Anno dom̄i
M° D° XXVIII

Petrus Tomiczki Eps Cracouien.
Andree Crsiczki Epo Plocensi

R.me in Chr̄o pater et domine Nepos charissime, Scribit ad me,
D. Vestra R.ma magna voluptate animi se audisse, cum illi et lr̄is
amicorum et nunctiis de me in pristinam valetudinem restituto, es-
set nunctiatum, Cuius causa mihi nūc per literas gratulatur, Ser-
uitoremq̄ suum dominum Dzirzgowski Canonicum Plocżeñ ad me
misit, qui et me conualescentem q̄ inuiseret, et nonnulla D. v̄rae
R.me nomine, mihi exponeret. Et equidem q̄ mihi gratulatur
D. v̄ra R.ma, q̄q̄ tam honorifico Nunctio me inuiserit, est mihi
gratum, et periocundum, Vtraq̄ res ām̄i plena est et offitii et
amoris sui erga me sui, que certe ego virissim illi amore, bene-
uolentia et familiarissimis studiis referre cum potero diligenter
curabo, posse uero tunc me maxime confido, cum integre prime
valetudini mee fuero restitutus, ad quam recuperandam con-
summandamq̄, tametsi nihil restet amplius, q̄ñ leuis tumor pedum
curandus, tamen quia et id sua non caret molestia, Vellem vt citto
dissolueretur, et euanesceret, quod etiam breui futurum non dubito,
modica exercitatione et cura adhibita.

Quod scire ex me cupit d. v̄ra R.ma, quid rerum nunc mundus
agat, libenter que ipse scivi omnia illi communicavi, Excipi etenim fe-
ci aliquod lr̄arum D. Lasci, Ferdinandi Regis, et domi Opalenicz-
ki exempla, ex quibus ea, que a me cognosci possint, illam facile
puto perspecturam

Regis Joannis spes, de qua etiam ad me crebro scribitur, vana contem-
nendaque sit, necne: plane ignoro, hoc solummodo specto et perpendo,
Nos in hoc neutralitatis studio, magno incommodo nostro esse tantisper
implicitos. Queritur enim graviter de nobis, eius causa uterque ad-
versarius, sed preterea Regis Joannis intimi et consiliarii nos cul-
pant, et non obscure iam accusant, quod Rex suus, socius, amicus, affi-
nis et confederatus Regis nostri, in hac sua calamitate et fuga,
tantopere ab omnibus nobis destituatur et contemnatur, ut nemo
ex Regni primoribus induxerit sibi in animum, vel uno pilo seu
teruncio illius egestatem adiuvare, preter dominum Tharnowski,
qui magna illum hactenus est humanitate et liberalitate prosequu-
tus, hoc subinde per insinuationem occultam a nobis petens ut se sal-
tem secretis aliquibus auxiliis adiuvaremus. De quo quid dicam,
quid ne sentiam, non satis mihi constare ad presens potest. Sum
enim ex tanta vi temporum, et varietate rerum, denique incertis
euentibus mirifice perplexus, exitus tamen rerum potissimum
expectandos puto

Ad ea que mihi dixit nomine vestrae Reverendissimae Dominationis Dominus Dzirgowski, ex-
posui illi sententiam meam, quam rediens declarabit et referet
vestrae Reverendissimae Dominationi, quam optime valere et felicem esse summopere
desidero, eiusdemque amori me commendo, Datum in Kielcze

Andreas Cricius Eps Plocen
Petro Tomiczki epo Cracouiensi
Et Regni Poloniae Vicecancellario

Rme in Chro pater, et domine mi colenme. Proficiscens ad vestram Rmam d. dominus Capitaneus Ploczen. rogauit me vt illum eidem Rme d. vre commendarem, quamuis autem inter-cesserant quedam inter nos, cum summa mea molestia, non mea quidem voluntate, qui nulli vnquam mortalium mea sponte molestus esse consueui, sed partim debito meo, partim etiam necessitate quadam, ne quid de iactura dicam, Tamen quia iam melius sole res inter nos conuenire videtur, commendo illum non ut rogatus, sed integro et simplici animo Rme d. vre iam illi alioquin dudum acceptum, meque vna et seruitia mea. Ex Ploczko die xvi Augusti. Anno domini. M° D°. xxviii°.

Cricius Tomicio

Rme in Chro pater, et domine mi colenme. Cum iste puer meus haberet negotium domum proficiscendi, volui, vt ad vestram Rmam d. descenderet, et illam meo nomine inuiseret, cui rursus de recuperata valetudine plurimum gratulor, nam profecto ipse letari satis non possum. Misi his diebus ad Mtem Regiam Carolum Canonicum meum in illo negotio contributionis, non subterfugiendi illius causa, sed ut ex ipsius Mtis Regiae documento et praescripto id fieret in ea re, quod et voluntati Mtis suae satisfaceret, et iuribus Eccae meae, meaeque extimationi non officeret. Sic enim visum est non meo solum Capitulo, sed etiam dominis aliquibus Secularibus. Commisi etiam illi vt domino Epo Camenecen offerret

bonam prebendam Ecc^a meæ pro illo suo Plebanatu Zambrowien
vel ut illum ad finiendam causam, apud Sedem Aplicam citaret, utrum
eorum eliget? nescio. Scripserat mihi dominus Choienski ante fe-
stum Paschæ, illum cristas, et spiritus illos suos demisisse, mecumque
equanimiter componere velle, que causa me potissimum induxit,
ut prebendam hanc illi in contentationem offerem, Verum intel-
lexi nunc ex lris domini Epi Premislien, illum rursus nescio, quas
famosas in me lras ad eum scripsisse, Unde hunc animum resum-
pserit? nescio. Quamuis vero tantum abest ut egre sustineam has
illius intemperias, Ut etiam propemodum gaudeam, talem mihi
datum vitiligatorem, qualis maledicentia plus laudis afferre solet,
quam vituperii, non solum probatis viris, sed etiam improbis. Siqui-
dem neque Lutherum ulla res magis in altum prouexit, magisque
hominibus ab initio commendauit, quam ineptorum stolidorumque
scriptorum concertatio, et rursus nihil illius causam magis grauauit
quam istiusmodi in summates Viros maledicentia, tamen cum barte-
mus meus iste molossus neminem ex ordine nostro Pontificali et Sena-
torio non turpissimis probris apud homines, et compotores suos affe-
cit, neque ab ipsa etiam M^te Regia temperauit, in quam olim et
Vilnæ turpissimum libellum famosum conficta manu scripserat, et
sermonibus sepissime diffamauit, ne plura commemorem, eaque omnia
impune Unde iam reliqui fatui passim dominos infamandi audatia
sumpserunt, et quandam tirannidem sibi maledicentia usurparunt,
ita, ut iam vulgo ab illis donis et precio fama dominorum redimi vi-
deatur, quod recte ne, an perperam fit? viderint alii. Ego operam
meam adhibebo, ut hec ex mediis siluis, uti se scribit, ipsissima belua,
cornua in me non impune obuertisse uideatur, Ceterum, mitto vre
Rme D carmina illa aduersus Cymbam, que habere uoluit, sed
nolui mittere absque talione extemporaneo, ne quid illam commoueret,
nam iam compertum habeo, illa ex ea officina, de qua prius scripsi,
prodiisse, Ubi cum vetus est querimonia consiliis et officialibus moder-
nis Rempub. perire, conclusum est Epigramma, cui simili est perdita

Roma rate, Alioquin carmina sunt satis inepta, et pedibus alicubi claudicantia; Ut Gallicum puerum, aut eius dominum redoleant, quae ille multis cum sua magna voluptate legere solet. Et proinde necesse est adhuc illis uberius recantare, ut posthac perpendant, quid sit in eos scribere, qui et rescribere sciunt, et referre possunt. Commendo me gratiae vestrae Rmae D. quam dominus deus servet diutissime sospitem et felicem. Ex Ploczko die xxvii Julii Anno domini M°. D°. xxviii°

Rme mi domine, Scripsit iterum mihi Ardelio iste, postulans, ut secum in bonis eius convenirem, aut si id facere gravarer, ipse ad me, ut Canonicum meum venire vellet, respondi paucis, me in presens hinc vel latum digitum discedere non posse venire illum ad me mea causa esse indecens verum si causa refectionum Canonicalium venire vellet ad Eccl.am, et huic quoque loculos suos farcire, esset arbitrii sui postea nescio quid sit facturus, aut quam iterum techna adornat.

Cimba loquitur Tomicii

Sum Cymba exilis fateor, sed tramite recto.
Firmius it medio nulla carina mari
Nauclero Petro virtuteque remige in altum
Tuta feror, tali est Roma subacta rate

Responsio Corbite Lascie: ad Cimbam Tomicii Per Chri. Gallum

Es Cymba exilis video sed tramite recto
Firmius it medio nulla carina mari
Si pelagus parvum fateor varium ve procellis
Unda ve si est usque mortua forte mari
Ast ubi continuis tolluntur in aera ventis
Aequora cum medio is? dic mihi Cymba mari!
Is fateor, sed tum multis revincta cathenis
Ut trahat a tergo, quaeque carina suam

Nec tibi Nauclerus vacuam, qui sponte reliquit
  Petrus erit, Petros ni vellis esse duos
Nec virtus sic tota tua est ut que nis in altum
  Non sit tuta sua remige nauis eat
Quod si te exiguam magnis conferre volemus
  Sepe capit Cymbas vna carina duas.
Preterea genus omne hominum seruauerat olim
  Archa, cui simili est perdita Roma rate.

Responsio pro Cimba ad Corbitam Per G. Phi. Hispanum.

Corbita est Martis, mercatoris que carina
  Est piscatoris Cymba ministra sui
Illa arma et merces, per fasque nefasque paratas
  Hec nisi pisciculos, et breue rete vehit
Dic mihi nunc queso, dic versificator inepte
  In qua virtutem conuenit esse magis
Aut que nam potius deceant insignia magnum
  Pontificem, vel sit firmior vtra ratis
Si te scire negas, dic vnde sit ille vocatus
  Presul, qui Christi gessit in orbe vices.
Vtraque cui cessit terrarum summa potestas
  Inter Christicolas, celsaque Roma subest
Dic in qua docuit christus, ventosque furentes
  Sustulit vndisonum compositque mare
An hec exilis non vera est gloria Cymbe?
  An non it medio firmius ista mari?
In qua Nauclerus Petrus, Petrique Magister,
  Vectus, qui ventis imperat, atque mari
At tua magna ratis Roseis onusta relictis
  Et quas technarum lerna parauit opes.
Cum velo et remis careat, sitque anchora nulla
  Dic mihi quo recto nauigat illa modo

intelligit Bona Rithffiani vna cum vxore de domo Ros[...] illata in domum Lasko. Hec vxor nupsit Hieronymo Laski. etc

Andreas Crziczki Eps Plocen
Petro Tomiczki Epo Cracovien
& Regni Poloc Vicecancell.

Rme in Chro pater, et domine mi colendissime, Redit ad me he-
sterno die Moraviecz meus cum literis vrae Rme d. ex quibus, cogni-
ta illius bona valetudine, magnam arrepi consolationem et volupta-
tem, gavisus sum etiam plurimum quod illius Suffraganeo, et Rmo
domino Premislien. reliquum expeditionis sit tandem allatum, Jam
enim ministerio et adiutorio ipsorum, poterit Rma d. vestra onere
Pontificalis sarcinę levari. Quod vero ad consecrationem ipsorum at-
tinet. Scripserat ad me ante triduum Rmus d. Wladislavien. invitari
se cum Suffraganeo suo ab ipso domino Premislien in Scarbimierz,
istamque esse sententiam et desiderium Rme D. Vestrae, perquirens
a me, an et ego vocarer, aut quid sibi faciundum censerem, nego-
tiis quibusdam Regiis impedito. Verum cum scribit Rma d. vestra
negotium hoc in deliberatione domini Vladislavien, et mea, consis-
tere, prorsus nescio quid potissimum consulam. Si res ex animo meo geri
deberet citra notam arrogantiae, suaderem id quod dudum petii, vt
vterque huc ad me veniret, nam non dubito quin et Rmus d. Vladislavi-
ensis non gravatim adesset, Sin vero commoditas maior domini Premisli-
ensis spectetur, vt liberari à tam longinquo itinere posset, nihil consul-
tius censerem, quàm patrem Dominicum quamprimum ad me mit-
tere, quem consecratum rursus, cum Suffraganeo vel meo, vel Wla-
dislavien, remitterem ad vestram Rmam d. ut illa, si ei sic libe-
ret, consecratoris munere istic perfungeretur, quod iam citra magnã
deliberationem fieri potuit, alioquin quicquid aliud vestrae Rme d.
videbitur, et mihi faciundum mandaverit, faciam non gravatim, nul-
lum erit vel impendium, vel iter molestum, Vnum maxime rogo, ut
quicquid fieri deberet, fiat citra moram, quia exigunt quedam
negotia mea, Vt post Capitulum generale Ecclesiae meae, quod ad na-

talem dñae virginis celebrari solet, hinc discedam, tamen et in eam id fiet, quod vestra d. Rma mandauerit) Cum placuit breuis Hyperaspistes Cymbę nostrę, mitto eiusdem illius poetę Gallici simile responsum in corbitam olim a me laudatam, ne ille soli Cymbę detraxisse videretur, In eiusmodi poematibus magis conducit et delectat argucies laconica, quam elaborata prolixitas. Noster dñus Brodericus summa gratitudine extulit aput me per literas benignitatem et beneficentiam in se Rmę d. vrę, verum quas ille spes Regis sui mihi scribit, nihil apud me spei habuerunt vnquam, vereorque ne et rem suam cum Turcis negligant, et a Germanis colludantur, qui etiam si fidem seruaturi sint, neque sumptus illis sufficerent, neque hoc tam neglecto tempore quicquam proficere possent, tamen sequantur iam necesse est quo fortuna vocat, Me gratiae Rmę d. vrę vnice, et ex corde commendo, Quam dñus Deus seruet diutissime sospitem et semper felicem, Ex Ploczko die prima Septembris. Anno domini M°. D°. XXVIII°.

F Germanicis copiis quae ex Germania erant regis Joannis conducte fuerant ad militandum in castris Joannis Regis.

Scripseram alias vrę Rmę d. quo pacto responderim Rmo d. Archiepiscopo postulanti, vt vel ego ad eum, vel ipse ad me veniret, quid mihi rursus scripserit, ex his scedis vestra d. Rma intelliget, vel fortasse non intelliget, Ego in illis plane Dauus sum non Edippus,

Corbita loquitur de seipsa

A mea sum, vt cernis, multoque amplissima puppis
Non vello, aut remi ducta ministerio
Consilio sed vecta meo terraque marique
In summa Patriae sum statione sita

Contra Corbitam responsio

Es ratis ampla quidem, malo, geminoque leonis
Vertice, sed mixo significata modo.
Nam prora et puppis parili signata leone
Indicat ancipitem monstrificamque ratem
Quod vela et remi funes atque anchora desunt
Errorem omnimagum, naufragiumque notat

Cimba contra Corbitam Lasciam.

Vasta ratis, nisi te multo prestantior essem,
Non minussa tibi sit mea fama foret.
Ut feriunt summos ardentia fulmina montes
Sic mordax livor non nisi summa petit
Non opus est igitur, cum tu fatearis id ipsa
Dicere me, quàm sim cymba ego nobilior
Non opus id multis ostendere, soriris instar
Iudicio prodis te ratis ipsa tuo
Et tamen ut ne habeas, quo te cui nomine iactes
Quę mea sit virtus, que tua, disce ratis.
Quod mihi tu vicio das, quòd sim exilis, honori
Id mihi permagno duco, nec inmerito.
Quod moli demptum est, magna virtute rependi
Id solet, vnio erit paruulus indicio
Quem mole ut superant permulta immania saxa,
Sic longe cedunt viribus, et pretio.
Vna carina duas cymbas capit, et lapis vnus
Mille capit gemmas, num ne ideo est melior?
Impedit hec moles aliquid, quin gemma sit omni
Saxo chara magis, quamlibet exigua.
Sed medio ire negas pelago me firmiter, idque

Precipue quando magna procella uenit
Non ibo infitias, mihi ni nauclerus adesset
Talis, quin essent multa pericla mihi
Sed quòd me nulli possunt subuertere uenti,
Quòd nullis mergi fluctibus ipsa queo,
Naucleri uirtus facit, haud inuita fero illi
Acceptum hoc, tota est gloria pontificis.
Hic me per medias Syrtes, mediamque Charybdim
Per Scyllam, absque tuo duxerit auxilio.
Hoc duce, sim quamuis nullis reuincta cathenis,
Ut falso uates carmine falsus ait,
Hoc rectore tamen uastum penetrabo per equor.
Atque moram faciet nulla procella mihi
Quin ubi seuit hyems, tempestatesque sonore,
Et coelum eripiunt, eripiuntque diem,
Tum me uectores, tum me nauclerus et ipse
Certatim inscendunt, teque ualere iubent
Quid quod et ad portum poteris adpellere nunquam,
Auxilio fueris in primis usa meo.
Quid quod ut annosa es (si quid prouerbia ueri
Dicant) per medium non potes ire mare.
Quare si uentis permittis uela, carere
Non unquam tutum est me tibi uasta ratis.
Iam quod de Petris memoras enigma carina,
Indiget auxilio Sphyngis et Oedipodis.
Uatem hortare tuum, scholiis illustret ineptis
Uersiculos, si à nobis uult sua dicta capi,
Et uelis ut ne iterum dicat, nec quinis, id illi
Namque solent, quis lex cognita nulla pedum.
Rectore in careas, hoc credo fatebris ipsa,
Quod pulchre inter se cymba Petrusque quadrant.
Conuenit iis nauis, quibus arma horrentia cordi

Quos cauponando vitam aluisse iuvat
Ast ego ei, verbis qui praeceptoris Jesu
Post pisces homines prendere iussus erat.
Pontifici sacro, cui cymba Ecc^a sancta est,
Pisces sunt homines, retia verba sacra.
Sed finem faciam, neque enim contendere tecum
Est animus, nec me rixa proterva decet.
Naves non cymbas probus ait esse refertas
Maeonides, partes non mihi sumo tuas.
Hoc tibi narraro, verbum non amplius addam,
Quin abeas in me non erit ulla mora.
Quantum nobilitate praeit, virtute, et honore
culmine, doctrina, moribus, ingenio.
Versibus excultis qui me celebravit, ineptum
vatem, cui mea laus invidiosa fuit.
Qui dum posse putat mihi se male dicere, planum
Fecit, se melius non didicisse loqui.
Tantum ego praesto tibi navis, nunc i. fuge navis,
i fuge, et hoc tempus sic periisse piget.

Petro Tomiczki Epo Cracovien et Regni Poloniae Vicecancell^o Ioannes Zamboczki Aulicus regius.

Rx^me in Chro pater, et domine domine gratiosissime, etc. Et
si de firma et constanti valetudine Rx^me p. vrae, nihil adhuc com-
perti habeam, ob eam quoque rem, vereor, ne, et literule meae, quas
per Morawiecz nuper misi, importune obstreperent Rx^me p. vrae.
Tamen, cum tam certum, tamque integrum nuncium nactus sum,
Rxmum vezt patrem, dnum Commissarium, cum Rx^me p. vrae obser-
vantissimum, tum eidem deditum, et mihi plusque mea merita exigunt

faventem, committere nolui, quin (ut ut se res habent) Rmam
P. Vestram, humilime, et vererunde salutarem, bonamque et celerem
valetudinem. (pro qua continue vota facio) eidem his literis precarer. Res Lituaniæ, sive Curiæ, nihil attinet commemorare, cum, no
aliæ nunc quoque sunt, ac tum fuerant, cum Morawiecz, hinc dimittebatur, et si quid hic actum est abstrusius vel, quod in vulgus non licet efferre, Illud ipsum, idem d. Comissarius, pro summo acumine ingenii sui,
et, utpote is, qui in penetralibus Aulæ Regiæ versatus est, deprehendere potuit, atque eidem d. Vestre R. referre potest, Si (quod deus faxit)
eadem iam valetudini bone restituta est, Me illud, non potest, non pessime habere, quod languente R. P. Vestra, omni spe destituor, posse aliquid consequi, quo inopem senectam, sustentare possem, Nihil enim dubito, quin, si deus immortalis, eandem incolumem nobis servaverit, me,
ex gratia eius, aliquam micam panis consecuturum, ne, per tota
(ut scribitur) noctem laborantes, nihil cepisse, non discuciemur.
Jamque (omnia collustrans) olfeci nonnihil, quo, parvo negotio, nulla molestia vel difficultate R. P. Vestre, adhuc hoc anno, ope, et
autoritate eius, possem regnare, Id, quale est, explicabo ei, tunc,
cum primum (quod vehementissime cupio) Rmam. P. Vestra
ex literis eius perfecte valetudini restitutam esse intellexero,
Nunc, non aliud posco, quam, ut quam celerrime audire possem, optime
valere Rmam. P. Vestram, Cui me, cum perpetua servitute mea
humillime commendo, Vilne XVII^a Junii. Anno dni. M.D.XX

Petro Tomiczki Epo Cracouien & Regni Polonie Vicecancell.
Ioannes Zamboczki.

Rme in Chro pater, et domine, domine gratiosissime. Si valet Rma d. vestra, bene est, et plurimi gaudent, ego vero exulto, et deo immortali gratias ago. Neque n. quicquam in rebus est humanis, quod tantopere exoptem, quam bonam, ac diuturnam valetudinem eius, tametsi, de ea, ab eo usque tempore, quo Morawiecz huc venerat, nihil certi, neque explorati habui, et eam ob rem, in tanta animi mei sollicitudine, et anxietate hactenus versatus sum, ut in maiori, versari non poterim, nec levabor ab ea, quoad mihi certissimus aliquis index apparuerit Rmam d. vestram prisce valetudini restitutum esse. Dii nostri Rex et Regina, et pueri Regii, valent, integrisque corporibus, Nos item lixones valemus omnes, quotquot hic sumus, preter adolescentem Strzezowski, miserrimum omnium, cuius casum, acerbum et luctuosum, narrabunt Gnoienses fratres, Aulici Regii, qui istuc proficiscuntur. Nudius quintus scripsi etiam nescio quid nugarum, ad Rmam d. vestram, dedique literas patri Commissario, qui eo ipso die, discessum hinc, adornare videbatur, Sed se vix heri sub vesperum hinc expediuit et profectus est, pernoctamque in Punari villa Sacerdotali, uno miliari hinc distante, quem d. Camenecen, quamvis eger, illuc antecesserat, et laute excepit, Ubi et modo, dum hec scribebam, deliciantur, hodie hoc mane, proficiscentibus istuc fratribus istis quos superius nominavi, et sese, istic apud Rmam d. vestram sistere dicitantibus, offitii et summe perpetueque mee erga Rmam d. vestra observantie esse existimavi, cum per eos, tum per has literas, eandem salutare, et meam veterem, et fidelissimam servitutem ei nunctiare Novarum rerum, quas quidem ego sciam, hoc est, Tragedia illa, ob tot crimina Sophie Palatine Vitebscen obiecta, sopita et extincta

Punari

est, per arbitros (ut fieri solet apud nos) conniventte Rege, et utrumque criminatorem uzt, et criminatum, sententia et autoritate sua protegente. Interim, usque in diem hodiernam, preter innumeras querelas, calumnias, clamores, et quidnis potius quam iudicia, effectum hic est nihil, audivi aliquoties Regem ipsum, ea se molestia affici, quecitantem summa rerum, multorum et pene omnium iudicio, penes Gastoldum, Conventus iam pridem. Semel atque iterum Lituanis indictus, non dum initium cepit, aiunt, proximo die lunae, inchoandum, ad quem quidem conventum, satis frequens multitudo provincialium, huc confluxit, teritque tempus non sine molestia, quippe, cum res hodie minor est, heri quam fuit, nobis vero ex caritate rerum, propter summa inopiam et penuriam facit. Affui heri, Cum in Senatu relatum esset Livonios, preter Castellum quoddam, Georgii Radziuilonis, in finibus Livoniae situm, ab eis interceptum. Etiam multas incursiones in provintiam nostram facere, predasque aufere, ad quam relationem, nonnulli bellum frendebant. Principe tamen nil adhuc respondente. A domino Prussiae consiliarii Legati duo, heri sub vesperam huc venerunt, Doctor Fister Cancellarius, et Kunheym, Castelli Tapia prefectus, Audientur credo die Lune, et quibus cum Mandatis missi sunt, postquam ea exposuerint, non dubito quin ex literis publice mittendis Reverendissima dominatio vestra cognoscet. Nudiustertius, a Camenecen Capitaneo venerunt litere, Turcum, qui iam in procinctu ad Hungariam cum copiis fuerat, retrocesse significantes. De aliis rebus quid Reverendissime dominationi vestre significem, non habeo. Tantum rogo et obsecro ut curata in primis valetudine sua, me solita sua clementia prosequi dignetur et imperet mihi quod ei lubet, si modo ego ad aliquod ministerium obeundum, aptus et dignus inveniar. Alumnum etiam meum Przyasczki, si modo in pristina penitentia (quam pro erratis adolescentiae sue, sponte suscepit) perseverat benigno intuitu aliquando respiciat, Felicissimeque et diutissime valeat. Data Vilne, XX die Junii ante meridiem, Anno domini M. D. XXXVIII

Andreas Cricius Eps Plocen
Petro Tomiczki Cpo Cracovien

Rme et colendissime mi domine, Mitto Suffraganeum meum, qui
nisi venisset tandem, iam accinctus erat itineri Suffraganeus vestre
Rme d. nempe ego ipse, Vt et benefactorem meum inviserem,
et illi obsequium hoc prestarem, cum autem ipse Suffraganeus me-
us habeat alioquin istic sua quedam negotia, et ego illi viaticum
dedi, non opus est, ut expense tanta habeatur ratio. Ds. Gam-
rath offert non solum ius suum ad prebendam Posnanien. domi-
ni Opalenieczki, sed etiam omnia alia sua in gratiam vestre
Rme D. sicut ante fecit in Canonicatu Cracoviensi d. Gorski (de Miloslawio) cum
magno suo dispendio, et nulla hominis illius gratitudine vel fide.
Verum metuit, ne se iam aliquo pacto irretierit cum Lutomski, ne-
ve Procuratores constituisset cum iuramento ad resignandum,
non meminit enim recte, et notarius eius abest, cum primum re-
dierit, mox vre Rme D. declarabit, omniaque facturus est, que-
cumque illa iusserit, et sibi integrum erit, Commendo me gratie
vre Rme d. quam dominus deus servet semper sospitem et
felicem, Ex Ploczka die xiiiia Septembris Anno domini Mo.
Do. xxviiio.

Rogat meus Suffraganeus Vt commendem vre Rme D. eius
caussam in parrochiali Sanctæ Annæ. Si iusta est dignetur eo illi
suam gratiam et patrocinium exhibere, Commendo etiam huc
Cosminski eidem d. vestre Rme, et preces eius quas facturus est,

Petrus Tomiczki Eps Cracovien Chrfero de Schidlovec Castellano et Capito Crac: R. P. Cancellario

Mage domine, domine et amice honorandissime. In literis quas hic Cubicularius Comorniczki a Mte Regia ad me attulit, declarat mihi primum Mtas sua, quo responso dato Oratorem Serenissimi Regis Joannis absolverit, Deinde Mtas sua requirit consilium meum, simulque postulat, ut Mti sue perscriberem, qua ratione potissimum existimarem adigendos esse Nobiles Ducatus Masoniae, ad id contribuendum in defensionem publicam, quod et alii Mtis sue subditi iam prestiterunt, et Mtas sua illis postulante per Nuntios contribuendum iniunxerat, Preterea exponit mihi Mtas sua, quod ad se nuper d. Castellanus Lublinen scripsit, querens scilicet a Mte sua, an liceret sibi, si per occasionem posset, iuxta prescriptum in instructione decennii maius tempus Induciarum peticione sua complecti. Et ad illa quidem ego Mti sue quod saluberrimum magisque utile mihi fore videbitur, oportune respondebo. Ad hoc autem postremum, quid censeam et sentiam Magtie vre communicandum duxi. Et sane petendarum Induciarum ego propterea circumscripsi, et prefinivi decennii modum, quia et in Conventu proxime preterito, tantundem petendum erat constitutum, et mihi etiam ipsi ita videbatur sufficere, Extendens enim ego cogitationem meam ad ulteriora tempora, circumspiciens etiam federa, et societates vicinorum, omnium denique Christianorum leges, et professionem expendens, reperire non potui, aliquam singularem Reipublice nostre utilitatem, vel commodum exde provenire, et afferri posse, quod longior diuturniorque Induciarum dies cum infidelibus iniretur. Quinimo et hoc ipsum decennii tempus bifariam mihi iniiciebat metum, Ne regis vel a Principum Christianorum optima illa, sanctissima, veteri denique belli gerendi contra infideles deliberatione, et instituto desciscere, illique

aduersari velle videamur, quod illos proculdubio dissensionibus
et priuatis bellis, tandem compositis, suscepturos, prosequuturosque es-
se feliciter sperandum est, vel federum, et pactorum eorum indi-
cemur corruptores et violatores, pro quibus Mag.tia vestra, cum nos
nullis aliis dominis ad Ser.mum Regem Vladislaum in Hungari-
am post felicem coronationem Ser.mi Regis et domini nostri boni pub-
lici caussa fuerat profecta, et in quibus hoc expresse et nominatim
continetur, ne liceat alteri Regno seperatim, nisi coniunctim vel In-
ducias Thurcorum petere vel illis bellum inferre. E diuerso etiam ut
quodcumque horum duorum Regnorum ab ipsis Thurcis bello peteretur,
vel adoriretur, castraque eius finitima obsiderentur, ab altero omni auxilio
et subsidio adiuuaretur. Cuius rei conseruande quanta videatur esse
vtilitas vel uno exemplo patere potest, quod Regis Alberti cum Thurcis
Inducie procedere nequaquam potuissent, nisi Hungarorum in hac re
ope et consilio adiutus fuisset. Cum itaque ego et federa Hungarorum
sancte, et inuiolate obseruanda, et Christianorum Principum communio-
nem, consensionem ne si quando inciperetur contemnendam vel re-
linquendam non esse censerem, moderamine hoc decennii sum vsus,
In quo, quod id non vltra modum diuturnum esset, excusatio nobis ad
prenominata que obijci possent relinquitur, eritque in promptu. Siue
enim Principes Christiani culpabunt ab officio, siue Hungari a federi-
bus M.tem Regiam discessisse, quod oblita scilicet eorum, ad suscipien-
das cum Infidelibus Inducias descenderit, vtrumque depellere et de-
fendere hoc pacto licebit, quod non religionis et communis Christianorum
societatis contemptu vel federum Pannonicarum spretu, ducta M.tas
sua Inducias susceperit. Sed quod graue illi nimium videretur in
vicinia et finibus infidelium manenti, non prospexisse tantisper re-
gni sui paci et quieti, dum hec que gerantur inter Principes Christi-
anos, et inter Hungarie Regnicolas bella, dissensiones, et discordie
conquiescerent. Et hec erat, ac etiamnum est consilii mei de tan-
tis Induciis petendis ratio, quam Mag.cia vestra, pro sua prudentia
diligenter considerabit, coniuncta M.tis Regie in hac re senten-

tia, quam ex suis ad se datis literis facile perspiciet, Deinde arbitra,
tu suo et aliorum etiam dominorum consiliariorum Regni, quibus
id communicabit iudicio statuet et decernet, quicquid vtilissimum
reipub. fore duxerit, dominumque Castellanum Lublinensem instruat,
quo pacto id quod Mag^tie^ vestre, et ceteris dominis videbitur tracta,
re vel persequi debebit

Ego adhuc egritudine mea non sum liberatus, tametsi iam pauxi,
lum incipiam esse confirmatior et valentior, est enim hec ipsa egri,
tudo mea vt quelibet alia tenax et tarda, fortasse propterea, vt
cum medicorum conueniat prouerbio, quod et illis quottidie in ore
versatur, et Mag^tia^ vestra frequenter vsurpare solet, morbos sc(ilicet)
libratim venire vnciatim discedere. Spero tamen me sensim pri,
stinam valetudinem et vires ope dei optimi maximi et diligentia
medicorum, quos apud me habeo recuperaturum. Commendo,
me ex animo v(est)re Mag^tie^, quam dominus deus quamdiutissime co,
seruare cum suis omnibus pro sua gratia felicem et sospitem digne,
tur. Datum in Bodzeczin feria sexta Penthecostes. Anno domini
M°. D°. xxviii°.

Sigismundo primo Regi Polonie
Petrus Tomiczki Ep(iscop)s Vicecancell.

SACRA Regia M^tas^ et domine, domine clemen^me^.
Post humilem seruitutis et orationum mearum commendationem. Red,
didit mihi literas, hic M^tis^ v(est)re Serymae Cubicularius in quibus mihi et
domino Castellano Cracouien simul M^tas^ vestra mandabat, vt consul,
tatione habita, conueniremus inter nos, an vlteriores q(ua)m decenna,
les Induciæ, ab Imperatore Turcarum petende essent, et de hoc tem,
pore instrueremus do. Castellanum Lublinen, Significans nobis etiam

voluntatem suam eam esse ut longiores peterentur. Ego cum adhuc egritudine impeditus, cum domino Castellano una tunc non essem, Scripsi ad eum et ceteros dominos consiliarios Maiestatis vestre qui Cracovie morantur, sententiam deliberationis mee, ut ipsi collatis suis sententiis statuant, et una dominum Castellanum Lublinensem Oratorem Maiestatis vestre instruant, quid illi utilissimum petendum reip. causa existimaverint. Ego autem cum non censuerim ulteriores Inducias petendas esse, hanc meam duplicem illis afferebam rationem, quod scilicet et in Conventu proxime preterito, cui adversari non licet, tantundem petendum erat constitutum, et mihi etiam ipsi ita videbatur sufficere. Extendens enim ego cogitationem meam ad ulteriora tempora, circumspiciens etiam federa et societates vicinorum, omnium denique Christianorum leges et professionem expendens, reperire non potui, aliquam singularem Reipublice Regni Maiestatis vestre utilitatem vel commodum exinde provenire et afferri posse, ut longior diuturniorque Induciarum dies cum Infidelibus sumeretur, quinimo et hoc ipsum decennii tempus bifariam mihi iniiciebat metum, ne scilicet vel a Principum Christianorum optima illa sanctissimaque ac veteri denique belli gerendi contra Infideles, deliberatione et instituto, desistere illique adversari velle videamur, quod illos procul dubio dissensionibus et privatis bellis tandem compositis, suscepturos prosequuturos, que esse feliciter aliquando sperandum est, vel federum et pactorum eorum indicemur corruptores et violatores, pro quibus dominus Castellanus Cracoviensis, cum nonnullis aliis dominis ad Serenissimum dominum Regem Vladislaum bone memorie in Hungariam post felicem coronationem Serenissime Maiestatis vestre, boni publici caussa, fuerat profectus, et in quibus hoc expresse et nominatim continetur, ne liceat alteri Regno seperatim nisi coniunctim vel Inducias a Thurcis petere, vel istis bellum inferre, e diverso etiam ut quodcunque horum duorum Regnorum ab ipsis Thurcis bello peteretur vel adoriretur, castraque eius finitima obsiderentur, ab altero omni ope et subsidio adiuvaretur. Cuius rei observande, quanta videatur

esse vtilitas vel uno exemplo patere potest, quod Regis Alberti cum Thurcis Induciae procedere nequaquam potuissent, nisi Hungarorum in hac re, ope et consilio adiutus fuisset. Cum itaque ego et federa Hungarorum sancte et inviolate obseruanda, et Christianorum Principum communionem consensionemve, si quando insperaretur, contemnendam vel relinquendam non esse censerem, moderamine hoc decreuii sum vsus, in quo quod id non vltra modum diuturnum esset, excusatio nobis ad prenominata que obiici possent relinqueretur esseteque in promptu. Sive enim Principes Christiani culparent ab officio, siue Hungari a federibus, Mtem vestram discessisse, quod oblita sit eorum ad Inducias cum Infidelibus suscipiendas descenderit, vtrumque depellere et defendere hoc pacto liceret, quod non religionis et communis Christianorum societatis contemptu vel federum Pannoniorum spretu, ducta Mtas vestra Inducias cum Turco susceperit, sed quod graue illi nimium videretur in vicinia et finibus Infidelium manenti, non prospexisse tantisper Regni sui paci et quieti, dum hec que geruntur inter Principes Christianos et inter Hungariae Regnicolas bella, dissensionesque et discordie conquiescerent. Et hec erat, ac etiamnum est, consilii mei, de tantis Induciis petendis ratio, qua domini Consiliarii predicti pro sua prudentia diligenter considerata communicata etiam Mtis vestrae in hac re voluntate, arbitratu suo ram proculdubio statuent, et dominum Castellanum Lublinensem instruent, quid ex vtilitate et commodo Mtis vrae Seremae et Reipublicae peti debeat.

Scripserat preterea Mtas vestra Serenissima vt cum esset pretergressus mandata Mtis vrae D. Joannes Wieczwienski Castellanus Ploczensis in obeunda ad Serenissimum Regem Joannem legatione, alius ad hoc exequendum substitueretur. Domini Consiliarii qui Cracoviae sunt obtemperantes Mtis vestrae mandato, simulque videntes id fuisse necessarium, demandarunt D. Stanislao Tharlowi Secretario Mtis vestrae ad ipsum legationis negotium ad quod cum dignitate Mtis vestrae

obeundum, dederam ego illi sufficientem instructionem Ex qua legatione cum ille reversus, responsionis totius, sententiam, et verba in scripto, ad prenominatos dominos Consiliarios Cracoviam attulisset, Nihil dubito id eos scriptum per presentem Nunctium Mti vestre Serenissime cum ceteris rebus misisse, quare id nunc Mti vestre non repetam, id tantum referam, quod domini Consiliarii necessarium arbitrati, Vt Rege Joanne concordiam detrectante, dominus Opalieniczki legationem in alia verba commutaret, quam a me iam ante fuerat doctus et instructus, conscripserant novam illi mittendam instructionem. In qua cum ego id reperissem, quod si Sermo Ferdinando Regi Mtis vestre nomine, fuisset expositum, potuisset magnum motum in Repub. et difficultatem, Mti vestre primum deinde etiam omnibus nobis parere, aliam conscripsi pro mea industria instructionem, qua future paci et quieti Regni consuleretur, et Regis Joannis responsio non videatur postea a nobis cavillata vel expresse accusata, Illi etenim, domino Opalieniczki id dabant in mandatis, Vt is Regi Ferdinando nuncupatis verbis denuntiaret et deferret, eam esse Regis Joannis voluntatem, que tamen in eius responso vti Mtas vestra videbit nusquam deprehendi potest Vt nullis conditionibus propositis, pacem vel concordiam cum illius Mte ineat, eamque amplectatur, propterea quod cum Turcis conspiraverit, et in illorum auxilio plurimum confidat, quo audito et arrepto, crediderim ego Regem Ferdinandum acturum esse quam primum cum Mte vestra, ne huiusmodi perniciosum Regni Hungariae oppressorem, et quo duce et consultore nominis Christiani hostes ad depopulandam opulentissimam Christianorum Provinciam inducantur, in Regno suo foveat, et esse diutius patiatur, Ad que postulata oportet deinde Mtem vestram publica vti consultatione, et magna incommoda et impedimenta sustinere, Et id quoniam ego pro bono Mtis vestrae et totius Reipub. me fecisse arbitror, boni tamen et aequi libenter consulam quicquid domini Consiliarii communi consensu statuerint et iusserint domino

Opaliemczki agendum et dicendum apud Ser^mum Regem Ferdinandum esse.

De Nobilibus Masoviæ, hec est sententia mea, ut M^tas vestra missis ad illos nunctiis mandet illis seuere et imperet, sextonis de quolibet illorum laneo integram contributionem, pro communi defensione conferre, cum hoc ipsum etiam iura ipsorum declarant, ipsos debere M^ti vestræ Serenissime ex apprehensa iam felici Ducatus illius possessione et dominio. Si vero etiam tunc repugnaverint, dandum esse censeo negotium Prefectis Arcium et aliis presidibus Ciuitatum et officialibus M^tis vestræ, ut pignoribus captis astringant et cogant quemque ad prestandum id quod iure optimo M^ti vestræ ab illis debetur. Non dubito autem illos hac seueritate M^tis vestre permotos, omnia que illa volet, facile esse facturos

De indicto bello et denuntiatione inimiciarum et hostilitatis, quam fecit nuper D. Laski Palatinus Siradiensis, Ser^mo domino Regi Ferdinando et toti prouintiæ Transsiluaniæ, M^tas vestra planissime rem omnem cognoscet ex literis quas illi per presentem nunctium mittit Mag^cus D. Castellanus Cracovien

Egritudo mea deo sit gratia, plane me dimisit, affectione enim omni vacua iam sunt membra, que interiori parte clauduntur. Restat solummodo aurium tumor et aliquantula durities, ac ex inedia purgationibusque contractus langor, que etiam cura medicorum iusta ite ibi capiendi dieta, unctione denique et ambulatiuncula leni, facile distrahi et adimi mihi ad priorem que valetudinem omnia propediem reduci, confido. Commendo me iterum et humilem seruitutem meam M^ti vestre serenissime, quam optime incolumem et felicissimam cum suis omnibus esse, vehementer desidero. Datum in Bodzecin feria quinta intra octauam Corporis Christi

Diffidatio seu denunciatio hostilitatis a Hieronimo Laski Palat.o Siradiensi . Transilvanis .

PRincipio generi hominum est ab ipsa natura tributum, ut non ex
omni parte bonum iustum esse valeat, ac per se possit, eamque ob rem
quia natura nostra non esset perfecta, gratiam salvatoris accepi,
mus, qui pro peccatis nostris misere se subiciendo morti, misericordiam
planissime contritis promittere est dignatus, quique Petrum penitente
ac conversum, in sinum sue clementiae suscipere est dignatus, ut eo
exemplo, et alter alteri convertenti, et se peccasse confitenti ignosce,
ret. quod pietatis offitium non alijs magis nisi Regibus ac Principibus
convenit, Proinde ego Hieronymus de Lasko et in Kithwan, Palatinus
Siradien, ac Serenissimi Principis et domini domini Joannis dei gratia Hun,
gariae etc, Regis Consiliarius, cognitum habens errorem et defectio,
nem vestram ab eodem Serenissimo domino meo, et quia peccastis sicuti ho,
mines, ex Christiana pietate et genuina generosaque virtute mea, ad,
moneo vos omnes Regni Transilvaniae Incolas, rogo sicuti in fide Chri,
stiana fratres ut inductam temeritatem vestram, ut imbibitam erga
Serenissimum Rege dictum dominum meum infidelitatem repellatis ex
animis vestris et ex ipso Regno eradicatis et abiciatis, de temporeque si,
cuti eger medicinam, queratis salutem, Securis enim ad radices esse,
tempus illud non instat, sed imminet, quo videbitis me sicuti Regium Commis,
sarium, cum Valachiae Ill.mo Principe, cum Turcarum Tartarorumque
ingenti mole poenas querere, exigereque de inique agentibus, periuris
ac patriae pacis violatoribus, in quos tanto fiet atrocius, quanto consi,
derabo hanc meam admonitionem vobis ludibrio et abiectioni esse, Si
autem aliquis vestrum penitencia facti ductus, quesiverit gratiam, et
se gratiae Serenissimi domini mei Regis dicti subicere voluerit, quemlibet
talem ita promovere atque suscipere promitto per fidem meam Christia,
nam, et baptismi sacramentum ut nihil illi restare debeat, quod sibi

pro facto isto esset timendum. Scio enim paucorum quorundam malicia vos seductos esse, qui ut nomen aliquod haberent, et ut labores manuum pauperum exugilarent, loquacitate sua deduxerunt, vos bonos et pacis amatores, ad errorem, et ad hoc quod vobis iminet nisi conversi fueritis excidium. Ecce autem et illarum servitores nihil de Turcis ac Tartaris timeant, nam divina omnia intacta linquam nec alios persequi faciam, nisi infidos, et Ser^{mo} Regi domino meo inobedientes. Reliqui omnes sua negotia bene et absque timore transigat ad quos cum pervenerimus amabimus, et omnia victualia paratis persolvemus pecuniis Nam ita Imperator Turcorum amicus Regis mei incliti, ita ut Ill^t Transalpine Voywoda fieri commisit, Bonis ergo et fidelibus pax et amor, Defectoribus autem ac perfidis ignis ferrum, excidium, rapine, et omne hostilitatis genus. Datum in Regno Transalpino, die X. Aprilis. Anno domini. M^o D^o. XXVIII°.

Diffidatio Regi Ferdinando per Hieronimum Laski palatinum ex parte Joannis regis Ungarie

Mos est Ser^{me} Rex et certe laudabilis ut cum alter alteri se hostem constituat, ut tunc prius antequam quid hostiliter fiat, talem suum animum hosti significet, Sed cum ego iam annis est Ser^{mo} Principi et domino domino Joanni, inclyto Hungarie etc. Regi domino meo clementissimo me addixerim obsequiis, cumque in certis negotiis Gallias abiuissem, in reditu que meo ecce undique prope Hungariam omnia armis fremere conspexissem, miratus quid hoc sibi vellet, et quod Turcice tirannidis obliti, propria viscera laniarentur, multaque desuper investiganti, exemplar literarum arripuissem, quomodo Marchio Casimirus sub Ser^{tis} tue nomine bellum inclyto Regi ac domino meo annunciat, ut non solum domino meo, sed ut fit omnibus illi assistentibus, ac vidissem hanc exilem per,

sonam meam eo modo sicut et aliorum bonorum dicti Serenissimi domini mei Regis servitorum tali adnunctiationi inesse, timuique mihi tum nam hoc ipsum in media Bohemia didici, et suffurabar me omni arte ex dominiis Serenitatis tue, ac effeci ut incolumis ad dominum meum redierim Ubi submoratus aliquantulum, necessario consilio ad magnum Turcorum Imperatorem Orator discessi, ad parandam inter illum ac eundem Serenissimum dominum meum pacem atque amicitiam. Nam uno eodemque tempore presertim ob nonnullorum ad celsitudinem tuam ignominiosam defectionem nequaquam erat tutum cum eadem ac magno Turcorum domino bellum agere Principi meo, qui ex Germania, ubi Maiestas tua omnes suos habet. qui ex Polonia que ventri Maiestatem vestrarum adesse statueret, nullas gentes ad stipendia sua ducere potuit. Quamobrem licet mihi iam non amplius esset opus, hisce bellicis ceremoniis, nec esset opus, qui iterum Serenitati tue cum his se qui mecum veniunt hostem declarem, cui celsitudo tua medio Marchionis Casimiri in suis belli literis hostilitatem minata sicut et aliis est; Tamen genuina virtute mea dolendum tue celsitudini significo novum, quia ego conductis contractisque gentibus Turcis, Moldavis, Valachis, et Tartaris domino meo serviendum venio, Ubi me invitum hoc facere superos obtestor, cum tamen videam iniuriam Serenissimi domini mei Regis amplitudinem tuam opprimere velle, o quod bovem in foveam lapsum, etiam in die festo Evangelium iubeat extrahere, non excusare me potui quin facerem que iuberet ut servitor. Itaque omne id quod erit per me et gentes hasce actum contra Serenitatem tuam ac illius generaliter omnes subditos, ac etiam contra cunctos Serenitati tue quomodocunque assistentes, erit factum sicuti ab illo, qui exsuper abundanti virtuti, honorique consulendo, hostem se presentibus illi declaravit. prout presentibus declarat Datum ex Castris ad Targowische positis

&c.

Petrus Tomiczki Epus Cracouien. Vicecancell. Ioanni Karncowski Epo Premislien. Chroforo de Schidlowec Castell.o Et Capit.o Cracouiensi Cancell.o Nicolao de Ssidlowec eius fratri Castel.o Sandomirien. Thesaurario Regni Polonie.

R[me] et Mag[ci] domini, domini et amici honoran[mi]. Heri sub nocte rediit hic Nuntius ex Lituania et attulit omnibus nobis M[tis] Regie literas, quibus illius M[tas] declarat non placere sibi factum D. Laski qui iniussus arbitratu suo reipub. negotium cum Turcis egit, suspicatur etiam et metuit M[tas] sua, ne hec illius vana cura, et inanis tractatio, obesse, et aliquam difficultatem afferre possit petitionibus et postulatis, que sit illic facturus Orator sue M[tis]. Quare mandat illius M[tas], ut D. Castellanum Lublinen. Nos qui primum de hac re faciamus certiorem illiq; ut iam sine omni mora ad obeundam sibi demandatam prouinciam proficiscatur, demus in mandatis, ad quem ego M[tis] sue voluntati mature cupiens obsequi Misi extemplo meum proprium ea de re Nuntium. Restat ut D[es]. vestre quoq; illum quod attinet ad Inducias decennales vel ulteriores petendas, tempori faciat certiorem, quod rogo faciant cito, ne illi sit causa diutius hic terendi temporis, et moram negotiis reipublice periculosam faciendi. Nam quod ad me attinet, stat mihi prior sententia, quam D[s]. vestris perscripsi, tametsi non minus mihi, qui cuiuis possit, dulcis et optata hec res admodum videtur, que diuturnitatem pacis et quietis publice in se complectatur, seruiendum tamen federibus vicini Regni, habendamq; pre oculis, et metuendam Christianorum Dnm Principum indignationem, et liberius accusationem duxi. Vestre tamen D. collatis pluribus sententiis constituent, quod magis ad reipublice utilitatem et commodum arbitrabuntur pertinere, ego enim Maiorum iudicio et sententia in hac re facile acquiescam. Commendo me et studium meum fraterno amori et beneuolentie D. Vrarum, quas felicissimas et bene incolumes esse omnes vehementer desidero. Datum

Joanni de Tanczin Castellano Lublinen[si] oratori ad Cesarem Turcorum designato

Petrus Tomicius Eps

Mag[nifi]ce domine, amice michi char[issi]me. Heri rediit ad me nuncius ille qui l[itte]ras a d[omi]no Laski scriptas ad regiam M[aiesta]tem tulerat: attulit q[ue] michi vna cum alijs dominis Consiliarijs, a M[aiesta]te sua l[itte]ras, quibus id datur omnibus nobis in mandatis, vt D[ominatione]m v[est]ram in primum ad profectionem celerius faciendam horta: remur. declararemus q[uod] eidem D[ominationi] v[est]re hanc esse M[aiesta]tis sue voluntatem, ne cunctetur amplius quoq[ue] sed moveat se loco protinus, et feliciter discedat. De Inducijs petendis prescribent tempus hij domini Consiliarij qui Cracovie commorantur: et de sua sententia et voluntate D[ominatione]m v[est]ram nonmulto post faciet certiorem, si hactenus non fecerunt. Cum autem ad Imperatorem Turcorum D[ominatio] v[est]ra pervenerit, dabit operam diligentem, ne quid preter mandatum regie M[aiesta]tis, et instructionis date formam agat. dissimulans ea se scire, et affirmans etiam M[aiesta]ti regie fuisse tum incognita, cum proficisceretur, que dominus Laski illic missus communi nomine egerat et pepigerat. displicet enim magnopere M[aiesta]ti regie ista hominis au: datia et impudens curiositas. prout id ex exemplo l[itte]rarum M[aiesta]tis sue quod cum p[rese]ntibus mitto D[ominatio] v[est]ra cog: noscet. Rogo autem Mag[nificen]tiam v[est]ram. vt michi Tapetum illic elegans et elaboratum, idq[ue] amplum et oblongum emi faciat, ad quod illi Tri: ginta aureos per presentem puerum mitto. Operam vero istam meam illi vicissim benevolenti et amica gratificatione curabo semper referre.

Status meę valetudinis dei benignitate iam est
melior. Natura enim fortificata expulit reliquias
morbi ad pedes. qui tametsi propterea intumuerint
spero tamen, quod et hac molestia breui ero liberatus
leuatus, plenamque et perfectam recipiam sanitatem.
Optime valeat et sit felix D^o v^ra, ad nosque rebus
ex sententia confectis redeat sospes et bene inco-
lumis. Dat.





[illegible]

[illegible] Natura [illegible]
[illegible]
opere tamen [illegible]
[illegible] plenaque et [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancellarius Christophoro de Ssidlowec Castellano & Capitaneo Cracouiensi Regni Polonie Cancello. Rostinen. Sochaczewien. Corczinen. Capitaneo.

Mag^ce domine domine et amice honoran^me. Heri sunt allate ad me he M^tis Regiae litere, quibus communicatum mihi et Mag^cie vestre, illius M^tas, simul et legationis R^mi domini Archiepi Colocen. Nuntii Ser^mi Regis Joannis, argumentum et responsionis sue rationem exponit. Eas literas cum ego legissem, et una probassem illius M^tis in respondendo sententiam, iterum ad Mag^ciam vestram per hunc cubicularium mitto. Quia tamen M^tas sua non putat necessariam legationem ad Ser^mum Regem Ferdinandum de pace et concordia institutam, si ita ut litere indicant pertinax et obstinatus Ser^mus Rex Joannes in tuendo et vindicando iure suscepti diadematis sui esse voluerit. Videretur mihi fore ei negotio magnopere consentaneum, id quod M^tas quoque Regia censet, ut d^nus Opalienczki si non est adhuc profectus, presens, si vero discessit, per Nuntium Mag^cie vestre admoneatur et instruatur, ne prius aliquid cum Rege Ferdinando de pace agat quam a nobis sit per literas vel nuntium, certior de hac re factus. Eatque nunc solummodo ad Conventum Imperii, ea curaturus, que in instructione ad eundem Conventum sibi data continentur. Nos vero interim per aliquem alium M^tis Regiae Nuntium si id obire ut erat constitutum D. Plocen. amplius noluerit, pertentabimus et exquiremus Ser^mi Regis Joannis de hac re voluntatem, qua habita faciemus demum certiorem eundem D. Opalienczki, tractare necne debeat pacis et concordie prenominate legationem, cum Ser^mo domino Rege Ferdinando. Cum autem D. Castellanus Plocen. obaudiverit hactenus iussa et mandata M^tis Regiae, non videtur amplius consultum propter mortis periculum, eum expectare, vel ad illum mittere. Sed operepretium videtur potius, ut Mag^cia vestra D. Marschalcum Curie, vel D. Praemislien. ad Ser^mum Regem Joannem, mittat.

admonendi et exhortandi Illum, gratia, vt cum Ser^mo Rege Ferdinando dictam pacem et concordiam suscipere et inire velit, et si ipsimus hoc detrectauerint, alium quempiam ad id idoneum designet, cui ego cum fratre per literas Mag^cie vestre admonitus, et literas credentiales et reliquam eius rei instructionem celeriter mittam, ita enim est in animo meo constitutum, ea, que ad reipublice commodum et vtilitatem, Ser^mique domini nostri voluntatem et dignitatem pertinent, in hac etiam valetudinis mea imbecillitate diligenter curare velle. Commendo me iterum atque iterum amori et solite beneuolentie Mag^cie vestre. Quam cum suis omnibus felicissimam esse et optime incolumem vehementer opto. Datum.

Mitto vestre Mag^cie exemplum literarum, quas nuper R^mus D. Brodericus Ep^us Sirmiensis ad me dederat, ex quo intelliget facile Mag^cia vestra, partem ipsorum nullo pacto se regno et diademate suscepto abdicare velle.

Legatio a Sigismundo primo rege Polonie ad Joannem regem vngarie in Tarnow degentem data Stanislao Tarloni Can^co Crac' Secretario

ORAtor premissis, que de more premittenda videbuntur, dicet in hunc qui sequitur modum

Non esse ignotum SER^mo Regi, quanto studio ac diligentia quesiuit Regia M^tas ab eo tempore, quo Ser^mus Rex sit ad culmen Regii fastigii euectus, modum, quo sua M^tas potuerit Regnum illud pacifice possidere, et cum Ser^mo Rege Ferdinando aduersario suo per q[ue] optimis ac facilimis condicionibus concordare, atque in hoc M^tem Regiam non cure ac labori suo ~~ac labori suo~~ et suorum, non expensis satis grauibus pepercisse. Que licet omnia, malo quodam fato videat

aliter quam optabat cecidisse, et rem in eum statum esse adductã,
ut ferro iam per multos menses inter suam Mtem et Regem Ferdinã,
dum decertatum sit, cum maximo Regni illius miserrimi detrimento,
illiusque Mtem adversario suo cedere, et e Regno suo discedere coacta
esse, se tamen ne quid penitus omittat, quod pro salute reipublice Chri-
ane, pro honore et commodo sue Mtis facere possit, statuisse rursus,
utrumque Regem tentare, si qua inter eos pax et concordia fieri possit,
et nunc hunc novissimum tot suis prioribus laboribus actum, superadde-
re, quod si quid proficiat in commune, se publico totius Christiane Reip.
nomine sibi vehementissime gratulaturam et Deo ac Regibus
ipsis gratias acturam, sin minus deploraturam se perpetuo, miserç
Hungariç, alterius patriç suç, ac totius Christianitatis nominis, infoe-
licem sortem

Misisse igitur dicat dnus Orator huius rei gratia ad utrumque Rege
cum diligentissimis mandatis, se ad suam Mtem, alterum eodem
tempore, ad Regem Ferdinandum esse missum, utrumque ad pacem,
si qua eius adhuc spes supersit suadendum

Motam autem esse Regiam Mtem ad hoc, tum amore, quo Regem
utrumque et eorum commoda, et honorem prosequatur, et quo Christia-
ne Reipublice recte perspectum esse velit, tum quod intelligat, pro
certo Turcum facere, pro estate futura, maximos apparatus, maiores
etiam, quam tunc fecerit, quando Serenissimus olim Rex Ludovicus, Ne-
pos Regie Mtis interiit, invasurum omnino hoc anno, et occupaturum
Hungariam, hoc sibi ab eo esse nunciata, cui et constent consilia et
acta Caesaris Turcorum, et soleat sue Mti non nisi veritatem nunciare

Mtem Serenissimi Regis sue, quales sint cum Turco intelligentie et
tractatus, hoc unum sibi compertum esse, qualescumque illi sint, et
quicquid sue Mti Turcus promittat, siquidem aliquid promittit, pa-
rum esse promissis illius fidendum, etiam si omnia latissima ac se-

cirissima polliceatur, verendum esse, ne dum fingat se venire in auxilium, veniat in exitium, quod si etiam praestet nunc quod polliceatur, paulo tamen post, gravem fore et intollerabilem eius amicitiam, et tam suae M^ti Regnoque Hungariae, quam aliis vicinis Regnis perniciosam, praesertim huius moderni Imperatoris Turcorum, qui omnes maiores suos belli gloria, felicitate, et rerum gestarum magnitudine supergressum verissimile est, nihil aliud nisi totius Christiani orbis imperium animo agitare, qui si quid promiserit, tam diu duntaxat servabit, quousque ei commodum videbitur, his artibus maiores eius peperisse, magna ex parte, quicquid habent, praesertim in Europa

Quod si Rex Hungariae nullam habeat cum eo vel fortasse incertam adhuc atque ambiguam intelligentiam, tanto magis periculosum esse dicat Orator ex illius nutu et arbitrio pendere, qui sit Christianorum omnium ex professo hostis, cuius in Christianos crudelitas, si unquam alibi, nunc certe in Hungaria maxime apparet, Itaque Serenissimus Rex diligenter animo perpendat, quid agat, quales cum eo tractatus habeat, M^tem Regiam ea tantum consulere, quae sibi optima, et tam honori ac saluti M^tis suae, quam conservationi Hungariae et reliquae Christianitatis, videantur esse accommodata, melius esse, quomodocunque se habeant res suae M^tis, cum Turco per aliquas pacis conditiones, cum Christiano potius adversario concordare, quam hostem illum teterrimum in rempublicam Christianam inducere, et causam praebere alicuius magni mali, quod nunc fortasse, neque sua M^tas neque alii tam facile considerare possunt. Erunt qui ea quae ex hoc sequi possunt Ferdinando Regi, sed non deerunt, qui et suae M^ti ascribant, quae cum viderit tantas Regni Hungariae et tam recentes ruinas, Campis omnibus et oppidis atque villis, adhuc recenti cruore madentibus, et humanis cadaveribus plenis, susceperit Regnum, tutatu difficillimum, non expectato, quod illi dicunt, consueto ac legitimo omnium Consensu praecipitantius fortasse, quam in tali casu debuisset regno iam tunc in

diuersas partes scisso, non ignara si geminum habitura hostem, et vtrumque potentissimum, et fieri posse, vt qui in hunc modum fuerint Mtis suę immaturam obedientiam secuti, non difficulter essent data occasione à sua Mte recessuri. Quod tamen ipsum licet non dubitet Mtas Regia Regem Joannem, optimis de causis et optimo animo fecisse, non deesse tamen etiam ex amicis suę Mtis et fautoribus, qui hec non usquaquaque probent.

Oratores suę Mtis, tam in Conuentu Olomucen quam in Piotrcouiensi diligentissime egisse causam suę Mtis multa adduxisse pro causę eius iustificatione, sed aduersarium adhuc prestare in sua Mte eo nomine criminanda, quod non liberis populorum suffragiis sit in Regem electa sed per factiones illud occupare festinauerit. Cuius rei comprobande gratia ostentarunt eius Oratores literas quasdam, sigillo suę Mtis et aliorum qui cum sua Mte eo tempore in Thokai erant congregati obsignatas minarum atrocissimarum plenas. que licet Regia Mtas nõ propterea commemoret, quod rem aduersarii velit per hoc facere firmiorem, vel rem suę Mtis inualidiorem, sed quòd putat non defuturos, neque nunc deesse scit multos qui quicquid incomodi ex his dissensionibus vel Regnum Hungariæ, vel alia Regna Christianitatis acceperint id non solum Ferdinando, sed etiam suę Mti sint ob predictas causas ascripturi, sed siue vni, siue alteri ex eis hec culpa ascribatur, illud erit perpetuo dolendum, quod inter istas duorum Regum, pro regno Hungariæ contentiones, et mutuas in alterutrum culpæ huius reiectiones, Regnum omniũ que Europa habet nobilissimum ac ditissimum peribit, cum ingenti et apertissimo Regnorum aliorum ei vicinorum discrimine, Peribit ante non Ferdinandi, sed suę Mtis patria, et longe maiore suę Mtis quam Ferdinandi iactura, quippe cui non desint Hungaria amissa aliæ innumeræ et satis opulente prouincia, Mtem autem suam quid aliud habere siue Regni siue patrimonii, nisi quod finibus Hungariæ continetur.

Itaque si Serenissimus Rex sana Mtis suę consilia amplecti velit, considerabit

etiam atque etiam quid faciat et subibit potius quasvis cum adversario conditiones, quam hanc vel iacturam vel notam perdite patrie, et in tantum discrimen adducte universe reipub. christiane in se et in posteros suos recipiat. Misisse se quod supradictum sit, ad Regem Ferdinandum, dedisse Oratori illuc misso accuratissima mandata dare omnem operam, ut ille cum sua Mte concordiam aliquam tollerabilem ineat, Si tamen ab eo id impetrari nullo modo possit, agat dnus Orator, apud Serenissimum Regem ut omnia potius faciat, quam ad istas extremitates veniat patrie tanto discrimini obiiciende, donet hoc quod faciet Deo, et eius sacre religioni veniat ad aliquas conditiones tolerabiles, cum adversario suo ineundas, non ponat autem sua Mtas spem magnam in principibus amicis, videt illos ita occupatos in suis negotiis, ut negotiis sue Mtis vacare non possint

Credat sua Mtas id quod revera res se habet, eo rem sue Mtis esse deductam, nisi deus miro aliquo modo aliter rebus sue Mtis prospexit, ut se vix possit ab uno hoste, nisi per alium hostem defendere, et eum quidem toto Christiano nomini infensissimum, ac propterea valde sue etiam Mti periculosissimum. Relinquat igitur amore dei sua Mtas has periculosas et non dignas Christiano Principe cogitationes, convertat potius eo animum, unde possit oriri maximus honor sue Mti et salus totius reipublice Christiane, quam rebus omnibus anteponat, et sit contenta armis depositis pacem inter se et adversarium suum

His et similibus, in hanc tamen sententiam coram rege expositis, conetur dnus Orator omnino Regem in Sententiam Regie Mtis adducere

Quod si viderit quod ita obscurum vix esse poterit, quin illud aliunde persentiscat, Regem spem habere in Turci auxiliis, ac eam ob causam esse duriorem, ac in sententia sua pertinaciorem, conetur tamen eum ab amicitia Turci avellere quantum poterit, illis que superius dicte sunt, rationibus, et aliis, si quas meliores, pro rei et temporis qualitate recipere (reperire) poterit

Agat etiam de his ijsdem rebus, et in hanc ipsam sententiam, cum potiorib. Consiliarijs regijs, cum Archiepo Colocen, cum Oratore Regis Christianissimi, cum Cancellario, cum Magro Curiae, cum Epo Varadiensi, cum Joanne Statilio Preposito Buden, sed in primis cum Archiepo Colocen, et Oratore Regis Franciae

Ceterum ubi Orator omnem in his diligentiam adhibuerit si viderit regem, et suos omnino pertinaces, neque ad id quod sibi sit commissum ullo modo inclinabiles, querat postremo a Rege quid sit, quod tandem sit Mtas sua ad hanc petitionem et tot exhortationes Regiae Mtis, pro salute publica factura, ne cum nullo prorsus responso Orator redeat ad regiam Mtem, et ut Mtas Regia intellecta finali voluntate suae Mtis et regis Ferdinandi possit intelligi, si quis adhuc modus sit pacis inter eos tractande, hoc animo excipiat Orator a Serenissimo Rege si nihil aliud obtinere poterit

Postremo quicquid responsi a Rege Orator habuerit, offerat tamen ei Mtem Regiam ad omnia que pro honore commodo et dignitate suae Mtis facere possit, paratam et similia, que in hanc sententiam dicenda et offerenda videbuntur.

Responsum a Joanne rege Vngariae datum Stanislao Tarlori Secretario ac Oratori regis Poloniae Sigismundi primi In Tarnow.

Rnde domine Orator. SERma Regia Mtas dnus noster clemenmus agit amplissimas gratias Mti Serenmi Regis Poloniae, vti affini et patri suo honorandissimo et charissimo, quod sua Mtas dignata sit, medio oratoris sui, vram vzt d. Rndam sese inuisere, quod quidem officium, licet Mti Regiae serius sit, vel opinione, vel expectatione suae Mtis exhibitum, non possunt tamen esse non omnia gratissima suae Mti, quaecunque ab amantissimo patre in filium deditissimum proficiscuntur, etiam si sera sint, et multo ante expectata.

Quod autem attinet ad materiam legationis pro qua peculiariter vestra d. Rnda ad suam Mtem est missa, exhortandae suae Mtis gratia, ad ineundam concordiam cum hoste suo Rege Bohemiae Ferdinando de qua re plura disseruit, vra do. longa et eleganti oratione.

Primum recenti memoria tenet sua Mtas, quantum operae laboris, et diligentiae exhibuerit, Serenmus dnus Rex vester et ipse per se, et per suos, in ea re, adoptatum finem perducenda, quo etiam nomine amplissimas gratias agit sua Sacra Mtas Serenmo Regi, offerens vicissim, omnem operam, studium, laborem, solicitudinem suam, ad ea omnia facienda quae vnquam viderit pertinere, ad honorem, comodum et amplitudinem Serenmi Regis vestri. Illud sua Mtas negare non potest (quod cum bona venia ipsius Serenmi Regis dictum sit) desiderasse suam Mtem, quod in ista concordiae inter se et Regem Ferdinandum tractatione, Serenmus Rex non habuisset, tot respectus, et quod maiore aliquanto et ardentiore animo amplexus fuisset, id quod iustum esse et aequum videat, et quod, cum videret

Serenissimus Rex, adversarium suum, omnia aequa et iusta adeo pertinaciter recusare, et videret ex discordiis, ad quas animus adversarii inclinabat, non nisi bella intestina, et caedes sequi, innumeraque certa toti Christianae reipublicae pericula, optasset Regia Mtas, quod Serenissimus Rex amplexus fuisset aliquam aliam viam leniorem et breviorem, qua utrumque Regnum, tam sua Mtas Regia, quam Ferdinandus coactus fuisset sese intra fines iustitiae continere, quod si fecisset, proculdubio nunc essemus omnes extra omne periculum, et adversarius etiam (qui magni tunc commodum esse putabat Regnum Hungariae sibi subigere) a tot difficultatibus in quas se inscius imprudensque coniecit (dum aliena adeo avide expetit) longissime abesset.

Quod ad concordiam ipsam attinet, neminem esse dicit Mtas Regia in toto terrarum orbe, maiorem locupletioremque sibi testem, quam Serenissimum Regem, (qui semper paratam obtulisse ad omnia iusta et honesta, etiam cum aliquo rerum et iurium suorum detrimento, paratam praeterea se fuisse ab initio, ad causam suam iudicio suae Mtis, vel cuiuscumque alterius Principis, vel etiam privati hominis Christiani, submittendam. Nescit Mtas Regia, quid amplius vel ipsa facere potuisset, vel a se exigi deberet. Paratum autem ad hoc fuisse, tunc, cum nondum Ferdinandus corruptis suis proditoribus, regnum invasisset, et cum adhuc Mti Regiae, omnia illa essent tuta ac secura, quae postea vis ac fraus adversarii, fecit infesta.

Immo dicit sua Mtas, neque nunc se esse alienam a concordia cum adversario ineunda, etiam post tot sua damna et iniurias inauditas et horrendas, dummodo Mtas sua intelligat conditiones quibus concordia huiusdi fieri debeat

Hortatur Serenissimus Rex vester, ut interim dum de concordia agitur deponantur arma, miratur Mtas Regia, quomodo videatur Sermo Regi iustum esse, id a se exigi, qui videt adversarium suum arma

impia in manibus habere, et a nullo genere hostilitatis et crudelitatis, plusquam barbarae in Regno et patrimonio suo exercende, etiam nunc cessare, neque credit Maiestas Regia, in manu et potestate Serenissimi Regis Poloniae esse Ferdinando hosti arma impia e manibus extorquere, non videt ergo quare a se id Serenissimus Rex exigat, ad quod adversarium inducere posse non credit. Ista exhortatio armorum deponendorum, vel non capiendorum, potius illius fortasse temporis erat, quando Serenissimus Rex videbat adversarium omnia iusta et aequa recusantem, sola rempublicam Christianam perdendi et dominia sua, per phas et nephas latius extendi cupiditate ductum, ferrum crudele stringere, in Regem legittimum, Serenissimo Regi vicinum, amicum, confederatum, affinem, et quem, in locum filii receperat, non huius presentis temporis, quando iam adversarius nihil non peregit, quodcumque illius animo insatiabili collibuit, et rem etiam publicam, in summum, sine dubio, discrimen adduxit, quoniam res Maiestatis Regiae, in eo loco sint, ut auxilio dei, et suae Maiestatis provisione, possint in optatum statum reduci.

Monet Serenissimus Rex Poloniae, Maiestatem Regiam, paterno affectu, ne notam amissi Regni Hungariae (si quid illi per hec contingat) in se, et in posteros suos recipiat, miratur hoc quoque Regia Maiestas, posse reperiri vel nunc vel in posterum aliquem adeo iniquum iudicem actionum humanarum, qui hanc culpam sibi potius ascribere ausit, qui omnia extrema passus sit, ne aliquid reipublice Christiane incommodaretur, quam illi qui Regnum alienum, iniuste invadendo, maximam occasionem hosti potentissimo dedit, reipublice Christiane invadende. Illum certum est, si Maiestatis Regiae status, per hanc iniustissimam invasionem non fuisset turbatus, Maiestatem Regiam talem viam fuisse Regni Hungariae defendendi ingressam, quod non solum regnum ipsum extitisset conservatum, sed etiam omnia, que annis superioribus amissa fuerunt sola fortasse Nandoralba, sive Belgrado excepta, cum maximo totius Christiane reipublice commodo fuissent recuperata

Perdende Hungariae, si tamen periret (quod deus optimus avertat) causam ille dabit, qui hos optimos et reipublicae Christianae utilissimos et iam paratos tractatus, et actiones pro magna parte conclusas, cum mago fortunarum Regiae M^tis dispendio, et infinito labore, insana regnandi cupidine, ductus subuertit, et ille qui cum Deo et hominibus conscius) non esset sufficiens, ad sua tuenda, spargere tamen et literis et nunctiis non cessavit, per omnes Turco vicinas provincias sese expeditionem contra eum parare, qui nunc quoque hoc idem et per Hungariam, et per Transalpinam spargit, per quod quantum Principem omnium potentissimum provocaverit et irritaverit facile quisque considerare potest, Sciunt omnes eam esse naturam Turci, Ut quemadmodum, qui parat et molitur aliquid id non soleat predicare Ita aliorum apparatus, minas, et terriculamenta non semper putet esse iocos, presertim si hec a tali Principe veniant qui preterquam quod fratrem habet Caesarem et Hispaniarum ac aliorum Regnorum Regem, ipse etiam tot titulis abundet Ut uel solus tot amplissimorum Titulorum numerus, terrere possit, quemcunque potentissimum Principem.

Illud etiam considerare debet Serenissimus Rex, et ab initio considerare, et ita sibi persuadere debuisset, Turcum ob multas causas, Ferdinandum nunquam fuisse laturum in sua vicinitate, quas causas, quia per Oratores suos sit alias non semel M^tas Regia esse expositas sue M^ti non pergit nunc commemorare. Regiam M^tem autem facilime toleraret, rursus ob alias causas illis contrarias

M^tem Regiam, licet ab initio potuisset habere Turcum ad suum nutum, abstinuisse tamen ab hoc genere federum, Sed quando vidit Ferdinandum per plures literas manu sua subscriptas, per homines M^tis Regiae intercaptas (que apud M^tem suam existunt) agere apud prefectos Turci promissis et corruptionibus, pro pace et amicitia Turci habenda Ut se inde quoque contra M^tem Regiam, faceret fortiorem, M^tas etiam Regia coacta est cogitare de remedio, ne illinc quoque ab adversario supplan,

retur, nec tamen prius ad Thurcum misit, quae et a proditoribus suis destituta, et ab adversario in tantum oppressa, ut coarcta fuerit, solio Regni sui relicto, in Transsilvaniam se conferre, neque tunc alia egit per Oratorem suum cum Turco, nisi, que essent toti reipublice Christiane et Regno Hungariae salutaria, neque in hiis tractatibus qui cum Turco haberi debeant, et de facto iam habiti sunt oblita fuit, Regni Polonie prout Serenissimus Rex id poterit liquido intelligere, si hactenus iam non intellexit, et si intellexit, expectasset Maiestas Regia, a Serenissimo Rege, aliquam grati animi, pro hoc fraterno offitio significationem, pro quodam quasi fructu huius sui laboris, et opere, rebus et commodo sue Maiestatis impense, dicit Maiestas Regia, omnes actiones suas ab initio usque in presentem horam, vere Christianas et Christiano Principe fuisse dignas. Quod si Maiestate Regia, coarcta postmodum (suorum magis proditione, quam armis adversarii, que sibi parum nocere potuissent) regno etiam cedere, Turcus ab isto glorioso milite, toties provocatus veniat, et Regnum in manibus eius inventum, Maiestate Regia in eo non reperta pro se occupet, in perpetuam rei Christiane iacturam, cuius erit culpa, Regis ne iniustissime turbati, qui regnum sine dubio reipublice Christiane conservasset, an eius qui Rege legitimo turbato, tanta toties tam magnifice ac gloriose de se pollicitus, Regnum conservare nequiverit. Imo iam egregia iecerit Regni ab hoste strenue defendendi fundamenta, et Jaicza Nobilissima Arce, cum pluribus aliis Arcibus, et nuper (ut nunc Maiestati Regiae scribitur) Segnia et Clisio turpiter amissis, cum tamen Maiestate Regia, Regnum in manibus libere habente ne minima quidem terre particula, in manus Turci devenerit

Dicit Maiestas Regia, non fuisse, nec esse in sua potestate reprimere Turcum, si ad Regnum hoc pacto, per Ferdinandum etiam afflictum, per Maiestatem autem suam (quam Turcus in Regno si reperiret proculdubio tolleraret) Ferdinandi et proditorum iniuria desertam venire, et illud occupare voluerit, et ut verbis Maiestatis Regiae utamur, non habet sua Maiestas voluntatem et potenciam Turci, in manica vestimenti

sui, ut eam pro libitu suo vel effundere vel in manica retinere possit, presertim cum Turcus adeo sit potens, et ita patentem viam sibi paraverit in Hungariam, cuius rei ignarus fortasse Rex Bohemiæ vel fortune, ac viribus suis, plus iusto confisus, nimis ferventem Toxarem aut loricam induit, quam non erit ita facile abirere, ut fuit induere

Illud Ser^mus Rex non ignorat Ferdinandum hunc tam strenuum Christiani nominis propugnatorem, nunc etiam habere Oratores suos, apud Turcum, pacem suppliciter ab eo petentes, cum tributo Turco ex misera Hungaria (ut certo M^tas Regia intelligit) quotannis pendendo

Miratur Regia M^tas, de illis si qui forte sunt, qui credant, vel Ser^mo Regi persuadere conantur, rebus presertim Christianis ita se habentibus ut se habent, posse regnum Hungariæ lacerum, et ex omni parte apertum atque hosti patens, facilius armis per Ferdinandum tutari, quam per M^tem Regiam Induciis et pace conservari, Miratur etiam si quis omnino reperiatur, qui credere possit, hec Regna Turco vicina (Christianis Principibus inter se digladiantibus) aliter quam per pacem et Inducias posse subsistere, Turci potentia in tantum iam adducta

Illud etiam miratur M^tas Regia, si qui sint, qui credant Hungaros (si libere sint eorum voluntates) maiori amore prosequi Ferdinandum quam sui sanguinis et suæ linguæ Regem et quem (absit iniuria verbo) sunt ab incunabulis (quod toti mundo constat) mirabili et incredibili amore atque observantia prosecuti

Illud quoque miratur Regia M^tas, quod Ferdinandus spem aliquam ponere possit in natione, nationi suæ naturaliter inimica, et a se per vim et arma, ac paucorum proditionem sublata acta. Quorum in se amorem si aliquandiu in Hungaria regnaret (quod deus avertat) brevi experiretur, sicut alii aliquando sunt experti, quo genere exemplorum nostri annales sunt referti

Retulit do. V.ra, nomine Regio, nescio quas falsas calumnias adver
sarii de Regno per factiones et non liberis populorum votis adepto,
fecit praeterea mentionem de quibusdam liis minacibus, ex Conventu
publico in Thokai celebrato, ad Regnicolas missis, miratur M.tas Regia
quod Ser.mus Rex huiusmodi calumniis, fidem aliquam adhibeat, prae
sertim cum tota huius rei series, sit abunde toties coram eius M.te
explicata.

Illud certum est, neminem esse in tota Hungaria, qui possit cum veri
tate dicere, sibi vim esse aliquam, vel iniuriam illatam, ob hoc ut
in M.tem Regiam consentiret. Quod quidem ita esse satis probavit
Conventus ille publicus, totius Regni Hungariae, In quadragesima
anni praeteriti, tanta omnium frequentia et consensu celebratus, ad
quem Ferdinandus Nuncium cum suis literis miserat, cui per literas
omnium ordinum, et totius Regni, nominibus et Sigillis omnium tam
dominorum qui potiorum Regni comitatuum et Nobilium, eorum
potissimum, qui ex fidelibus et potioribus optimatibus, corruptione
adversarii, postea proditores sunt effecti, ita responsum fuit. Ut
Ferdinandus ex illo etiam totius Regni responso, potuerit facile intel
ligere, Nationis Hungaricae erga se amorem et affectum, quippe
quae liis huiusmodi sit manifeste testata, eum numquam Regem habituram
et sicut nemo est in tota Hungaria, qui contra M.tem Regiam in hac
parte aliquid dicere possit, et iuste conqueri. Ita per contrarium
si rei veritas inquiratur paucissimos et fere nullos, praeter capita
proditionum, reperias, in toto Regno, qui non inviti et coacti iugum
servitutis Ferdinandicae subierint, desinant igitur hoc nomine vel
adversarii Regiam M.tem criminari, vel Ser.mus Rex ista cre
dere, quibus contraria sit esse vera

Nam quod ad illas literas attinet, illae primum non fuerunt nomine
solius suae M.tis scriptae, sed nomine omnium fere, dominorum et potiorum
Regni Nobilium. Deinde si severiores aliquanto fuerunt, necessitas

temporis id maxime tunc exigebat, Vt rebus regni collapsis, et in
tantam ruinam adductis, maiore procerum et Nobilium parte, pau-
lo ante, extincta, ab his qui superant, sine mora consuleretur, hoste
vix adhuc limites Regni egresso, et toto regno mirum in modum
perturbato

Nunciat Serenissimus Rex, eo etiam nomine criminari adversarium Regi-
am Mtem, quod praecipitanter et non expectato, consueto et legitimo Regni
Conventu, susceperit Regnum tutatu difficillimum, ad haec licet sa-
tis responsum esse videatur, et per ea que superius dicta sunt, et in
Conventu Olomucen. Serenissimi domini Regis Poloniae, authoritate ce-
lebrato, tamen paucis nunc quoque sua Mtas respondet et dicit neces-
sitatem temporis, et tot calamitates, quibus erat tunc Regnum
Hungariae oppressum, et tanta pericula, necessario exegisse, Vt
rebus regni sine mora consuleretur, Quod autem ad Conventus illius
legitimitatem pertinet, conventus ille, si ex eo impugnatur, quod non fu-
erit à Regni Palatino indictus, ad hoc facile responderi potest, pri-
mum, Stephanum Bathorij non fuisse legitimum Palatinum Regni, Vt
qui toties iuste ab offitio illo, consensu totius Regni deiectus, rite et
legitime non fuerit in offitium restitutus, Sed per factiones et corruptel-
las, et magna Regni parte contradicente, reintrusus, neque in Con-
ventu generali ad quem iuxta morem Regni fuissent Regnicole ad cre-
andum Palatinum Vocati, Sicut in creatione Palatini fuit semper ob-
servatum, dieta namque illa, in qua Stephanus Bathorai fuit minus le-
gitime in offitium reintrusus vel restitutus, erat indicta non ob aliam
causam, nisi propter Turci adventum, sicut id notorium est, toti Hungariae
et literae quoque Serenissimi Principis quondam domini Ludovici Regis felicis
memoriae, super ipsa dieta confecte, testantur

Praeterea esto, quod fuerit legittimus Palatinus, statim tamen amisit omnem
authoritatem veri Palatini, postquam post illam infelicem cladem, non
solum contulit se ad Principem externum, sed contra libertatem et

constitutionem Regni quam firmiter et inviolabiliter servare iuramento
se obstrinxerat, Regnicolis reclamantibus, et eum fidei ac iurame-
ti sui admonentibus, adhesit pretio ac pollicitationibus, per eum corru-
ptus, ex quo etiam manifestum est, eum periurii et fidefragii reatu
incurrisse, atque ideo omni per hoc palatinatus honore fuisse indignum
et ipso facto, omni sua authoritate (si quam habuisset) privatum
atque destitutum

PReterea in tanta omnium consternatione, et tanta Regni, cui statim
succurri debebat calamitate, omisit indicere dietam, Sed eam quoque que
interea indicta fuerat, non ipse verum Regina Maria, que nihil de
hoc habebat agere, indixit ad locum insuetum et insularem, et in po-
testate Regine tunc existentem, in quo ut puta loco, nunquam memoratur
Conventus vel dieta fuisse celebrata, ad quem Ferdinandus biduo vel
triduo cum suo milite, quem paratum habebat, ex vienna navigio
venire poterat, et Regnicolas si ibi convenissent, ad sui electionem
vi et armis compellere, Quibus ita se habentibus, nescit Maiestas Regia
quid contra conventum per alios dominos Prelatos et Barones (inter
quos erat verus etiam et legitimus Palatinus Regni, Spectabilis vir
et Magnificus Stephanus de Werbewcz modernus Regie Maiestatis Cancellarius)
in generali omnium dominorum et Regnicolarum dieta, ac conven-
tu, presentibus Oratoribus Sanctissimi domini nostri Pape, et Serenissimi quoque
domini Regis Polonie, cum prefato quondam domino Ludovico Rege
pariter constitutis, Solenniter electus atque creatus indictum et cele-
bratum, obici possit, vel quare dici debeat minus legitime celebra

VErum ad hec omnia, que vel de Conventus illius legitimitate vel de
electione Maiestatis Regie, dicuntur, uno verbo iam millies responsum esse
videtur, quando Maiestas Regia se obtulit ad standum iuri paratam. Quod
si adversarius, sue nimirum iusticie difisus non subterfugisset, Tunc faci-
le patuissent hec omnia cognitumque fuisset, tam de conventu, quam
de aliis, si legitima fuerunt, per quod solum causa Regie Maiestatis apud

omnes & quos huius rei indices, procul dubio satis superque fuit instificata

Videat igitur Serenissimus REX Poloniæ, si ob huiusmodi literas, publico nomine scriptas Regia Maiestas ita mereatur taxari, et adeò acerbe ab adversariis criminari, et si Serenissimo Regi ista sunt credenda, omnia tamen quecunque ab eodem Serenissimo Rege proficiscuntur, boni et æqui consulit Maiestas Regia, quia sit ab optimo et sui amantissimo animo proficisci

Paternos etiam monitus et hortatus suæ Maiestatis de concordia cum adversario ineunda, in optimam partem accepit, neque ut prius dictum est recusat concordiam, modo intelligat concordiæ conditiones, cuiusmodi sunt future

Quod ad salutem publicam et presentem rerum Hungaricarum statum attinet, de hoc Maiestas Regia, ita aperte sentit, si Thurcus veniat et Maiestatem Regiam (cum qua cum bono publico totius Christianitatis absque ulla Tributi pensione pacem iam fecerit) in regno non reperiat, et illud in manibus Ferdinandi (quem ille vicinum sibi esse nolit) inveniat, in magno periculo esse, non solum Hungariam sed etiam Poloniam, et reliquas vicinas provincias, cui periculo, si Serenissimus Rex (prout tenetur) occurrere vellit; illud censet Maiestas Regia unicum esse remedium, Ut persuadeat Regi Ferdinando, quo ipse Regnum alienum iniuste invasum, quam primum relinquat ne a Thurco (si is veniat) ibi reperiatur, et ut Serenissimus Rex Maiestatem Regiam iuvet maioribus quibus potest viribus, Ut possit in Regnum Hungariæ quam primum intrare, et ab ipso Thurco adveniente, ibi reperiri, Alioquin actum erit (Sententia Regiæ Maiestatis) et de Hungaria, et de Polonia, nisi hoc quam primum fiat, Sed ante omnia, sua Maiestas, censet opus esse, summa celeritate, ad quod faciendum et ad Maiestatem Regiam contra quemcunque hostem adiuvandam Serenissimus Rex (alioquin etiam ratione foederum, que privata habet cum Maiestate Regia, fide sue Maiestatis firmata) tenetur

Quibus quidem federibus et fidei suę, Vt Serenissimus Rex satisfacere velit, Maiestas Regia, eius Maiestatem medio vrę Do(minatio)nis Rmę, non solum rogat sed etiam monet, et instantissime requirit. Quod si Serenissimus Rex id fecerit (prout Maiestas Regia confidit) vna et eadem opera, et fidei suę satisfaciet, et hec Regna, que opera ferdinandi maximo discrimini exposita esse videt, conseruabit

Petrus Tomiczki Eps Cracouien Vicecancell. Joanni Choienski Archidiaco Crac. Secretario

Ven(erabi)lis domine frater in Chro charissime, Intelligetis ex his dominorum qui Cracouię sunt, quid responderit Serenissimus dominus Joannes Rex Hungarię, ad primam exhortationem Maiestatis Regię, quam ad eum fecit, per dominum Stanislaum Tharlo, consulendo et persuadendo ei, ut pacem et concordiam potius iniret cum suo aduersario quam alee belli se committeret, intelligetis et de aliis negotiis reipublicę, que Maiestati suę, quisque nostrum pro captu ingenii sui perscripsit, Jwasko armenus, qui missus erat pro literis fidei et salui conductus ad Imperatorem Turcorum, nihil aliud referre voluit et debuit Maiestati Regia quam id quod nobis aperuit, quid autem illud sit, nos verba omnia eius omnia annotari fecimus, et in vna Scheda sermone nostro polonico conscripta ad Maiestatem suam perferri curauimus, quam et nunc quoque cum praesentibus ad vos eandem scedam mittimus, vt eam Maiestati suę legatis, quo non dubitet aliud quippiam esse ad se ex Turcia significatum, quam id quod in eadem ipsa sceda est descriptum

Cum esset apud nos D. Broderirus Epus Sirmien, proficiscens ad regem suum in Tharnow, scripsimus Maiestati Regię, que cum illo tractauimus et eidem Regi suo per illum consuluimus, inter que quia, hoc quoque adiecerauimus, bono tamen certe et sincero erga illius Maiestatem animo et ut illam ad pacem et concordiam cum eius aduersario ineundam induceremus vt si illius Maiestas in tractatibus nollet renunciare

imi quod se ad Regnum Hungariae habere pretendit, quod in eo euentu dubitarem M^{tem} domini nostri, daturam illi esse receptum in Regno et dominiis suis, Rex enim Ferdinandus, simulque vniuersum Regnum eius Hungariae proculdubio omni studio agent, vt M^{tas} sua non foueret illum amplius in regno suo, cum manifeste se declarasset, quod per omnem oblatam occasionem, regnum suum quocunque modo posset esset repetiturus, Pupugerunt plurimum hec verba nostra ipsum Regem Joannem, ac eius Consiliarios, qui putantes, quod hec que nos confidenter cum domino Broderico locuti sumus de mente et voluntate M^{tis} sue processissent, pertentare voluerunt per dnum Colocen in ea re motum animi M^{tis} sue, versamur certe hac nostra neutralitate inter saxum et sacrum, et tam vni quam etiam alteri parti maxime suspecti sumus

Egritudo nostra dei benignitate iam nos plane deseruit, nullum enim amplius nocumentum et dolorem in interioribus habemus soli duntaxat adhuc pedes laborant, ad quos reliquie morbi defluxerunt Spero tamen, quod et hij cura et regimine vite debito, ac etiam leui et moderato ~~precio~~ exercitio cito reducentur ad statum et firmitatem suam pristinam bene valete. Datum

SIgismundo primo regi Polonie Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancel.

Sacra Regia M^{tas} et domine, domine clementissime. Post seruitutis perpetue et Orationum mearum humilem commendationem. Satis oportune venit ad nos cum literis Petrus M^{tis} vestre cubicularius. Non multo enim ante arrepta hic a me instructione, deinde etiam Cracouia à domino Thesaurario viatico prouisus D. Petrus Opalieniczki in Germaniam et Bohemiam erat profectus, quem pro voluntate et mandato M^{tis} vestre Serenissime nuncius domini Castellani Cracouien

est in itinere consequutus, inhibens illi M^tis vestrae nomine, ne agat quicquam prius cum Serenissimo Rege Ferdinando de concordia et pace, quam a nobis fuerit per nuntium vel literas admonitus, quod ego illum proculdubio credo esse facturum cum sciat sibi id esse iam interdictum ex voluntate M^tis vestrae, que certe optimum et maturum cepit in hac re consilium postquam dominus Archiepiscopus Colocen firmissime et constanti voluntate negavit coram illa Regem suum ad pacem vel concordiam descensurum esse. Nos etiam ut nulla deinceps nobis foret de voluntate Serenissimi Regis Joannis dubitatio, cum preteremissam legationem ad illius M^tem obanditaque esse in ea re mandata M^tis vestrae a domino Castellano Plocen vidimus, excusantibus se quoque et detrectantibus ire ad illius M^tem domino Premislien et domino Marsalco Curiae, ei muneri obeundo dominum Charlo Secretarium M^tis vestrae designavimus et prefecimus, qui etiam mox instructus hinc instructione et fidei his a me acceptis discessit ad ipsum Serenissimum Regem Joannem recta profecturus. Spero autem fore, ut cito illinc absoluatur, nosque quamprimum redierit et M^ti vestrae responsum quod afferet perscribemus, et dominum Opalienie ogli faciemus certiorem, quid in articulis pacis predictae tractare vel subticere debeat.

Scripsi nuper ad M^tem vestram Serenissimam supplicans illi, ut Castellaniam Bidgostensem, que per obitum domini Zbaski nunc vacat conferre dignaretur d. Matthiae Czarnkowski, quod etiam nunc repeto, et magnopere rogo, ut M^tas vestra precibus meis benigne annuere dignaretur, facio enim id ego non privato commodo ductus vel favore, sed ut precipues Regni ad honores eiusmodi vocati M^ti vestrae et reipublicae melius consulere valeant.

Scripseram preterea et de Palatinatu Belzen, quem censerem ad illum vocandum et deligendum esse hoc nunc non reitero, Nihil enim dubito M^tem vestram in hac deliberatione presentium temporum diligentem habituram esse rationem, neque collaturam eundem Palatinatum

cuipiam esse, nisi qui reipublice tractande idoneus esse possit.

Quando autem ego nondum ab egritudine mea longa et molesta sum in to-
to liberatus, vocaui huc ad me Doctorem Joannem Phisicum Mtis vrae
et Doctorem Nostowski Consulem Cracoviensem, quorum vterque est a
Mte vestra per literas istuc arcessitus, quorum causa ne videantur
dicto inaudientes esse. Rogo plurimum Mtem vestram, vt illis det ve-
niam paulisper mecum commorandi. Cum primum enim ego factus fu-
ero valentior et confirmatior corpore Doctorem Joannem qui iam
est illi itineri accinctus, ad Mtem vestram dimittam. Doctor vero
Nostowski, qui rei familiaris cura et reipublice Cracovien negotiis et
muneribus est oneratus et implicitus, equis etiam et impedimentis
longi itineris carens, tardabit aliquantulum profectionem suam, ibit
tamen etiam libenter et obsequetur Mti vestrae, si presentia sua fuerit
istic necessaria. Commendo me rursus, et perpetuam seruitutem
meam Mti vestrae Serenissimae, quam felicissimam esse, et bene inco-
lumem et valentem cum Serenissima coniuge et liberis suis augustissi-
mis letos istic dies agere vehementer opto, et deum optimum maxi-
mum indignus oro. Datum

Petrus Tomiczki Eps Cracouien. Vicecancell.
Joanni Carnkowski Episcopo Cuiauiensi
Christofero de Schidlowiec Castello et C. Crac.
Regni Polonie Cancello. Nicolao de Schidlo.
Castellano Sandomirien Thesauro regni Polonie

Rme et Magci domini, et domini amici honorandissimi. Heri allate sunt
mihi D. vestrarum literae, vna cum responso Serenissimi Regis Hispanis, quod
illius Mtas nuper Rndo domino Stanislao Tharlo munera legationis
apud se fungenti fecit et in scriptis tradidit. Item et instructio, qua
D. vestrae communi consensu prudentissimoque consilio pro D. Opalieniczki
Oratorem Serenissimi Regis nostri apud Regem Ferdinandum agenti, con-
scripserunt. Verum ea omnia hodie primum inspexi et legi, propterea
quod heri pharmaco medicinali sumpto ita debilitatus concussusque fueri

vt non modo legere illa verum ne inspicere quidem licebat. Que sane instructio hec d. vestrarum omni laude et commendatione mihi digna videtur. Cui ego pro meo in rem pub. offitio etiam meam adiunxi, non propterea quidem quod vrarum D. voluntati adversari, improbareque vellem earum consilium, sed vt ad illarum collegium quasi ad Curiam areopagitarum, referrem quod pro captu meo ad reipublice vtilitatem excogitare potui vnde ille possent et comparationem cum sua sententia facere, et statuere id pro iudicio et arbitratu suo, quod saluberrimum Reipublice et Regie M.ti honorificum fore existimaverint

Miror autem vehementer, quod d. vestre singulares amici mei tam parvam mei egritudinisque mee habere dignentur rationem, Vt etiam ea que mihi imbecillo et adhuc languenti difficillima et molesta admodum esse oportet illis autem bene sanis et valentibus, facillima et absolutissima esse possunt, ad me remittantque meque illis onerent. Cum hoc satis bene intelligant, me cum valeo, reipublice causa mea sponte et absque quauis adminiculo libentissime omnia etiam plena laboris et sollicitudinis subire et tractare solere, se autem eiusmodi prudentia et consilio esse preditas, vt facillime me semoto per seipsas quod reipublice commodum et vtile sit reperire valeant

Vt autem D. Vrs peculiarem et propriam reddam consilii mei rationem in hac altera instructione conscribenda, sciant D. vre id me potissimum intuitum esse, et animadvertisse diligenter, quod si expresse et nuncupatis verbis D. Opalieniczki Regi Ferdinando denunciaret et deferret eam esse Regis Joannis voluntatem, que tam in eius responso vnique deprehendi potest, vt nullis conditionibus propositis, pacem vel concordiam cum illius M.te ineat et amplectatur, propterea quod cum Thurcis conspiraverit, et in illorum auxilio plurimum confidat, possit nobis procul dubio magnum negotium in Regno et nova difficultas inde exoriri, Nihil enim dubito Regem Ferdinandum hoc accepto et audito, arctiorum esse quam

primum cum M^te Regis nostri diligenter, ne eiusmodi perniciosum Regni Hungariae oppressorem, et quo duce et consultore, nominis christiani hostis ad depopulandam opulentissimam Christianorum provinciam inducantur, in Regno suo foveat, et esse diutius patiatur. Ad que postulata, nos oporteret, publica uti consultatione, exigendus ne et pellendus an vero sit nihilominus conservandus idem Rex Joannes, Que res cum mihi non sit incognitum, quanti sit momenti, quosque motus et perturbationes secum afferre posset, sic a me est in hac instructione provisa, ut etiam facile devitari declinarique possit

Namque et id consultum non videretur supprimere et celare velle nos Regis Joannis voluntatem, quam ipse in responso dato planissime, declaravit, aliquoties iterans, non se detrectaturum et contemptvrum pacem vel concordiam, dum modo illi cognitum esse possit, quibus conditionibus intercedentibus, illa inchoari et tractari deberet

Petro Tomicio Epo Cracovien Vicecancell
Chrfero Castello Crac. R. P. Cancellario

Magnopere autem miror non esse mihi perscriptum à Mag^cia vestra quo pacto instruere decreverit vel iam instruxerit cum aliis dominis Consiliariis dnum Opalienczki, postquam uti scribit, ea iam Sermo Regi Ferdinando exposuit, que a me in priore instructione acceperat Ea enim ignorans ego M^ti Regiae quid scribam nunc prorsus nescio, cum tamen à me illius M^tem id expectare certo credo, quod ad dnum Castellanum Lublinen attinet mihi certe non videtur esse opus ut Regia M^tis adhuc sententiam expectet de Induciis ultra decennium prorogandis, quinimo videretur pernecessarium ut quamproximum fuerit reversus ille nuntius qui domini Laski literas sue M^ti tulit, ille iter suum arriperet, et de his Induciis Mag^cia vestra consultatione habita cum ceteris D. Consiliariis qui istic sunt eum instrueret, quicquid ex commodo reipub. petendum visum fuerit, tam longa enim mora, nociva mihi videtur

Egritudo mea deo sit gratia, plane me dimisit etc.

De capta Arce Tranczin Regi Ferdinando.

Nos Joannes Carzianer Eques auratus, Consiliarius et Capitaneus g[e]n[er]alis Ser[enissi]mi potentissimiq[ue] Principis, et domini domini Ferdinandi dei g[rati]a Hungariae et Bohemiae etc. Regis, Archiducis Austriae, etc. Vniuersis et singulis Capitaneis aliisq[ue] quibuscunq[ue] inhabitatoribus in custodia Castri Tranczinen constitutis et existen[tibus], loco salutis nostrae grauissimam Regiae M[aies]tatis indignationem nunciamus. Cum oculis ipsis videretis experti etiam sitis et audiueritis, quibus modis predicta Regiae M[aies]tatis victoria hactenus magis ac magis satis feliciter precipue vero heri nouissimisq[ue] elapsis diebus nobis dei omnipotentis auxilio subsequuta sit, Conueniens foret partam et acquisitam nostram victoriam, sequi, et simile quoq[ue] aduersus vos, Capita, et res, et omnia bona vestra procedere. rursus tamen moti sumus, antea vobis significare. et cum hoc etiam admonere, ne vosmet cum Castro Trenczinen prafato Regiae M[aies]ti tanq[uam] inobedientes opponatis, Idcirco a vobis vniuersis et singulis serio petimus, quatenus melius q[ua]m hactenus, a vobis factum est, considerata, ac oculos posita, et in animum reuocata, vra coniugum, liberorum, vite rerum etiam et bonorum vestrorum salute, vos simul cum Castro Threzginen, gratiae et indignationi Regiae M[aies]tatis Hungariae et Bohemiae etc. domini nostri gratiosissimi dedatis et offeratis. quod si vero ad istoc etiam temporis vobis factu inconueniens videretur, Noueritis nos simul cum reliquis prenominatae Regiae M[aies]tatis supremis Capitaneis aliisq[ue] strennuis et fortibus militibus, quoad corpus et vita nostra durauerit in Capita et vitam v[est]ram eo modo progressuros, quod vos vltimo penitere debeat, Volumusq[ue] vos per istas nostras literas nouissime et vltimo admonitos. Nam vltra istam nostram admonitionem de cetero nobiscum in nos progressuri sumus, petentes superinde celerimam vestram responsionem. Datum in Castris ad Threnczinn metatis, feria tercia post festum Sancti Viti, Anno Dni M° D° XXVIII°

Pactio de prodita arce Tranczin.

Nos infrascripti Joannes Coczianer Eques auratus Regiae Maiestatis Hungariae
et Bohemiae etc. Consiliarius et Capitaneus generalis, Emericus Nagh
vicepalatinus Regni Hungariae, Ludouicus Rekeń, de Kanisa Capitaneus
supremus leuis armaturae, Leonardus iunior liber baro in Vels eius
Maiestatis Consiliarius, Cubicularius et Capitaneus supremus peditatus vni-
uersi etc. Nicolaus de Thurn Eques auratus Capitaneus supremus grauis
armaturae, Joannes Alphaltber eques auratus supremus campi Marschal-
cus, Vidalricus Leisser Capitaneus municionum et ingeniorum bellico-
rum supremus, Julius Comes de Hardek etc. Rupertus Comes de Man-
derschith et Casper de Czobor, Zend Michal, Lucas Szakol Baro in
Fridau etc. et Cristophorus de Thurn Capitaneus veteris Zolii et Comes
comitatus Zolień. Recognoscimus et fatemur tenore presentium significantes
quibus expedit vniuersis, quod cum nos simul cum Regiae Maiestatis praefatae
exercitu per tempus aliquot Castrum et Ciuitatem Tranczineń obsede-
remus et Capitaneos possessoresque Castri eiusdem ad Regiae Maiestatis domini
nostri gratiosissimi obedientiam repetiueramus. Exinde ad petitionem eorun-
dem saluum et securum saluum conductum nostrum iisdem dedimus et
concessimus, per quem quidem nos cum iisdem in colloquium amicum et
mite deuenimus, et post longa et multa habita consilia bene perponderata
premeditata et recta conscientia. Nos nomine et loco praenominatae Re-
giae Maiestatis ex auctoritate, potestate, et commissione nobis ab eadem Re-
gia Maiestate data et concessa, negotio isto immiscuimus. Nosque ex vtraque
parte tandem in contractum intromisimus, desuperque articulos, conclusio-
nis et contractum sequentem creximus et conclusimus, primo transactum
et conclusum est Capitaneis et possessoribus Castri Threnzineń, omnia
bona mobilia aurum videlicet, argentum, clenodia, et alia bona ad eo-
rundem dominum Joannem de Zapolia pertinentia, et in castro

Threnzinen iam dicto existentia, quo sit, commodius et melius solutionem stipendiorum suorum nancisci et acquirere possint libere et non impedite permitti debere

Secundo ingenia seu tormenta bellica, pixides etiam aliae, globi, pulveres, et materia omnis ad conficiendos pulveres destinata, cum pertinentiis aliis ingeniorum tormentorum et pixidum quarumcunque, quantum in predicto Castro existit, generali Capitaneo domino Joanni Coczianer etc. loco Regiae Maiestatis Hungariae et Bohemiae etc. simul cum Castro Trenczinen dari resignari et assignari debebunt

Tertio omnia privilegia, Maiestates, aliaeque literae praefatis Capitaneis et possessoribus Castri Trenczinen dominoque eorum attinentes in Castro eodem deposite existens, apud eosdem Capitaneos et possessores dicti Castri permaneant, Exceptis tamen his privilegiis et Regiae Maiestatis Castrum et Comitatum Threczinen, simul etiam bona civium Civitatis Threczinen, que in Castro ad manus Capitanei generalis permanere, tandemque resignato Castro que Civibus attinent rursus restitui debebunt

Quarto resignato Castro Threczinen, Cives Civitatis eiusdem simul cum bonis Capitaneorum et aliorum bona sua et Ecclesiae propria, de Castro eodem educere possunt

Quinto quecunque alia clenodia Ecclesiae in prefata Castro Threczinen deposita nec ad Cives Threczinen pertinentia in Castro eodem ad manus Capitanei generalis loco Regiae Maiestatis imota permaneant, exceptis clenodiis Ecclesiarum ad dominum eorundem spectantibus, nec dum ad Ecclesias illas dicatis

Sexto nobilibus in Castro Threczinen existentibus, bona sua imobilia et hereditaria, que nunc temporis possiderent, ea etiam de quibus in bello Hungarico deiecti et expulsi essent, tum quoque, que a prefato com

domino Joanne de Zapolia de bonis eorum propriis donationis titulo, arre-
perunt, cum bonis que iisdem impignorata seu hipotecata sunt, nunc quo-
que iisdem nobilibus, libere et non impedite permitti et assignari deba-
bunt, Econtra quoque Capitanei Nobiles possessores Castri Threczimen
obligantur bona mobilia quecunque, que Regiae M^tis subditis in bello isto
Hungarico occupassent, aut eosdem subditos de bonis istius modi decie-
cissent, iisdem Regiae M^tis subditis libere reddere et rursus assignare

Septimo Eccl^ae persone, quecunque in Castro Threczimen existens in bene-
ficiis suis Usque ad ulteriorem Regiae M^tis Hungariae et Bohemiae etc.
ordinationem, remisionem et consensum, quiete permaneant, eadeque
beneficia ut antea, ad Regiae M^tis tu complacentiam, possideant, uta-
tur et fruantur

Octavo cum Capitaneis et possessoribus Castri Threczimen, honori eorum co-
venire visum sit eiusmodi eorum extremam necessitatem domino suo Jo-
anni de Zapolia significare. Idcirco dictis Capitaneis et inhabitatoribus Ca-
stri Threczimen a Capitaneo generali concessum est, Nuncium ad dominum
eorundem transmittere, responsionemque ex parte auxilii eis mittendi
usque ad feriam tertiam proxime venturam, qui dies ultimus est Junii,
expectare, ea tamen lege, quod si in prefixo termino iisdem ab eorum
domino auxilium minus mittatur, neque Capitaneus generalis, simul cum toto
exercitu, per vim et potentiam sepe dicti Joannis de Zapolia, ex campo
profligatur, Extunc capit. et possessores Castri Threczimen idem Ca-
strum ad feriam tertiam proxime venturam, ante solis occasum diei
eiusdem iam dicto Capitaneo generali, et dominis suprascriptis, libere et
non impedite omni ulteriori procrastinatione posthabita cedere debeant
et teneantur; Et etiam si Capitaneus generalis ex necessitate vel aliis cau-
sis evidentibus, cum exercitu et copiis, a Castro isto ad milliare unum
duo vel quatuor abiret, et prefixus terminus, absque ullo auxilio aut
profligatione elaberetur, Nihilominus tamen Castrum Threczimen ad
dictum terminum per possessores eiusdem Capitaneo generali, cedi et re-
signari debebit

Nono concessum est praefatis Capitaneis et possessoribus dicti Castri in spacium feriae secundae proxime venturae, secundum necessitatem et exigentiam eorum pabulatum, aut alio e Castro exire, equitare, ubique possint, cum prescientia autem Capitanei generalis, qui ijsdem certos quosdam homines, semper adiunget, ea tamen condicione, ut uno quovis die, non magis quam duodecim currus, et decem equites, e castro exeant, semperque ad noctem rursus sese ad Castrum recipientes nullo modo alibi pernoctent

Decimo quocumque praefati possessores Castri Threczinen ierint, ibidem omnes necessitates ijsdem condigno precio administrari debebunt

Undecimo si quidem quispiam Capitaneorum aut possessorum in Castro pro abitu sui, salvum et securum conductum, a Capitaneo generali petierit talis salvus conductus petenti dari et concedi debebit

Duodecimo si unus aut alter plures ve salvum conductum seu treugas violaverit, aut fregerit, extunc poena saltem a transgressore sumetur, nec in alios culpa delicti transferatur

Tredecimo, si quam in Castro Threczinen praedicto inter possessores discordiam aut sinistri quippiam oriri contigerit, extunc ijsdem possessoribus facultas data est, absque Capitaneo generali et Regiae maiestatis exercitu, eandem discordiam, et sinistram machinationem inter sese, absque ullo penitus impedimento componere posse,

Decimo quarto saepe dictis Capitaneis et possessoribus Castri Threczinen post resignationem et assignationem Castri eiusdem, pro abitu tres septimanae immediate sequentes permissae sunt, et concessae ea lege, ut sese in eiusmodi temporis spacio, ex Regnis et provinciis praefatae Regiae maiestatis Hungariae et Bohemiae etc. ad alia loca conferant, nec in ullum presidium in hoc regno Hungariae, sese recipient, contra tamen eiusdem

corum habitum liber et securus saluus conductus, apertusque passus dari et permitti debebit

Ultimo captiui quicunque in ista obsidione et bello Hungarico, ab vtraque parte capti, absque vlla lesione et impedimento libere vtrimque rursus assignari debebunt, Insuper nos predictis Capitaneis et possessoribus Castri Trezinen sub honore et fide nostra christiana, amissioneque honoris, capitum rerum, et bonorum nostrorum, scienter per presentes permittimus et pollicemur suprascriptos omnes articulos et conclusiones in omnibus suis punctis et contentis, quantumcunque nobis idem articuli seu conclusiones iniungunt sine subterfugio, contradictione, aut impedimento aliquo firmiter et inuiolabiliter seruare et exequi, Nec contra eosdem vel consilio vel facto quicquam agere, aut idem nostris faciendum permittere debere et velle nullo penitus modo, sub predicta obligacione, omnium nostrorum honore capitum, rerum et bonorum, sine omni dolo et fraude In cuius robur et testimonium efficatius, maiorem que securitatem, secreta et signeta nostra solita his presentibus apposuimus, et easdem manibus nostris propriis subscripsimus Datum in Castris ad ThRowczin metatis ipso festo Sancti Joannis Baptiste Anno domini M°. D°. xxviii°

Hans Cazianer
N. von Tharn Mis zc
Julius graff zu Hardeck propst
Caspar Gobor de Goberchiz
Mirgal
Cristoph von Algarib
Lenhard frey h zum Vels ho
mis d.
Ulrich Eyczinger Zeng magr. pro
mam Szrat
Ruprechts graff zu Manscheid zc
Zacas Zehelhen zu fidow

Responsum a Sigismundo primo Rege Polonie datum Cornelio Sceppero oratori Cesaris Caroli V.

Vilne.

Que nuper ornate et copiose per vram M. domine Orator nomine Sacre
Cesaree et Catholice M^tis coram Sacra Regia M^te relata sunt, hec
in summa continere videbantur,

Declaravit in primis vra D. quam gratum fuerit Sacre Coesaree M^ti in
tellexisse M^tem Regiam hanc, cum Ser^mo Principe domino Ferdinando
Hungarie et Bohemie Rege M^tis Coesaree fratre et germano charis
simo, ultra mutue necessitudinis vincula, nova et satis arcte amici
tie federa iniisse, quod M^tas Coesarea utpote Christiane Reipub.
opportunum et pernecessarium summe probat, ac medio vre D. egit
gras, et gratulata est, quod M^tas Regia eo se potissimum contulerit
unde decus, dignitas, et horum Regnorum defensio omnis sperari
et provenire possint, quam illuc unde nil aliud expectandum foret,
quam aditum patefieri, ad invadenda hec in fidelibus vicina, dominia
et Regna

Exposuit deinde vra Mag^cia quanta hostilitate quantaque mole belli Ser^mi
francorum et Anglie Reges, ac reliqui Principes et potentatus adversus
Coesaream M^tem conatus suos instituerint, et protestata est vra M.
Coesaream et Catholicam M^tem, ut nunquam antea ita ne future quidem
mortalitati et sanguinis Christiani effusioni, si que ab eo instituto eorun
dem Regum sequetur occasionem ullam prebuisse, Postulavitque V. D.
nomine Coesaree M^tis ut M^tas Ser^mi Regis huius, velit pro sapien
tia sua et in rebus agendis iuxta etatem summa dexteritate et exper
ientia prebere consilium salubre, qua potissimum ratione possit tantis
Christianorum calamitatibus iri obviam

Adiunxit preterea vestra D. Sanctissimum D. nostrum, absque scientia
voluntate et mandato Caesareae et catholicae M^tis, sed vel diuina
permissione, vel nr̄is ita exigentibus peccatis, in potestatem gentiu(m)
M^tis Caesareae venisse, omniaque que sub illud tempus ab eisdem ge-
tibus in vrbe Roma facta sunt, contra voluntatem, et non sine indi-
gnatione M^tis suae Caesareae patrata fuisse

Postremo optauit vestra M. nomine M^tis Caesareae, ne Subditi M^tis
Regiae cessarent à commertiis et negotiationibus cum Subditis Caesa-
reae M^tis partium inferiorum puta Flandriae, Holandiae, Zelan-
diae Brabantiae et aliarum, et ut quam iam pridem exercere
soliti sunt liberam mercandi facultatem non intermittant

Et hec fuerunt, que vestra M. D. cumulatioribus et ornatis verbis
nomine Caesareae M^tis coram exposuit. Ad que Sacra Regia M^tas
vestrae D. ita respondere mandauit

Quanta iam olim necessitudinis vincula M^ti Regiae, cum Serenissima Do-
mo Austriae, et inclita Maximiliani Imperatoris progenie intercesse-
rit vel ipsa luce meridiana clarius esse potest, si quis perpenderit
quibus Serenissima olim Helisabet Regina multorum Principum et Regum
ac M^tis huius R. felicissima parens, si quis inquam perpenderit quibus
illa parentibus progenita fuerit facile cognoscere poterit, quam proximo
sit gradu sanguinis coniunctio inter istos Principes, Deinde etiam quod
sancte, quamque religiose, tam parentes et fratres R. M^tis, quam ipsa quoque
R. M^tas ea ipsa naturae vincula obseruauerit, quam denique sincerius
M^tas sua omnibus officiis et studiis suis Regiis optimam animi sui pro-
pensionem erga vtramque hanc M^tem Caesaris et Ferdinandi iam non
semel, neque etiam vulgariter aut modice declarauerit, notius est, quam
vt vel ab aliquo explicari possit

Ceterum superiori anno ea ipsa naturalia et sanguinis vincula nonnis
federibus et pactis cum Ser.mo Rege Ferdinando M tas sua Regia
et libenter confirmavit et diligenter observare instituit, efficereque
parat ut hec M tum suarum coniunctio, et perpetuo duret, et Chri-
stianeque Reipublice incrementum afferre posset. Unde fit, quod non cessat
M tas sua dies et noctes sollicita esse ut dissidium nuper exortum in-
ter Serenissimum Regem Ferdinandum et alteram partem de Regno
Hungariae per aequam et honestam aliquam concordiam sopiri possit.

Bella autem tam atrocia inter Christianos Principes geri, dici non potest
quantum doleat et ingemiscat Sacra M tas Regia, que dum ante aliquot
annos prospexisset bellum ingens exoriturum inter Christianos Mo-
narchas, nihil curae et sollicitudinis pretermisit, nullum non movit la-
pidem, quo precibus et persuasionibus suis ipsos Principes ad pacem
ad concordiam ad mutuam charitatem reducere potuisset, sed
vis forte quedam celestis aut fatale christianitatis malum obstitit tam
sancto et optimo M tis sue instituto et desiderio, et adeo ferocia cor-
da Principum Christianorum in communem interitum accensa esse
videntur, quasi nulla unquam victoria arma pacem, nulla tam se-
va pernities et mortalitas hominum bellorum finem sit paritura.
Bellum bello gignitur, et res Christiana miserum in modum collabitur.
Hostes Crucis Christi sensim orbem Christianum non sine vilipendio
et iactura nominis et religionis Christiane occupant, et in duram
servitutem redigunt. Persuasum tamen habet sibi M tas Regia Sacram
Caesaream et Catholicam M tem, ad tam immania bella, ad tantam Chri-
stiani sanguinis profusionem et calamitatem invitam et refugientem
trahi et cogi.

Sed qua potissimum ratione hoc malum vitare debeat, et possit Sacra
Caesarea M tas, consilium dare M tas R., facile non potest, cum preser-
tim sciat M tem Caesaream et rei militaris non ignaram, et consilio
ac ingenii acumine plurimum pollere, secumque habere viros omni

et parte erudito et prudentes, qui regionum provinciarum et Principum ipsorum cum quibus res agitur, queque intima et occulta prosirua et nocina explorata habet, melius consilium prebere possint Coesarea celsitudini, quam posset maiestas ipsa Regia tanta intercapedine ab illis regibus et provinciis seiuncta. Cum autem maiestas sua perpendit, quod si christiani Principes quos maxime convenit autores pacis esse vel decimam partem earum pecuniarum sollicitudinum laborum periculorum insumerent ad pacem tuendam ad rempubli: christianam bene administrandam, que nunc in teterrimum bellum insumit, nimirum aut nulla essent bella aut certe paucissima, Et proinde sacra Regia maiestas rogat ~~et proinde sacra Regia maiestas rogat~~ et obtestatur Ut sacra Coesarea et catholica maiestas, ineat rationem extinguendi tanti dissidii per concordiam potius quam per potentiam armorum et profusionem sanguinis gloriosiusque durat beneficentia et pietate quam vi et armis hostes superare

Sed ut hoc quoque et honestius et commodius succedere posset, ad rem hanc et ad universi orbis christiani comodum et tranquilitatem maxime pertinere videtur ut universale concilium Ecclesia catholice convocetur in quo proculdubio posset tantis malis salubriter provideri. Cui negotio ordinem et modum dare nemo melius potest, quam ipsa Coesarea catholica maiestas

Summum vero Pontificem, detentum et Urbem Romam a gentibus Coesarea maiestatis captam vastatam cede, rapina et innocentium sanguine conspersam In qua non etati, non sexui, non dignitati, non proffessioni ulli parsum est, omnia divina et prosana violata et fede conspurcata sunt, Quae quidem illa omnia patrata fuisse, absque scientia et voluntate Coesarea maiestatis Credidit iam olim maiestas Regia, non potuit tamen non vehementer dolere, et si ob alia innumera, tum ob id maxime, quod religio christiana facta est ludibrio apud hostes fidei christiane, neque enim est ulla tam effera infidelium gens, que sacerdotes et pontifices suos no

maxima veneratione habeat, neque nostra Sacra maiori crudelitate deturpari et violari potuissent ab ipsis etiam infidelibus hostibus, quam ab istis nomine duntaxat Christianis anno superiore in specula religionis et fidei nostrae absque ullo discrimine et pietate fede violata et conculcata fuerunt

Non dubitat tamen M.tas Regia Sacram M.tem Coesaream pro illius ineffabili pietate et clementia tantum scelus indignissime animo tulisse et forte aliquando vindictam à patratoribus sumere in animo constituisse

Quod reliquum est M.tas Regia subditis suis nunquam inhibuit libera commertia agendi facultatem cum Subditis Coesareae M.tis immo libenter videbit ne quid pristini officii et amoris ab eisdem subditis intermittatur ad quod semper suum prebebit assensum, nihil enim M.ti sue eque curae est quam ut universo orbi testatum esset eius M.tem dignitati, honori, et commodis utriusque M.tis Coesareae videlicet et Ferdinandi Regis pro virili sua semper adesse velle

Refert deinde vra O. M. Sacrae Coesareae et Catolice M.ti Ser.mam M.tem Regiam hanc optare ex corde et precari, quod Sacra Coesarea et Cat.ca M.tas et diutissime valeat, et tam fausta felixque sit, quod compositis absque sanguinis Christiani effusione Principum Christianorum sedicionibus et discordiis expeditionem illam contra Thurcas iam diu desideratam aliquando facere et populum Christianum ac ipsam quoque sanctam olim Hierusalem cum sepulchro Christi ab hostium infidelium potestate et servitute vendicare posset et velit

Eidem Cornelio ori Cesareo secretius responsum

Sacra Regia Mtas Magcae domine orator, ad ea que pridie V. D. nomine Caesareae et catholicae Mtis exposuit ita vestra D. respondere mandavit.

Atque in primis Mtas Rea agit et habet ingentes gras Sacrae Caesareae et Catolicae Mti. quod vanis immo falsis rumoribus fidem non dederit, neque sibi persuadere permiserit Regiam Mtem aliquid egisse vel tractasse cum Sermo Francorum Rege medio D. Hieronymi Lasci, qui impetrata à Mte Regia Loretane duntaxat Ecclesiae visende venia, legationem illam obire suscepit penitus et ignara Mte Regia quin immo neque ipsum D. Hieronymum à Lasko post reditum ipsius ex Francia ad conspectum Mtis Re. unquam comparuisse, neque etiam Mtem R. scire ubi gentium ille nunc quoque sit vel quid agat, cum quo si quando redierit ut demeruit aget Mtas Regia

Quis fuerit et origo et fomes huius teterrimi belli, et qua arte sit excitatum tantum Christiani sanguinis exitium Mtas Regia plane intellexit ex his que nuper per Vram M. relata sunt, Et miratur atque etiam dolet immense sacra Mtas Regia, quod Sermus Rex Angliae pius et prudens Princeps ad consilium et persuasionem Rmi domini Cardinalis Toracen Eboracen, viri alioquin et periti et prudentis hanc facem pene inextinguibilem in orbem Christianum iniecerit, quodque sub eo bellico pretextu Sermus ille Rex consortem suam ablegare et repudiare, aliamque recipere vellet, et certe si ita est videntur tam ipse Rex offitio quam cardinalis professioni sue non mediocriter excitatione ista belli derogare et notam quandam inurere

Quod autem consilium salubre tantis extinguendis malis censeat Mtas Regia heri V. D. exponi fecit, et nunc quoque repetere mandavit, nullum vero magis prebens remedium tot bellis seditionibus, novitatibus, here,

sibus videri, quam generalis Concilii in loco securo et tranquilo congregationem In quo forte invenientur modi, quibus possent sedari iste in Orbe Christiano procelle, que si diutius mundum tot dissidiis, seditionibus et mortalitatibus concucient, non procul aberit, quin Thurcus universum Orbem absque ullo negotio occupet

Egit quidem Sacra Regia Mtas, tam apud olim Leonem, et modernum Clementem summos Pontifices sollicite per literas, suadendo, et supplicando, ut vel ob sedandas pestiferas hereses ipsum concilium indicatur et convocetur, sed hactenus magno Christianitatis malo nihil persuadere vel impetrare potuit Mtas sua

Quod Summus Pontifex iniussu Sacre Coesaree Mtis olim detentus et tandem iussu Mtis sue libertati pristine fuerit restitutus Sacra Regia Mtas summe probat et gratulatur tam illius Sanctiti quam Coesaree Mti, quod curaverit universis declarare se habere in debita veneratione summum Pontificem Cui ut pote vicario Christi in terris, et reverentiam et protectionem tenetur ex fide et unctione sua Mtas Coesarea, cogitandum tamen esset ut tam ipse Summus Pontifex, quam alii viri ordinis Ecclesiastici non se immisceant factionibus istis ex quibus sequi plerumque solent magne hominum mortalitates et quod in ecclesia Catolica iam tandem aliquando reformatio fiat prius quam quod reliquum est Christianitatis ab heresibus non pridem exsuscitatis inficiatur et obsorbatur

Gentes et subditos suos in stipendia Coesaree et Catholice Mtis Mtas Regia si opus fuerit libenter est permissura, sed ita quod Coesarea et Catolica Mtas, provideat, ne quid inde detrimenti et incommodi dominia et subditi Mtis Regiae subire et sustinere cogantur

Theloneum quod subditi Coesaree Mtis partium inferiorum a se non sine iniuria in Civitate Gedanen capi queruntur, cum illud ipsum ceptum esset capi ex certa concordia pro damnis quibusdam sed quod iam diu cessare debuisset.

debuisset, ut nuper latius exposuit D. V. Mtas tamen regia de hac concordia et Thelonei origine nunquam antea intellexerat, sed scit Theloneum iam ab imemorabili tempore solitum rapi in ea ipsa Civitate Gdanensi. que Mti quoque regie solet respondere de ipso Theloneo. sed nichilominus Mtas sua non negabit iusticiam administrare de ipsis civibus Gdanenbus, si quis illam apud Mtem suam postulaverit, tam ob indebitam Thelonei exactionem quam ob quamcunque aliam rem.

Quod autem subditi Mtis Cesaree queruntur se contra phas iusque arctari in ipsa regia Civitate Gdanen, ut merces vendere vel emere, aut mercari et licitari non possint cum externis aut aliis, preter quam cum ipsis Gdanenbus: scire velit V. D. hoc privilegio dudum illos donatos fuisse a predecessoribus Mtis sue regie, quo etiam utuntur adversus alios omnes subditos Mtis regie, que non videt quomodo de iure liceret abrogare illis hoc ipsum eorum Jus et privilegium, quo tam diu usi sunt

Ei vero homini cui res quedam auree et argentee dicuntur recepte cum tempore belli Prutheni preteriti fuisset capta Navis quedam per Gdanenses, non recusabit Mtas regia facere iusticiam de ipsis Gdanenbus, si quando ille quesierit iusticiam sibi ministrari.

Sigismundus primus Rex Polonie Christophoro de Sidlowiec Castello et Capitaneo Cracovien. Regni Polo. Cancellario.

Spectabilis et Magce sincere nobis dilecte. Quomodo sint per nos absoluti Oratores isti qui redeunt ad suos Princi: pes intelliget abunde V. S. ex aliis literis nostris

DE negocio autem Masouitico nullo indicio nobis declaratum est ab eis, si quid ad illud pretendat Sermus Rex Ferdinan: dus.

DE Nunctiis quoque si qui fuerunt clanculum in Ducatu illo nichil intelleximus, quodsi quid fuit, diu latere non potest. Et scimus forte qui fuerint tales ex subditis Cu: rie qui auderent talia absque sciencia et voluntate nra tra: ctare vel agere. Earum vero que aliis a nobis scribun: tur Rmum Dm Epum Cracovien participem faciat S. V. et foeliciter valeat Dat Vilne in die Sancte Margarethe Anno domini M°. D. XXviii°

Petro Tomiczki Epo Crac. Vicecancell.
Joannes Zamboczki aulicus regius

Rx̄me in Chrō Pr̄ et domine, domine meus graciosissime
Post humilem perpetuamqꝫ fidelissime servitutis mee commen:
dacionem. Qua fide qua obseruantia, ne dicam religione
à primis eius annis R. D. vram̄ coluerim et tandem con:
secutam dignitates suspicerem et pene vt numen quoddam
presens adorauerim nemo locupletior testis esse potest qꝫ ipsa
R. D. vra, haud muto factum, quin in hoc sum vt ad extre
mum vsqꝫ Spiritum in perpetua eius seruitute, citra omnem
libertatis spem consumerer. Quibus rebus fit, vt nichil
adeo immortali æque precer qꝫ vt eandem florentem et vegetam
atqꝫ incolumem rebus humanis diutissime seruet. Intellexeram
ex literis R. D. vrē per Steykircher Cubicularium Re:
gium ad me datis preter tumorem pedum reliquo corpore eam
bene valere et mirum in modum gauisus sum, nunc vero cum
ex Alexio hoc accepissem, eandem iam tandem perfecte vale:
tudini restitutam esse, actis primum deo Immortali gratiis
parum abfuit quin pregaudio tripudiarem, superuacuum est
admonere, vt tuende et curande valetudini operam inten:
dat, quandoquidem vt in ceteris rebus omnibus sic in hac
summa et admirabili prudentia eam vti solere perspicuum est.
Res que hic geruntur, certiores et exploraciores habebit
R. D. vrā cum ex Regiis tum ex domini Archidiaconi
lr̄is summa virtute et integritate et in eandem R. Dnem
vram̄ excellenti fide et deuocione hominis, a me vix ali:
quid tale ad eam scribi potest, quod non sit leue et peruul:
gatum, illud fortassis ex me scire conuenit R. D vram̄,

fuisse hic nuper Oratorem Caesareum Cornelium quendam cognomento Duplicium de cuius eruditione et moribus iam (credo) abunde didicisse arbitror R. D. vram. Idem Cornelius quoniam in Hispania Dantisco viro utitur familiariter nescio quo nam pacto ab eo persuasus cepit me absentem adhuc et non visum benevolentia sua et charitate prosequi, ita mihi ipse confessus est, hoc ipsumque literis suis doctis et amicis adhuc ex itinere dum huc proficiscebatur ad me premissis confirmavit, et veniens omnibus sincere et non fucate amiciciae indiciis comprobavit, in summa eo adnitente effectum est et domino Archidiacono velificante ut in secretarium Regium cooptarer Iusiurandumque consueta formula in conspectu Regio iurarem. Scio R. D. vram quo ego officium hoc iam dudum ante assequerer non modice fuisse conatam sed nescio quis nam malus genius rem impediebat quominus effectum consequeretur, audivi semel atque iterum ex R. D. vra ei ad rem conficiendam nunquam idoneam occasionem adfuiße, nunc tamen deo volente assecutus sum quod tantopere ambiebam sola tamen R^ma^ D. vra mee ambitionis conscia. Tamen non sum adeo demens et vecors ut autumem id dignitatis quicquid est mihi aliunde accrevisse quam auspiciis ductu auctoritate et singulari in me favore R. D. vre siquidem in eis mei ingratus comitiis iecerat quidem Orator ipse Cornelius non vulgare fundamentum, sed res omnis tanquam ad Triarios sic ad dominum Archidiaconum perficienda devenit. Is quia firmissime sibi persuasum habuit me apud R. D. vram in summa gratia positum esse, et exinde apud eandem parem graciam se demereri pro auctoritate sua, qua ex commendacione R. D. vre apud Principem pollet, rem ad umbilicum usque (ut aiunt) perduxit, et eo praeeunte conceptis verbis iuravi. Quare si res michi bene cesserit post deum, soli R^me^ D^ni^ vre acceptum feram, cedet autem proculdubio si R^ma^ D^o^ vra rudi huic &

indigeste materie, vt Phidias minerue sic ipsa Secretariatui meo, summus et excellens artifex limam coloremque superin-duxerit quod ego eandem R. D. vram ex ingenita sibi virtute et probitate tum eciam pro qualibuscunque fidelissi-mis tamen et sincerissimis in eam meis meritis, quamuis esse facturam minime dubitem, tamen vt faciat eam rogo, oro et obsecro commendo humillime me et mea R. D. vre sup-pliciter orans ne me a pristina gratia sua excidere pacia-tur, vt dominus meus graciosissimus quem iterum atque ite-rum, deus omnipotens seruet ex Vilna pridie Calenda-rum Septembris Anno domini M°. D. XXviii°

Sigismundus primo regi Polonie
Petrus Tomiczki eps Cracouien vicecancell.

Sacra Mtas Regia et domine, domine clementissime. Post perpetue seruitutis et oracionum mearum humilem comen-dacionem. Accepi descriptionem et Legationis Cesaree Mtis nunctii et responsi quod illi Mtas vra dare dignata est. Et profecto magnam ex eo cepi voluptatem quod homo ille hospitaliter et laute istic fuerit a Mte vra tracta-tus. Item etiam liberaliter et honorifice donatus. Etenim spero hoc maxime laudi et glorie Mtis vre futurum, ille optima predicatione de Mte vra gratum se f-isse eorum munerum hic adhuc in regno amplissime de-claraverit, idem etiam proculdubio apud Cesaream Mtem facturus Que eius in Mtem vram gratitudo et studium efficere et hoc facile poterit vt Mtas sua Cesarea ex hac suspicione deducatur in quam falso ex subditi vnius Mtis vre temerariis in Gallia et Anglia gestis fuerat addu-cta et deinceps sibi indubitate persuadeat Mtem vram si-bi et fratri suo amicissimam esse et beneuolentem

Fama est hic ad nos allatum et fere in omnium ore versatur Regem Joannem breui ex Tharnow et Regno Mtis vrae discessurum esse in Hungariam Nunciatum enim sibi dicit Thurcos qui in subsidium illius sunt missi cum domino Laski apud Peter Varadinum Castra habere et se illic expectare preterea nichil hic aliud nouarum rerum habetur quod a me ad Mtem vram scribi recte possit. Si quid tamen erit postea non paciar Mtem vram ignorare. Cui me et seruitutem meam supplex commendo, et feliciissima esse cum omnibus liberis et Coniuge sua Serma vehementer opto et dominum deum assidue oro Dat etc

Petrus Tomiczki Eps Cracovien
Regni Polonie Vicecancellarius
Stefano Broderico Epo Sirmiensi

Rme domine frater et amice charme ac honorande. Quod tanto tempore nichil dominacioni vre Rme scripserim nec literis eius responderim ascribat id rogo aduerse valetudini mee. hec enim erat in causa, quod neque scribere neque nunciare quicque vti et illa expectabat et ego optabam illi potuerim. nunc tamen validior et confirmatior factus, redeundum michi ad officium fui arbitratus, quod certe augescente in dies firmitudine mea cumulatius et plenius reddam. vt preteritum silentium sedulitate sarciri et instaurari possit

Expecto magno cum desyderio vt de Sermi Principis domini Joannis Regis Hungarie et D. vrarum omnium amicorum meorum noua et optima fortuna aliquid mihi nuncietur, non sine enim molestia graui fero quod res

illius Mtis et D. vrarum tantisper silent, presertim cum
neque mihi palam consilio et auxilio ullo illius Mti et vris
D. adesse liceat, manente hoc Sermi Regis mei instituto
et voluntate, Ne vel Sermus Rex vr vel Rex Ferdi-
nandus a quopiam hinc adiuuetur, cum et illius Mtas ne-
minem illorum quo ad pacem et concordiam ineundam ve-
lit consilio et opera sua adiuuare, quod iam ante cogni-
tum esse potest. D. vre Rme ex Rmo domino Archi-
epo Colocen et eius relatione Tametsi hec Mtis regis nri
neutralitas et pacis suadende studium minimi esse apud
Regem Ferdinandum noscatur quod is per literas et
Nunctios non cessat de eius Mte queri, illamque coram
liberius ob multa accusare, Sed et nunc quoque nunctium
suum ad Mtem suam misit de multis que attinent ad
Sermum Regem vrm expostulaturum, cognite sunt enim
ei omnes actiones. D. vrarum et nouit omnium nostrorum
in Regno studia quibus Sermum D. Regem vrm prosequuntur
quique istic vel ipsi fiunt, vel per Nunctios aliqua agunt, Id
ipsum ego cuperem etiam fieri secretius, ne ulla possit subes-
se causa manifesta quare de nobis queri, vel Sermum Re-
gem nostrum accusare debeat. Sed hec ad presens satis sit
attigisse, reliqua coram presentes conferemus Interim o-
pto bene et foeliciter D. vram Rmam valere, esseque di-
utissime incolumem, cuius me etiam beneuolentie et frater-
no amori plurimum commendo, rogoque illam magnopere
vt me et obsequia mea Sermo Regi suo frequenter comen-
det et domino Colocen, domino Cancellario et aliis amicis
dicat meo nomine plurimam Salutem Datt in Bodzacim
die Sancti Joannis Baptiste Anno Mo Do XXviij

quo ad bellum utrique vero

Ferdinandus Rex Vngarie Et Bohemie
Archidux Austrie.

Sigismundo primo Regi Polonie
Magnoduci Lituanie.

Serme Princeps frater et Sororie noster charme. Tametsi
Sertem vram et literis et Nunctiis nris sepius hortati sumus
vt nec ipsa Joannis Scepusien. Studiis et factionibus fauere
aut locum dare, nec gentes suas in subsidium ipsius mittere
vellet vel ire permitteret atq3 Sertem vram pro pristina
sua in nos affectione et iuxta oblationem nobis ab ea super
hoc et per literas et Oratores tam suum quam nros presertim
vltimos illos factam illud omnino facturam existimaueri:
mus. tamen certo nobis innotuit, plures Polonos etiam in:
signiores et alicuius nominis, cum antea, tum in conflictu
nuper à nris cum prefato Joanne habito repertos esse, quis
hos Sertas vra colluuiem tantum esse hancq3 propter Re:
gni libertatem non facile prohiberi posse asseuerat, quomi:
nus ad eundem currat aut confluat, immo et ipse Joan:
nes palam iactitare non cesset, Se externis abundare auxi:
liis, et eo potissimum, quod à Serte vra sibi suggeritur,
hoc autem ex eo, quod ab eisdem Oratoribus nris accepi:
mus cognosci potest, cum Anthonius Richon tanq3 facti:
onis Scepusien Capitaneus et Princeps, eisdem Oratoribus
nris in Dieta Piotrcouien existentibus, non veritus sit,
gentes contra nos collectas, immo possessionatos et Nobiles

aliquot Regni Sertis vre in auxilium Joannis antedicti mittere

DE rumoribus variis et pluribus de Serte vra et regnicolis eiusdem vulgo sparsis nichil scribimus, cum non solum illi sed etiam facta Sertis vre iactacioni Joannis correspondeant. Quare eandem Sertem vram affectuose hortamur et rogamus ut veteris in eam beniuolencie et amoris, dicteque oblationis sue memor, per scriptam in fauorem et assistenciam Joannis antedicti nichil prorsus facere aut admittere, simul et regnicolis suis inhibere, eosque cohibere velit, ut domi maneant, nec ad Joannis istius stipendia progrediantur, et quia predictus Rinchon tamquam fugitiuus et rebellis subditus nr nec dum cessat ab iniquis et perniciosis accionibus suis quarum fructus iam aliquocies molesto quidem animo vidimus Qui si Regis sui Oratorio munere duntaxat fungeretur, non admodum egre ferremus. Sed cum illius pretextu, non attentis, que Oratorem respiciunt ea tamen conari non desinat, que tumultuarium et facciosum arguunt, primusque sit qui reliquos in nos concitet et persuadeat, nobis non potest non esse molestum unde Sertem vram magnopere hortatam esse volumus, ut eundem Rinchonem habito ad premissa respectu ulterius apud se et in Curia sua agere quo hec et similia contra nos facere possit, non patiatur, attento quod nos quoque eidem Serti vre pari vice et officio si operepreciium foret gratificari vellemus, sicut etiam illam indubie facturam esse confidimus

Quod profecto regnorum utriusque nostrum incolis quin pocius publice paci et tranquillitati non nisi quam maxime prodesse poterit. Sed si quod equidem nobis persuadere non possumus

nec volumus hoc neutiqz fiat tum necessitas ipsa nos invitos
quidem adiget ad cogitandum et amplectendum alia me:
dia que forte facile et inpromptu haberi possunt ad hoc
vt nos et subditos nros ab hiis atqz aliis exuamus et in
pace seruemus. Nobis autem persuasum habere volumus
Serlem vram pro sua Sapiencia et iudicio perspicaci int
vnqz admissuram, quod nobis aut nris rebus contra:
riari possit. Sicut et nos vicissim faciemus, eamqz in amo:
re et bona vicinia sicut hucusqz fecimus fraterne con:
seruare studebimus. Que nos de certo et vicino super
hiis responso cum presencium exhibitore admonere velit
et foelicissime valeat. Datt in Ciuitate nra Vienna
die vigesima Mensis Marcii Anno dni M°. D. XXviii
Regnorum vero nostrorum secundo

Sigismundus primus Rex Polonie
Petro Tomiczki Epo Crac. Vicecancellario
Christofero de Schidlovec Castellano &
Capito Cracovien. R. P. Cancellario.

Rme et Magce domini sincere nobis dilecti. Allate sunt nobis litere Sermi Regis Ferdinandi satis aspere, et minaciter scripte. Quibus cum apud Regem illum Nuncium nrm habeamus, visum est per eundem Mti sue, cum consilio V. S. tamen respondere oportunum magis quam per literas. rescribi tamen mandavimus. Et licet prioribus literis nris satis abunde responderimus similibus scriptis Mtis sue nunc autem iterum istis ultimo allatis per Nuncium nrm quem illuc ad Mtem suam misimus respondere voluimus

Nobis autem videbatur in eam sentenciam respondendum, nos videlicet Sermo Joanni Regi nulla unquam consilia vel auxilia adversus Mtem suam prestitisse, neque clam, neque palam, atque ideo non bene Mtem suam fuisse de contrario informatam, nam si voluissemus ferre suppecias Regi Joanni potuissemus utique non levi gentium presidio, ex hominibus magis cordatis augere exercitum ipsius, neque istud celare voluissemus qui non sumus soliti simulare amicitiam cum ullo Principe immo subditos nros aliquot qui possessiones in Dominiis nris habent et ad Sermum Regem Joannem militatum erant profecti, mandatis nris in nro ex Polonie Regno discessu, revocare comiseramus, qui prius redierunt ad sua quam litere nre ad ipsos perferri potuissent

Rinconem Oratorem Christianissimi Regis iam dudum per

nos absolutum, neq[ue] in Aula n[ost]ra deinde versatum esse quid
ille clanculum in angulis gesserit, nobis non fuisse cognitum,
quem tamen deinceps talia audere non permittemus prohibe:
re vero illi ne in regno n[ost]ro maneat, quomodo honeste posse:
mus non videmus quando ille et redditum ad Principem suu[m]
sibi non patere et alias rationes more suo adferat

Rumoribus et fama iam multifaria sparse si nos quoq[ue] fide[m]
vellemus dare, omnia vincula mutue amicitie et bone vici:
nitatis disrumpi permitteremus, sed quia sinceriter et no[n]
fucate omnia cum omnibus agere soleamus istos ventos ~~istos ventos~~ vt vanos facile contemnimus, et amicitiam semel initam
perpetuo quantum in nobis est, conservare solemus, neq[ue] ali:
ud nobis ab illis ante pollicemur. In hunc sensum videre:
tur nobis danda informacio, cui non abs re annectendum
esset de hostilitate quam Exercitus ante sue adversus sub:
ditos n[ost]ros sine causa sine denunciacione vlla perpetravit
si verum est quod significatum fuit de depopulatione oppidoru[m]
n[ost]rorum in Scepusio

Curabunt deniq[ue] V. S.tes q[uod] citissime vel per hunc Czierschtow
vel per alium quempiam mittere ad Opalienski ~~nuncium nostrum~~ informacionem, quam conficient V. S. quibus per:
mittimus mutare et addere, vt melius magisq[ue] illis ex
re et dignitate n[ost]ra oportunum videbitur

Scripserunt eciam ad nos subditi n[ost]ri Masovie offeren[te]s no:
bis Sex gr[ossos] duntaxat pro defensione istius anni, vt ex li:
terarum ipsarum exemplo intelligent V. S. nos tamen ius:
simus rescribi illis nolle suscipere ab eis aliud q[uam] quod
per nuncios n[ost]ros illis declaravimus, et nisi curarent satis:
facere desiderio et voto n[ost]ro vt et reliquos Sex gr[ossos] profesto

Sancti Bartholomei contribuant, non euasuros indignacionẽ nostram et quid in hac quoqȝ re nobis deinceps agere censebunt S. V. quanto celerius significare curabunt nobis sentenciã suam, nollemus enim ob istorum contumaciam suboriri difficultatem aliquam in contribucionibus Regni mei. bene valeant. V. S. Dat. Vilne 25 Aprilis Anno domini

Scripsit quoqȝ Sermus Rex Ferdinandus eisdem fere verbis ad nos Sermẽ Reli Mti Coniugi meẽ charme cuius Mtas eciam per literas suas refert se ad ea que dicturus est nomine meo. Nunctius meẽ. cui vrẽ S. comittent et significabunt vt Mtis Rlis studium erga Mtem illam declaret. et aliã sue Mtis nomine dicat que videbuntur pertinere ad bonam amicitiam etc

Particula legationis a Sigismundo primo rege Polonie: ad regem Ferdinandum misse.

Verba hec infrascripta: a dno Tomicio composita missa fuerunt ad petrum Opalemizki oratore regis ut ea Regi Ferdinando referret.

Maiestas domini mei accepit non pridem literas Mtis vre Serme Vienne XX die Marcii datas quarum structura et verborum contextus acrimoniam nouam et inussitatum prese ferebat: que cum neqz coniunctioni mutue et affinitati responderet, neqz pro meritis et ex dignitate sue Mtis esset: mirata est plurimum Mtas sua Serma, et graui ac molesto tulit animo paruā sui et officiorum suorum in hisdem literis habitam esse rationem, et proinde dedit michi in mandatis, vt hoc pacto Mti vre Serme responderem: indignum sibi principio videri vram Sermam Mtem vanis et incertis rumoribus ductam, argumentacionem apertam conscripsisse, qua officium et promissa Mtis sue vocet sibi in suspicionem, quam etiam concludens dicat facta sue Mtis videri iactacioni aduersarii sui respondere: cum tamen ex contrario, omnium rerum progressus et exitus documento esse possit, Mtem suam Sermam constantissimam in promissis in officio facillimam in amicicia demqz conseruanda diligentissimam semper fuisse. Nam non modo non iuuit aduersarium Mtis vre Serme in aliquo Mtas sua, sed etiam vti erat pollicita seuerissimis edictis propositis subditos contra illorum libertates ab illius miliciā reuocauit

Que res quantam commoditatem capiendam Urbium ...

Arcium Regni Hungariae occuppandi et victoriae consequendae Mti Vrae attulerit cuilibet palam esse potest. Tametsi enim aliqui dicto Mtis suae non audientes periculo suo nec tamen impune illic remanserit, id quod et Mtis Caesareae et Mtis Vrae Sermae aliorumque Regum et Principum plerique subditi ab hostibus illorum saepius revocati facere solent, Nichilominus tamen commodum et utilitatem suam revocatio suae Mtis est consequuta, Siquidem veluti ad Thesseram vel Signum militum aliquorum excitata studia, ita quoque dominorum Ungarorum animi et voluntas audita sententia et iudicio Mtis suae quod tunc illis anceps et dubium videbatur, ab adversario Mtis Vrae sunt ad illam subita quadam mutacione traducte

Deinde cum Mtas domini mei amicitiae et coniunctionis mutuae violandae nullam nec scripto nec agendis rebus praebuerit causam: plurimum optat ut in literis Mtis Vrae Sermae aequa deinceps ratio dignitatis et amplitudinis suae habeatur, ne Mtas Vra Serma videri possit, rumoris calumniam, amori et constanti officio Mtis suae praetulisse quod nulla cuiusque cavillatione ne dicam etiam ullis involucris et latentibus argumentis notari unque possit in spicio, quippe quod Mtas sua Serma palam et aperte prout eius dignitas postulare videtur omnibus dolis procul, soleat authoritatem Regum et Principum omnium Christianorum, praesertim vero necessariorum suorum, pro cuiusque in se meritis colere et observare, et si voluisset ferre Suppecias adversario Mtis Vrae, potuisset utique non levi gentium praesidio et numero facere. Neque istud celare voluisset ut quae non soleat cum ullo Principe amicitiam simulare. nunc vero quod ad Mtem Vram attinet

nulla aliqua gratia, amor, affinitas demum eiusdem aduersarii Mtis vrẽ tanti apud Mtem suam esse potuisset cuius causa Mtas sua animi sui propensionem et beneuolentiam Mti vrẽ Sermẽ ex coniunctione debitam et promissam deberet mutare

Rhinconis facta que fuerint antea ignorabat Mtas sua, cu ille longissimo interuallo ab Aula Mtis sue semper esset disiunctus. Nunc deinceps que facturus est, non latebunt Mtem suam. In quibus quidem dabit diligentem operam sua Mtas ne quid ab eo fiat et admittatur quod sue Mtis officium et promissa arguere, vrẽ vero Sermẽ Mtis voluntatem irritare posset.

Receptu tamen eum sibi probare in Regno suo honeste quo modo possit Mtas sua non intelligit: cum ille dicat posteaquam apud Mtem suam Oratoris munere fungeretur ita semper interclusum se fuisse et esse, vt redire tuto ad regem suum hactenus non potuerit nec possit.

Et quoniam in eandem quoque sententiam Sermus Rex Ferdinandus ad Mtem Rlem scripserat literas, de eorum Polonorum temeritate conquerens, qui pro aduersario suo aduersum se arma sumpserant. et subinde monens fraterne vt Mtas sua Rlis Coniugem suum Sermum ad conseruandam amicitiam cum Mte sua hortaretur

Orator debebit Mtis Rlis Polonie nomine plurimam Sermo Regi Ferdinando Salutem dicere, et bras Mtis sue offerre

deinde dixere Mtem suam Rlem, eius necessitudinis et amicitie que inter Sermum dominum Polonie Regem Coniugem suum ac inter ipsum Sermum Regem Ferdinandum intercedit, cum semper antea diligentem habuisse racionem tum nunc maxime habere velle, tum eiusdem Sermi domini Regis Ferdinandi lris de hac re fuerit admonita, neq desinere quidem omni studio et diligencia Mtis domini Coniugis sui animum inducere, vt omnia gerat et prestet erga illius Mtem Sermam, que fraternus amor et promissa sue Mtis postulare videbuntur, prout eciam certo sibi persuadet Mtas sua Regialis Mti Sermi domini Regis Ferdinandi cognitum esse posse Coniugem suum Sermum constantem et officiosum hactenus semper fuisse in hiis que ad bonam amicitiam et mutuum amorem inter eum et illius Mtem conseruandum videbantur pertinere. neq obnoxium aliqua ex parte esse eorum, que rumoribus vanis et incertis hincinde circumferuntur

Quare rogat Mtas sua Regialis vt Sermus Rex Ferdinandus de Mte domini et Coniugis sui omnia sibi persuadeat ac polliceatur, que ab amicissimo quoq et beneuolentissimo Principe sperare et expectare possit, non fallet enim hec res Mtis illius Serme opinionem

Caeterum vt se in amore et beneuolencia sua regia conseruare dignetur Sermus Rex Ferdinandus vti hactenus fecit plurimum rogat Mtas sua Regialis

Petrus Opalenczki Castell. Medzirecensis orator Petro Tomiczki Episcopo Cracouien: Vicecancell° Chrisfero de Ssidlowec Castella° et Capitaneo Crac Cancellario: Nicolao de Schidlowec Castell° Sandomiriensi: Thesaurario Regni Polonie.

Rme in Chro Pater, Magci domini, et domini mei clementissimi. Post commendationem seruiciorum meorum. duplex Legationis officium committere mihi dignate fuerunt dominaciones vre. Alterum in Conuentu Imperiali Ratisbonen. Alterum apud Sacram Celsitudinem Sermi Ungarie Bohemie Regis Ferdinandi, nomine Sacre Regie Mtis domini mei clementissimi per me obeundum. Conuentus Imperialis Ratisbonen. qui iamiam ex voto Cesaree Mtis fieri debuerat, Imperatore rursum aliter volente solutus, et in nichilum versus est, partim propter tumultus Germanicos maxime eo tempore inter se dissidentes, partim propter multifariam et sedicionis plenam de fide et religione nouamqz quottidie Principum Germanie opinionem et senteneiam, ne vero ego officio Legacionis mee aliqua ex parte videar defuisse: Expectaui hactenus si forte compositis rebus Conuentus Imperialis sublatus, refectus fuisset postea, vbi autem nullam eius spem esse vidi. insuper eciam a Mte Sermi Ungarie et Bohemie Regis perquisiui diligentissie quid me de eo ipso Conuentu vel expectare vel sperare oporteat. Respondit Mtas sua hoc tempore Conuentum nequaqz esse posset. daturum tamen operam vt aliquando fiat Conuentus de occupatis aliquantisper tot prius aliis reipublice rebus necessariis, ista tamen estate nequaqz eum futurum, rebus itaqz ita volentibus non potui in ea parte fungi officio

legacionis mee. Quod vero Sermum Ungarie et Bohemie Regem attinet, egi omnia que ex re erant diligentissime. veni in Pragam ad Suam Mtem ubi me advenientem viri quidam insigniores nomine sue Mtis Comitatu honesto, oracione humanissima exceperunt, ad hospicium magna dignitate deduxerunt nichil denique quod ad optimum Regem et amicissimum consanguineum Regium attinet ulla ex parte pretermiserunt. Audienciam apud Sacram suam Mtem michi ubi velim non defuturam nomine sue Mtis humanissime retulerunt. Quam ego non sine suspicione eaque maxima atque odii plena distuli ad novam de pace et concordia incunda informacionem, tot tamen excusacionibus et modis usus sum. Postea quod boni tandem consuluerunt eam tam iustam moram, persuasumque deinceps apud se habent equissimo et integerrimo atque recto animo acta et dilata fuisse omnia. Ubi itaque novam de pace et concordia informacionem nactus sum, mox altero die dixi legacionem, egique omni cura et studio, ne quid ex me deesset quod integrum fidum et sollicitissimum nuncium et servitorem pro debito et virtute facere oporteat, nichil pretermisi, nihil quoque addidi et dicendo et agendo preter institutam et prescriptam mihi ex informacione legem, iucundissima facie exaudivit Mtas suam oracionem et legacionem meam, singulari postea gracia me ad se vocavit atque ad Secrecius quoddam cubile me secum duxit Mtas sua, illic summa clemencia, mira prudentia, maxima eloquencia, nunc hac, nunc alia lingua, nunc hec nunc illa per unam horam cum dimidia sine aliquo arbitrio mecum locuta est Mtas sua Sacratissima, apertissime protestata inprimis se non tanque cum tanti Regis Oratore pro hac vice sed private et confidenter loqui velle, repetiit omnes articulos legacionis mee Mtas sua Serma

ad omnes quoqz respondit michi tunc statim non premedita:
ta argutissime, verum preter consilia Primorum Regni
se respondere ad legacionem nequaqz velle. Expectare
me iussit Mtas sua vt captato maturo omnium de cale:
gacione consilio, melius et prudencius respondere possit
Mtas ista, vt si ego sane viderim, postea michil neqz additum
neqz diminutum in responso publico eorum que priuatim
mecum dixerat Mtas sua Sacratissima, per octo integros
dies, de responso mihi dando deliberatum est, octano itaqz die
ad Mtem suam publice vocatus sum, his itaqz vel his
similibus verbis et in eam sentenciam ad legacionem meã
respondere mihi dignata est Mtas sua Serma

Declarauit porro Sermum Regem Polonie quicquid laboris
in negocio huiusce concordie subiuerit Sincero et bono zelo
quo erga Sermam Mtem ducerettur fecisse, michil equidem
dubitat Serma Mtas Sermum Regem Polonie in omnibus
aperte et ingenue cum Mte sua agere, tum ex summe ne:
cessitudinis iure, tum pro vetusto foedere quod inter Mtes
suas et earum regna intercessit.

Ceterum non videt que pericula ingruant nisi concordia ista
subsequatur, quamuis enim arma Turci Joannes de Zapola
aduersus Vngariam conuerterit, Turcum autem non adeo
in potestate habere, neqz eius dicto perinde obsequentem esse,
vt tum diuertere possit, neqz verendum esse vt cum Tur:
cus Vngariam inuaderet, ex alia parte Joannes infesto ag:
mine irrumpat, nisi ex prouinciis Sermi Regis Polonie
et copiis et stipendio adiutus, Quod Sermum Regem Po:
lonie tanqz Catholicum Principem et Mtis sue consanguineu

charissimum nequaquam passurum. Mtas sua certissime sibi persuadet, hoc vno periculo excepto quod Joannes qui artes suas ingenti cura et solliciitudine continuare non destitit, viuus quod nunc remote vibrat receptus in gratiam facilius effunderet. cognoscat itaque Mtas sua consultius esse et minoris longe periculi inimicitias Joannis experiri quam insidias, apertum odium quam simulatam obedientiam

Vbi autem Serenissimus Rex Poloniae Mti suae significat Turci aduentum maiori quam vnquam antea apparatu non vastandi regni Vngariae gratia sed vt occupet et eam sibi vendicet cuius potenciam nequaquam negligendam admonet. Serenissima (Ferdinandi) Mtas sua postquam in haec Regna sua ex Hungaria concessit, nihil ea solliciitudine, nihil eo studio et diligentia curauit, quam vt ex omnibus regni sui et prouinciis atque Imperio ea consilia compararet quibus tanti hostis impetum excipere possit. sicut dei optimi Maximi ope freta Mtas sua optimam spem habet defendendi Regna sua.

Et Serenissimus Rex Poloniae pro comperto habeat Serenissimam Mtem (cum rerum gerendarum magnitudo ita poposcerit) pro defensione Regni Vngariae non labori, non quieti, non personae demum Mtis suae parsuram, neque commissuram vt a claritudine maiorum in aliquo degenerasse iudicari possit, qui Catholicam Religionem Christianique nominis Regna multis seculis, non tantum moderati ac fortissime tutati sunt, verum eciam gloriose protulerunt auxeruntque

Quantum autem ad intestina Christianorum ~~Regna~~ bella attinet vel imprimis Mti suae Regnorumque eius interesset, vt

illa primo quoqꝫ tempore tollerentur. In quo negocio Mtas sua non parum solliciitudinis et curae iamdiu adhibuit, vnde bonam partem ad inducias paciscendas induxit, de reliquis eciam nihil intermissura est Mtas sua. Sed omni conatu annixura vt ad concordiam reducat

Vbi autem Joannes de Zapola nondum se debellatum sentit quatenus in Vngaria debellari potuit, Mtas sua satis debellatum fugatumqꝫ existimat: ad Poloniae vltima penetrasse, (quo Joannes lapsus est) neqꝫ iure necessitudinis, neqꝫ officio amiciciae Mtis suae licuisse, iam ad Serenissimum Regem Poloniae illud pertinere vt aut in eum animaduertat, aut reddat, aut finibus suis exigat tanqꝫ reipublicae Christianae perniciem. et Iura confederatum hoc foedus inter Mtes suas sancitum, hoc Regali verbo firmatumqꝫ (quod) per magnum Regibus Sacramentum est, exposcit, haud dubie hoc exigit.

Vbi autem Joannes iactat se multos fautores in Vngaria habere non inficiatur Mtas sua esse nonnullos sed per paucos et eos qui praedae et crudelitatis acte metu, eciam noctes ipsas sollicitas et inquietas ducunt, qui si exercitu, si cetero omni apparatu bellico, si municionibus saluis Joannem in Vngaria conseruare et manutenere non potuerunt, amissis omnibus illis pulsum, exulemqꝫ minus poterint restituere introducereqꝫ. de quibus tamen Mtas sua breui debitum finem faciet

Proinde Serenissima Mtas Regem Poloniae consanguineum suum charissimum rogat requiritqꝫ, velit tandem Mtas sua iuxta literas obligatorias ita sese huic negocio accommodare

ita omnem occasionem amputare, vt in posterum de literis et obligacione Maiestatis suę conqueri non possit.

Vbi autem Serenissimus Rex Poloniȩ protestatur se tentasse omnia sedulo et diligenter quecumque ad huiusmodi concordiam efficiendam pertinuerunt, et in Maiestate sua nichil defuisse quasi in Maiestatem suam quicquid cecidisset reycere velit:

At Serenissima Maiestas non modo nullam prestitit occasionem vt status publicus et tranquillitas Christiana labefactaretur verum si vnque alias nunc potissimum de vniuersa publica re Christiana et Catholicis Principibus preclare merita est cum Vngariam eius tyranide liberauit qui societatem et amiciciam Turci perniciosissime sibi conciliauerat, vt scilicet tributum pecuniarum et animarum, et quocienscunque Turco in Regna Christianitatis irrumpere libuisset, non modo illi liberum transitum daret sed commeatu eciam iuuaret

Consideret itaque Serenissimus Rex Poloniȩ, quantum ex illa Maiestatis suę veteri et clarissima existimacione decedet apud omnes Principes et Christiani nominis status si pergat huiuscemodi hominem perditę ambicionis, belli Ciuilis seminarium, patriȩ calamitatem, et ad euertendam Christianitatis pacem genitum in regno suo fouere, vbi ocium, victus, splendor, et frequens salutancium turba, atque Turcorum Tartarorumque vicinitas, ipsum ad exploraciones aliosque perniciosos quoscumque tractatus, et ad omne genus iniuriarum magis magisque exasperabunt quę sibi extra Poloniam nullibi suppeterent.

Quamobrem protestatur Serenissima Maiestas si bella, si rapinę, si denique damna aliqua per Ioannem emerserint non Maiestatem eius

que Joanni omnem adverse machinacionis materiam ademerat. Sed Sermum Regem Polonie occasionem illi subministraturum. qui illum tanq3 publicum hostem rei: publice Christiane et Turci amicum in Regno suo fovet et favore ac benivolencia ipsum amplectitur

Intellectis articulis Sermi Regis Polonie pro parte Joa: annis de Zapola porrectis Sermus Rex Ungarie et Bo: hemie ex adverso respondet. qui non modo Sermus rex Polonie ceteris omnibus melius noverit, qualia et q3 effi: cacia iura Mtas sua habuerit ad successionem regni Ungarie, et iure contractuum, et iure successionis Sere: nissime Coniugis sue, et iure legittime electionis, sed Mtas sua iuxta literas suas obligatorias tenetur eciam assistere Sermo Regi Ferdinando et iura sue Mtis ma: nutenere

Item Sermus Rex Hungarie et Bohemie non querit lo: cupleciorem testem Joanne de Zapolia, si modo vera velit fateri, q3 Mtas sua statim cognito Sermo foelicis memorie Regis Ludovici interitu, nichil omnino pre: termiserit quo[d] q3 ad ipsum Joannem de Zapolia admo: nendum dehortandumq3 arbitratam fuerit pertinere, ne se3 sese in gubernamen regni Hungarie quovis modo ingereret neq3 apertissima Mtis sue Iura aliquate: nus violaret, ille tamen ceca cupidine et temeritate in Mtis sue et tocius prosapie eius iniuriam, Ungariam sibi vendicare voluerit

Preterea Mti quidem sue non fuerit visum condecens et honestum cum Joanne Judicium intrare, tanqꝫ cum subdito Mtis sue, verum pro uberiori declaracione, et clariori ostensione Jurium Mtis sue que luce ipsa meridiana clariora erga regnum Ungarie Mtis sue competebant, amicabiliter iudicium et cogniciõnem Serm̃i Regis Polonie anno superiori in Conventu Olomucen' Mtas sua sponte subiverit.

Preterea non Mtem suam ulla in parte priorem iniecisse Joannis hoc est patrimonia sua privata invasisse. Sed Joannes prior Regni Ungarie Coronam violare Jureiurando suo tyrannice sibi usurpaverit et gubernamen Regni Ungarie contra Jura Mtis sue per frequentes admoniciones violenter invaserit, neqꝫ videret Mtem suam, qua via Joannes Ungariam defendere potuerit presertim post regem amissum post acceptam insignem milicie cladem post adempta regni munimenta post maiorem Ungarie partem ferro et igne vastatam, Cum tamen idem prescriptis salvis omnibus nichil unqꝫ preclari adversus Turcas gessisset, tantum abest ut Ungariam defendere potuerit nisi per tractatum Jeronimi Lasky, qui quales quoqꝫ homine ingenuo et adeo Christiano indigne sunt. Sermum Regem Polonie Mtas sua bene intelligere non dubitat, cum presertim Hieronimus in regno Polonie ex prosapia satis insigni oriundus, eciam nunc Serm̃i Regis Polonie servitor atqꝫ officialis existat. huius enim opera Joannes de Zapolia tributi annui nomine centum millia aureorum ac decimo quoqꝫ anno decimam huiusmodi utriusqꝫ sexus ac pro Castris Sirmiensibus, trecenta millia aureorũ Turco

pendere promisit, ac quociensciqz voluerit liberum trá:
situm ad quecumqz Regna Christianitatis

Caeterum miratur Mtas sua quantopere Joannes sibi non
constet sed id quoqz vt vbiqz semper pellem mutat, nam
in precedenti articulo paratos tractatus et pro maiori
parte conclusos cum Turco habuisse dicit, vt regnum Vn:
garie defenderet, et amissas regni Vngarie municiones
recuperaret. hic autem ab inicio se Turcum ad nutum
hec potuisse ponit, sed abstinuisse se à tali foederum gene:
re. Insuper Mtas sua respondet q Joannes lras ad pre:
fectos Turci manu Mtis eius signatas ostendere nullo
modo poterit nisi dolose et fraudulenter fictas sicut
anno superiori idem in Transiluania fecit vsus opera
cuiusdam Mathie literati

Caeterum ante omnes acciones Joannis Chriane fuerit,
prescripta cum Turco foedera clarissime ostendunt, de
illis itaqz disputare superfluum videtur. Principe
quidem digne non fuerunt. Cum neqz solus in Princi:
patu̾ sed priuatis opibus natus sit, neqz Principatum
aliquem per hostium adierit, aut rite et legittime au:
spicatus sit, tributi annui nomine, que, quantaqz Turco
promiserit, superius abunde declaratum fuit.

Caeterum non esse conueniens Mti sue concordiam cum
Joanne mire tanqz cum eo qui eciam saluis ad hoc opibus
suis priuatis statim post interitum foelicis memorie
Regis ludouici Mtis sue subditus et foendalis factus
fuerit, sed fraudulenter et perniciose non solum rebel:
lauerit. Sed Mtis sue solium inuaserit, neqz Mtas sua

ex venia huiusmodi si Joannem in graciam reciperet
aliud sibi polliceri posset, quam Sermi bone memorie Vla:
dislaus et Ludovicus Reges, affines et predecessores
Mtis sue, quorum alterum Joannes perpetuis anxieta:
tibus et curis confecit, alterum vero Generosum Prin:
cipem in acie pugnam fortiter capescentem, nefarie de:
stituit non sine gravissima procerum et omnium regni sta:
tuum clade, Regnum vero Ungarie ad has calamita:
tes, ad hanc summam rerum omnium penuriam perdu:
xit, adeo ut populus omnis nisi patrie Mtis sue here:
ditarie annonam illis suppeditarent fame periclitare:
tur, unde Sermus Rex Polonie sibi in primis et Chri:
stianis Principibus ac toti reipublice christiane recte
consuluerit, si talem tantumque Christiane quietis tur:
binem aut Mti eius reddat, aut finibus suis ~~quod~~
imprimum eiciendum curet, ne sceleris huiusce nephan:
dissimi impunitate allecti Proceres, legittimas Prin:
cipum successionis per ambicionem sibi deinceps ven:
dicare audeant

Caeterum non dubium esse, Sermum Regem Polonie (quod
ad personam) se erga Mtem Regiam Ungarie et
Boemie fraterne amice et officiose exhibere potuisse
neque secus unquam cogitasse aut in animo suo habuisse, re
ipsa tamen licet a Sermo domino Rege predicto scriptis,
studia contraria saepius adaperta fuisse sicut non solum
liquet ex tormentis bellicis tam Sertis sue quam quorundam
Regni sui subditorum apud Joannem Comitem Scepusiensem
repertis armorumque et intersigniorum suorum discriminaculis
notatis, verumetiam militibus Polonis qui eidem Joanni
accurrerunt signa ipsis deinde secuti, non equidem gregariis

et collecticiis sed genere Nobilibus possessionatis, Item
partimqz Regis ac regni officialibus nomine et existima:
cione claris. Hoc vero amicitiæ munus esse non postremu:
idqz si fiat, haud quaqz lædi viciniam, si amici hostis vel
aduersarius minime foueatur ab altero, minime recepi:
atur quidem, aut ad se commigrare faciatur. His ergo nō
sine racione ad scribendum eiusmodi l(itte)ras de quibus hic
fit mencio, M(aies)tem suam regiam motam, iuste argui non posse.
l(itte)ras vero non eo nomine quasi leuem quandam et calua
occasionem M(aies)tas regia prædicta contra Ser(enissi)mum dominu
Regem prememoratum vel quærere vel arripere conata
fuerit. sed in hoc potissimum exaratas fuisse quo S(erenita)tas sua
iuxta oblacionem promissionemqz suam alio melioriqz mō
et ordine hiis occurreret. vtqz prouideret negociumqz
cordi magis accipere. Demiqz simultates et alia id genus
incommoda precauerentur et intercipere(n)tur

Quod autem Ser(enissi)mus Rex prefatus R(ev)mi comis facta
ignorauerit antea, cum ille longissimo interuallo à sua
Curia seiunctus esset. arbitratur M(aies)tas regia prædicta
Ser(enissi)mum Dominum Regem Poloniæ hoc idem si diligēs
inquisicio facta fuisset facile rescire potuisse, et licet R(ev)mi:
con ille nichil tunc contra M(aies)tem Regiam Vngariæ
attentaturq erat, persuasum tamen habebat sibi eadem
M(aies)tas sua hunc scilicet qui M(aies)tis Cesa(re)æ et suæ non solum vt
hostis, verum vti proditor, quiqz nihil non attentare au:
deat ~~quam~~ quod in apertum M(aies)tum suarum honorisqz et Su:
blimitatis earundem damnum et offendiculum cedere pos:
sit. censendus sit, à Ser(enissi)mo domino rege prefato minime
receptum esse debere quem etsi omnino in regno suo agere

pati vellet hoc precipue cavere debebat ut domi quiete et pacifice contineretur, ne quid mali aut sinistri vel contra Regiam Mtem predictam vel suos quoquo modo faceret vel tractaret. Quod autem prefatus Rmcon asserit postquam apud Sermum Regem prenominatum Oratoris munere fungeretur, ita semper interclusum se fuisse et esse, ut redire tuto ad regem suum hactenus non potuerit nec possit, cogitat Mtas regia prefata Rmiconem si modo animum redeundi habuisset aut in regno Polonie manere permissus non esset, facili negocio vel ut minimum qua ingressus est Poloniam via se domum recipere potuisset.

Cumque Sermus. D. Rex astruat, non videri officium Christiano rege dignum confugentem ad se affinem et vicinum suum, in tanto eius casu et calamitate ex regno suo expellere, hoc Mtem prefactam concedere oportet, quem si Sermus Rex antefatus recipere et fovere volebat sic fieri debebat ut nec Mtas regia prelibata, nec subditi regni sui Ungarie deinceps ut premissum est damnum et iniuriam pati cogerentur, nec quicque amplius adversi contra eosdem fieret aut tractaretur. Quod tanto magis sibi Mtas regia prememorata de Sermo. D. rege prefato pollicebatur, quanto sunt arctiori vinculo fraternitatis amorisque et necessitudinis mutue iuncti ad quod unioni hereditarie federibusque et tractatibus qui cum utroque regno intercesserunt plane consentaneum fuisset.

Caeterum quamvis Joannes antedictus ad Turcos non fugerit nihilominus per receptionem sui et mansionem in regno

Polonie continuatam cum incolis eiusdem omnia facere et machinari potuit que non minus si apud eosdem Turcos fuisset agere et moliri potuisset sicut eciam fecit, nilque in eo quoad posset neglexit, quod non tantum in regie Maiestatis antedicte, sed eciam tocius Christianitatis preiudicium enorme vergere posse credebat, idque fere magis et commodius illi e regno prefato successit quam si ad Turcos iuisset, Intellecto enim quod Joannes ipse a rege Polonie patrocinium sentiret, ubique foueretur, facilius illi fidem quidem Turce habuerunt, et ad opem petenti ferendam cicius et minori negocio sunt adducti, quam quod forte si se ad eos recepisset factum non esset, huiusque solius tanquam profugi conatus parum vel nichil efficacie habuissent. Et quia ego pecii vt quando idem Serenissimus rex amicicie et coniunctionis mutue violande nullam prebuerit causam, Maiestas regia ferdinandus Sepedicta in literis suis, Deinceps equam racionem dignitatis et amplitudinis Serenissimi domini Regis polonie habere velit, eidem Maiestati regie ferdinando incognitum quippe est, qua in re Serenissimus D. Rex prenominatus per litteras Maiestatis sue regie impetitus esse possit cum eidem semper vti fratri et Sororio iure et patri dilectissimo scripserit sed quod per easdem, se practicis et sinistris accionibus Joannis antedicti nonnichil grauatum ostendit non alia racione quam fraternitatis et bone vicinie subditorumque tranquillitatis, optimisque quibusque respectibus factum esse. quamuis enim Maiestas nihil horum penitus ascribat Serenissimo domino regi prefato vtcumque tamen illud regno Polonie factum esse dignoscitur. his tamen non attentis Maiestas regia prenominata sibi nihil nisi optima de Serenissimo domino rege prelibato tanquam fratre et Sororio suo charissimo pollicita est idque nunc eciam persuadet ac in posterum quoque persuasissimum habebit vti ea que

nichil aliud in animo suo cogitauit, q͂ʒ vt bone semper vicinie subditorumq͂ʒ regni vtriusq͂ʒ quieti magnopere consuleret, atqʒ studeret ea spe ducta vt Sermus dn̄s Rex antedictus adhuc eciam bonum ordinem modumq͂ʒ sit factura quo per Joannem prefatum, complicesq͂ʒ eius è regno suo Polonie vel contra Mtem regiam vel contra regni sui Vngarie incolas qualitercunq͂ʒ nihil amplius mali committi vel admitti debeat

Hoc est ad omnes legacionis mee articulos responsum michi per Mtem suam Sacram datum, Sed quia quociensc͂ʒ mencio fuit Sermo domino et Joannis Vngarie regis in responso michi dato nulla vnq͂ʒ dignitate aut nomen aut titulus sue Mtis Sacre erat obseruatus aut nominatus, Coactus sum ego quoq͂ʒ ita ex ordine describere et obseruare omnia sicut dicta audiui ne vel addere vel diminuere velim eorum que dicta sunt Nolim itaqʒ ne quis tam impudentem oracionem impericie et negligencie mee cum turpitudine mihi tribuat, postea quippe qui sane intelligo qua veneracione me suam Mtem et nominare et obseruare oporteat, credo ego quidem non parum adoffensum et lesum Sermi Regis Ferdinandi animum addidisse responsum acrius Sacratissimi domini et . D. Vngarie regis quod ego subiecissem libens, si metas prescripte legis transgredi fuissem ausus, existimat enim hoc illis fuisse significatum propterea vt hoc pacto eis indignis condicionibus et practicis cum Turco Vngarie periculo rex Sermus Ferdinandus apud suos exosus forte fieret vtcunq͂ʒ

tamen est. etsi ego sane videam exacerbatam nimis Maiestatem suam erga nacionem nostram necessitudinis tamen et amicicie maximam habet racionem cuius si ratio non fuisset habita certo certius ad apertam hostilitatem ventum fuisset. dici non potest quam indignissimo animo ferat Maiestas sua ea que per incolas regni Polonie sibi fieri existimat ita tamen ego existimo me privatis colloquiis et persuasionibus iustis apud Maiestatem suam effecisse quod minus molesto est animo Maiestas sua et quod mitius omnia apud se reputat que ante acta sunt nisi forte denuo preter necessitudinis officium aliquid fiat postea per nostros quod minus velit Maiestas sua / non desunt qui ad aperta arma Maiestatem suam inducunt contra nos. Sunt tamen qui aliud senciunt et precipue Reverendissimus Dominus Episcopus Tridentinus nacioni Polonice affectus nimis / qui omni studio ad pacem concordiam et tranquillitatem omnia instruit aequissime

Reliquum est ut ineptissima ista servicia mea que omni fide et integritate prestiti humiliter commendentur Maiestati vestre Serenissime ipse vero qui iniquitate fortune a curiis Aulicis explosus sum ad intermissum tot annis aratrum infoelix redeam Valeat Dominatio vestra ad multos atque foelices annos Datum Prage feria tercia post festum Sancti Petri et Pauli Anno M° D XXviii°

Responsum a Sigismundo primo rege Polonie Datum oratori Ferdinandi Regis Vngarie et Bohemie. Vilne xi Julii.

Que vra M. pridie nomine Sermi Principis domini Ferdinandi Ungarie et Bohemie etc Regis coram exposuit hec continere videbantur.

Commemorauit imprimis vra M. D. Q. post inita satis arcte amicicie foedera inter Sermum Principem vrm et Mtem R. per nunctios hincinde missos et per literas inuicem scriptas, pro desiderio et ad postulata Sermi Regis vri, et a Mte hac fuisse quidem promissum Incolas Regni Polonie et aliorum dominiorum eius Mtis ad stipendia et in subsidium aduersarii Sermi Regis vri Mtem R. hanc non permissuram, factum tamen esse nescitur, quo facto, vt contra tot repetitas a Mte R promissiones, aliqui ex subditis Mtis sue et in Vngaria nuper aduersus eandem Mtem Sermi Regis vri militauerint et ab hoc instituto suo non omnino etiamnum desistere videantur.

Quandoquidem vt adiunxit V. M. aduersarius Sermi Regis vri in Regno Polonie nunc existens delectum facere, et exercitum colligere ex subditis Mtis sue ad inuadendum denuo Regnum Vngarie non vanis rumoribus et authoribus dicatur.

Hortataque est M. V. et rogauit nomine Sermi Principis sui Mtem R vt (quod mutua necessitudo et semel inita

amicitia bonaq; vicinitas atq; sanctissima inter earum Mtes et haec regna confecta foedera exigere videntur) à tantis ausibus, et ab inferenda ulla hostilitate et iniuria regnis et Dominiis Sermi regis vri subditos suos Mtas R. contineat

Neq; etiam externas gentes in auxilium vel ad stipendium eiusdem aduersarii proficisci volentes per regnum et dominia sua transire permittat, vel illis transitum prebeat

Declarauit deinde V. D. q ubi aliqua hostilitas aut damnum aliquod ex regno et Dominiis Mtis sue Sermo regi vro aut eius subditis per aduersarium cum ipsis gentibus datum illatum ue fuerit Cogeretur tunc Mtas Sermi Regis vri, per gentes et exercitus suos illud repetere licet Mtas illmis non speret neq; sibi promittit Mtem R aliquid tale aduersus se admissuram

Et haec fuerunt quae oratio V. D. copiosis et ornatis verbis concepta continere videbatur ad quae Sacra Mtas R vrae M. D. ita respondere mandauit

Rem non nouam et iam in vniuerso ferme orbe decantatam aut deploratam potius esse. Quot portenta, quantae blasphemiae in Ecclesia Dei, in religione nra Christiana hoc seculo nro exorte sint. Quot periuria, Sacrilegia, motus seditiones et mortalitates inde sequute, Quibus vt occurrere et prouidere potuissent, prout ex debito tenentur et debent Christiani Principes atq; imprimis ipsa Caesarea et Catholica Mtas seucrioribus edictis prohibuerunt

ne quispiam istis heresias, aut vt ipsi existimant nouis euangelistis adherere eorumue dogmata complecti et suscipere auderet. Sed quantum per infelicitatem temporum obsequulum sit tam Sanctissimo Christianorum Principum instituto nemo non videt, et vel vicine prouincie argumento esse possunt.

Cum itaque in re tanta sit hominum audatia et contumacia non debet merito moueri Sermum Regem Ferdinandum si contra edicta Mtis. R. aliqui, et hii quidem non magni momenti ex subditis Mtis sue ere alieno conducti in Vngaria militauerint, Quandoquidem Bohemos, Moranos, et Slesitas apud eundem Principem et aduersarium Sermi Regis vri tunc et nunc etiam forte militare nonsit incognitum

Regnum vero Polonie vbique patet nec montibus vel saltibus aut fluminibus septum est, vt ceteris Regionibus et terris natura concessit.

Vsuuenit etiam id aliis quoque fere omnibus nationibus et precipue Germanice que vel iniuriis lacessita, vel pinguiori stipendio obiecto, etiam contra Principes suos plerunque militare consueuit

Neque credit Mtas. R. Caesarea Mte Germanice domino annuente tot Germanorum peditum copias Sermo Francorum Regi et olim semper et hoc presertim tempore contra se militare, ita vt in media quoque Italia Germani de Germanis plerunque triumphos et victorias reportare soleant

Quod cum ita sit non arbitratur Mtas sua Sermum D. Ferdinandum Regem habere secum nunc expostulandi locum cum presertim quicquid Mtas sua vel per Oratores vel per literas sue Mti significauit vel pollicita est id vsque in diem hanc sancte simul et religiose obseruauit et obseruare in animo habet. nec adduci potest vt suspicetur, Sermum Regem Ferdinandum vllam vnquam occasionem illi prebiturum quominus eadem omni etiam vsque ad vltimum spiritum sit obseruatura

Aduersarium Sermi Regis vri in Regno Polonie delectum conscribere exercitumque de subditis Mtis R. colligere et incursionem parare incredibile videtur. quandoquidem Mtas R. hanc subditorum suorum libertatem nouis constrinxerit mandatis officialibusque suis seuere mandauit, ne deinceps vllum ex subditis sue Mtis siniant abire in externa stipendia. Dabitque insuper operam vt ex dominiis eius nichil fiat indignum bono amore, bonaque communium dominiorum coniunctione et diuturna concordia.

Externas vero gentes, si que venture essent in auxilium eidem Principi aduersario Sermi Regis vri facile ipse Sermus Rex Ferdinandus a transitu arcere poterit cum Dominia eius Mtis et imperii interiacent per que etiam huiusmodi gentes et populi transire necesse haberent, dabit tamen operam Mtas R. vt in hoc quoque si quid acciderit se per omnia amicum bonum et syncerum Sermo Regi Ferdinando, quantum possibile erit, demonstrare posset

Atque ideo non erat forte necessaria de conuertendis in locum

inferende iniurie. Sermi Regis vri exercitibus tu-
teris asperaqz significatio. Non enim ignorat Mtas R.
Sermum Regem Ferdinandum esse, et prudentem et po-
tentem Regem, suosqz ab inferendis iniuriis tutari s-
scire et posse. Sed se quoqz vt ab inferendis vllis iniu-
riis semper immunem fuisse: Ita neqz belli vel minimam
occasionem vlli vnqz mortalium prebuisse. Suas tamen
et subditorum suorum iniurias non sine gloria et
profectu cum dei presidio egregie semper tutatam esse.
Atqz etiam conscientia recte factorum suorum Mtas s-
freta, nihil dubitat. Deum optimum maximum, qui
semper iustas eius causas hactenus tutatus est, etiam in
hac quoqz parte sibi non defuturum.

Non potest tamen Mtas Ra sibi quicpiam polliceri a Sermo
domino Ferdinando Rege, quod ab eo amore, et ab isto
suo perpetuo beneuolentie offitio et instituto alienum, con-
foederatisqz Regnis perniciosum esse debeat. Quandoquid-
Mtas sua nihil reliquit intentatum et neglectum quo po-
tuisset et promissis suis et mutue beneuolentie ac frater-
no amori Sermi Regis Ferdinandi cumulate respon-

Responsum a Ioanne rege Vngarie Datum Petro Tomicio Epo Cracouiensi Chrfero Ssidlovicio Castello et Capito Cracouien: Cancellariis regni Polonie

Mtas regia licet rursus ac denuo sit grauissime offensa ac turbata per ea que in responso Sermi Regis Bohemie Ferdinandi, Oratori Sermi domini Regis Polonie, dno Petro Opalenczki proxime publice Prage dato, fuerunt in ipsam inmerito congesta, boni tamen publici causa, quod rebus omnibus anteponit parata est cum prefato Rege Bohemie aduersario suo concordiam inire, Sicut id antea quoque nunciauerat Spectabili et Mgco domino Castellano Crac. et Rmo domino Epo Cracouien. si is huc Cracouie repertus fuisset, medio Rmi domini Colocen. et medio Domini Epi Siremien.

Sed quia intelligit Mtas sua prefatum Regem Bohemie optare Conuentum cum Sermo domino Rege Polonie et pro hoc apud Mtem eius instare id quod et Mtas regia desiderat, existimat sua Mtas nihil esse commodius ad eiusmodi concordie tractacionem quam fieri huiusmodi Conuentum, et quod tunc medio domini regis Polonie tractetur et conficiatur hoc negotium quo tempore tractandum etiam videtur de modo et condicionibus huiusmodi concordie.

Intellexit etiam Mtas Regia ea que loquutus est Rmus dominus Epus Tridentinus cum Oratore prefato Sermi

Sermi domini Regis Polonie in facto talis concordie de quo dicat Mtas regia, quod licet illa condicio per ipsum dominum Tridentinum proposita, sit admodum grauis et dura, si tamen ad hoc esset veniendum, primum de hoc etiam ipso in huiusmodi Conuentu tractari ac medio Sermi domini Regis Polonie transigi deberet

Deinde illud quoque eo casu esset considerandum, vtrum videretur honestum et conueniens Mtem regiam pro sola patrimonii sui pecuniaria redemptione, negligere ac postponere tot commoda, que sunt Mti regie ante oculos, pacem vero Imperatoris Thurcorum cum magno commodo reipublice Christiane Item amicitiam Christianissimi regis Gallorum et aliorum confoederatorum suorum, Tantam preterea ac tam magnam ac firmam spem, etiam si illa superiora non sint regni sui, per aduersarium iniuste et violenter occupati, cum dei auxilio recuperandi, ob multas causas que etiam aduersarius sue Mtis vix potest ignorare

Hec tamen omnia, vt dictum est, longe melius et commodius in Conuentu prescripto et tractari et finiri poterunt ad quem se Mtas sua refert, et quem vt supradictum est fieri vehementer desiderat

Sigismundo primo regi Polonie
Petrus Tomiczki Eps Cracouien
Et Regni Polonie Vicecancellar.

SACRA Regia Mtas et domine, domine clementissime. Post seruitutis et orationum mearum humilem comendationem. Immortales ago et habeo Mti vre Sermē gras quod literis suis pondere regio dignis et supramodum honorificis michi in pristinum valetudinis Statum restituto dignata fuerit gratulari quodqz Medicis suis quatispex illis vti vellem, mecum hic esse liberalissime admiserit. Quam quidem regiam pietatem et gram Mtis vre Sermē, ego quoad eius fieri poterit, diligentissimis studiis, officiis, omni deniqz mee seruitutis genere promereri perpetuo curabo, Sedulamqz dabo operam vt Mtis vre Sermē hec pietas et summa in me collata beneficia grata illi quandoqz et iucunda esse possint

Nunc ego vim morbi et egritudinis que me grauiter affiiciebat quo ad reliquum corpus plane superaui, nisi quod in pedibus humor adhuc per defluxum residens, reluctatur ad curam, mihiqz parum adhuc molestie affert in incessu sed et id spero breui in integrum rediturum, meqz plenam ambulandi potestatem esse accepturum

Scio Sermē Rex Oratores a Sermo Rege Ferdinando et Illmi Principe domino Georgio Duce Missnen missos ad

M^tem v^ram Ser^mam nunc iter facere quid tn^ mandatorum afferant cognoscere adhuc non potui. Scripsit iterum ad me D. Castellanus Crac^o illos nichil voluisse quibus de rebus veniant innuere, quamuis de hoc occulte ab illis fuerit percontatus. Suspicor tamen ego regis Joannis gra Oratorem Regis Ferdinandi venire ob quem receptum et Rex Ferdinandus et alii multi Principes et subditi sui fremunt et non obscuris vocibus M^tem v^ram et Consiliarios eius accusant eis ego Oratoribus cum isthuc venerint nichil dubito M^tem v^ram pro summa sua sapientia et consilio ita esse satisfacturam vt neq^z altera parte exacerbata, neq^z regis Ferdinandi offensa voluntate regni M^tis v^re et nostrum omnium res in tuto esse possint collocate In quo summam semper ab omnibus laudem et gloriam M^tas v^ra Ser^ma est habitura Cui ego inter cæteros foelicissimos quosq^z successus optimam valetudinem diligentissime precor, incolumibus etiam et diutissime sanis manentibus Ser^ma Coniuge sua et liberis quorum omnium gratie imprimis tn^ M^ti v^re Ser^me comendatum iterum esse seruitutem meam vehementer desidero

Dat

Sigismundus primus Rex Poloniȩ Georgio Duci Saxoniȩ.

Sigismundus dei gra Rex Poloniȩ Magnus Dux Lithuaniȩ Russiȩ tociusq Prussiȩ et Masouiȩ etc Dominus et heres Illtri Principi domino Georgio Duci Saxoniȩ Comiti prouinciali Doringiȩ et Marchioni Missnȩ, affini nro charmo Salutem et felicium successuum continua incremeta.
Ill: Princeps affinis nr charme ea quȩ nobis vra Ill: D per Magcum Joannem Schumberg fraterne et amice significauit hȩc continebant.

Accepisse se inprimis significauit vra Illma Do Quomodo Serenissimus Rex Joannes apud nonnullos subditos nros in Regno et Dominiis nris se contineat vel maneat, a quibus ad indecens propositum contra Sermum Ferdinandum Regem confirmari deberet

Quodq etiam ipsi subditi nri ad ea se intromittunt, quȩ sunt aduersantia Sermo Regi Ferdinando. Cuius dicti hostilitate et bellum indixisse non sunt etiam veriti prout Hieronimus Laski fecit

Quȩ res, presertim factum ipsius Hieronimi Laski, nisi per nos fuerit prouisum et vbi illud vltra progredi sineremus posset inter nos et Sermum Regem Ferdinandum odium et inimicitiam excitare ex qua postea sequi posset Christianam sanguinis effusio

Proinde rogat V. Ill.ma D.o ut rebus huiusmodi occurramus et ne fierent provideamus ipsumque Hieronimum ab instituto et proposito suo revocemus, et contineamus

Adiunxit deinde V. Ill.ma D. quod ubi aliqua simultas vel negotia confusa inter nos et Ser.mum Dominum Ferdinandum Regem intercesserint, vellemus id patefacere. V. Ill. D. quae promittit operam et studium suum ut omnia ad concordiam et bonam amicitiam reduci possint.

Cupit preterea V. Ill.ma D. ut illi significaremus modum aliquem per quem isti Principes invicem dissidentes ad concordiam induci possent. offert quoque curam et sollicitudinem suam per quam efficere contenderet, ut Ser.mus Rex Ferdinandus ad decentes conditiones pacis et concordie flecteretur ne sub occasione hac discordie eorum, Thurcus quod reliquum est occupet

Et ista fuerunt que ante alia nobis à V. Ill. D. per Oratorem et literas significata sunt. ad que etiam nobis articulatim V. Ill. D. ita et ut res est respondere volumus

Quia vero ea omnia, ex puro eius erga nos amore, et sincero animo prout ipsa scribit, et nos omnino credimus, manarunt et processerunt agimus et habemus illi gratias maximas, Referreque etiam per omnem occasionem, omni amicabili officio promittimus

Ser.mum vero Regem Joannem Regem scilicet unctum, et Christianum, vicinum, affinem nostrum, variis casibus et

grauibus periculis agitatum, ad extremumqz iam bello et dis:
cordia suorum e regno pulsum, ad regnum nostrum confugi:
entem, vt officium erat Chrianī Principis suscepimus, Quo
respublica Chriana, et singuli confines vicinique populi paci
et quieti sue plurimum queant consulere, Neqz enim libero
et Chriano Principe dignum opus videretur, vicinum, et
affinem Principem, in tanto eius casu et calamitate, ad nos
confugientem excludere, Qui si ad Thurcos vel aliorsum
se contulisset capere forte consilia potuisset, vel etiam coactus
fuisset quibus et Vngarie Regnum, et multe alie Chriano:
rum prouincie ac Respublica Chriana in perniciem deue:
niret, Atqz ita credimus melius contigisse tam Sermo Re:
gi Ferdinando, q vniuerse Chrianitati, Quod et Serenus Rex
Joannes ad nos potius, qz aliorsum se contulerit, Et qz etiā
nos illi receptum in Dominijs meis non negauerimus

Subditi autem mei ob antiquo gaudent ea libertate, qua donati
sunt dudum ab antecessoribus meis, vt cum nos illorum opa
et seruitute non indigemus, possunt libere ad cuiuscunqz Pri:
cipis stipendia proficisci, modo ille Princeps non sit hostis vel
aduersarius mi, Quorum tamen peticionibus Iuribusqz et
Priuilegijs non obstantibus, vetuimus nos olim et statim ab
initio et publicis edictis, ne vllus ex eisdem subditis meis
abiret in externa stipendia, Que res non mediocriter tur:
bauerat animos subditorum nrorum, non tam presentium
qz futurorum euentuum contemplacione et prospectu, Sed nos
nihil mouerunt clamores et preces eorum, tantum enim
apud nos valuit, necessitudo et amicitia Sermi Regis
Ferdinandi

Post eum vero casum, ad quem deuenit Serenissimus Rex Joannes non multi abhinc sunt dies, quod nouis item et multo seuerioribus mandatis edictisque prohibuimus ne quispiam ex meis subditis abire presumat ad externas prouincias in militiam, dedimusque officialibus, et Artium meorum prefectis negocium, vt mandata mea in executionem diligenter deducere curarent, Que licet sciamus contra priuilegia subditorum meorum nos facere, ipsisque subditis meis qui vt alii quoque omnes ingenui homines, libertatibus fruuntur, dura imponere et precipere videamur, Derogauimus tamen hanc vice eorum antiquo Iuri, ne quid fieret quod vel in minimo offendere posset, mutuum meum amorem cum Serenissimo Rege Ferdinando

Queritur quidem de nobis et ipse Serenissimus Rex Joannes qui istis edictis meis reputat sibi a nobis apertam inimicitiam declaratam cum potius si vtriusque istius Principis amicitiam illesam voluissemus, non alterius commoditates sequi, et complecti debeamus, hec autem edicta mea intelligi non possunt de Serenissimo Rege Ferdinando qui cum habeat sufficientiam gentium, non opus habet, subditis meis, sibi vero Joanni regi eorum vim adimere, est inimicitiam atque etiam hostilitatem ostendere et exhibere, idque in Serenissimi regis Ferdinandi et commodum non mediocre auxilium, Non enim multum interesse, an quis famelico homini vsum panis escaeque quolibet adimeret, vel eum ferro necaret, Sed neque his neque aliis multis induci potuimus, vt relaxaremus ipsa edicta mea

Hieronimus Laski, qui Oraculi Laureatam visendi libertate apud nos impetrata, Gallias primum atque iterum ad Imperatorem Turcorum, sine scientia et voluntate mea concesserat, atque inde

rediens ex Transalpinalris suis bellum indixit Sermo Re:
gi Ferdinando et eius subditis quod factum ipsius, ut alia
quoque que interim in hac sua peregrinatione gessit non pro:
bavimus et neque placere ullo modo possunt nobis hec ipsius
acta. Cum quo nos si aliquando ad Dominia nra redierit
ita ut demeretur agemus, et interim etiam non preter:
mittemus id quoque quod iusti et Chriani Principis officii
esse cognouerimus, neque admitteremus quod Chriano Re:
ge dignum et Dominiis tam meis quam vicinis utile sit a
nobis desyderari

Reuocare tamen ipsum Hieronimum ab instituto et proposito
suo quomodo possemus non videmus cum ubi gentium sit
quidue agat nunc, incertum habeamus. Neque facile ad eum
perferri posset, si quid interim de eo hic decerneremus ex:
pectabimus tamen tempus et opportunitatem que nec pro:
cul abesse potest.

Cum Sermo Principe domino Ferdinando Rege hactenus
nobis optime conueniebat uti credidimus, neque ulla simul:
tas aut odii vel minima Scyntilla nobis cum eius Mte intercessit. Ut enim
ab initio colere et amare cepimus eius Maiestatem
ita neque cessauimus unquam, et neque ulla persuasione adduci
possumus ut Mtas quoque sua aliquid tale contra nos in
animo gerere debeat, quod non sit ex omni parte amicum
cum presertim nos nihil ad hanc diem reliquimus inten:
tatum quo potuissemus votis et desideriis ac fraterno
amori Mtis sue regie quam cumulatissime respondere. Si
quid tamen vra Ser. D. persensit vel subodorauit quod
vel modice iuste tamen ledere deberet ex parte nra Mtem

suam id nobis declarare pro suo erga nos amore velit, apud nos quidem omnia sunt integra et Syncera erga Maiestatem illius, Si non idem à Maiestate sua nobis redditur, mirum et dolendum nobis esset, Sed id neque sperare neque promittere nobis possumus

De concordie modis et condicionibus, inter istos Principes vix est quod ei significare possumus, Quia enim sic se habent humana consilia in rebus humanis, que sunt incertissime, sicut se habent vela in mari, ut quemadmodum he'c ad flatum ventorum, ita illa ad rationem euentuum extendi et accomodari solent, et cum Serenissimus Rex Ferdinandus adhuc ab initio rebus integris, nullam aliam conditionem suscipere voluerit, nisi ut sibi regno Ungarie cederetur, quid nunc victor et rerum omnium potitus faciet? iste item qui licet sit tot periculis et aduersitatibus perculsus, flecti tamen adhuc non potest, et videtur se potius sic in exilio aut quocumque alio discrimine mori malle, quam se Regio titulo, quo semel insignitus est, exuere, et vitam cum dedecore et ignominia obtinere, sed hoc forte tempus moderabitur nos interea cessabimus agere quod cepimus, nihilque pretermittemus, quod ad perficiendam inter eosdem Principes concordiam (quam etiam summe optamus) opportunum et utile cognouerimus, et dum res ad portum tendere ceperit, non negligemus significare V. Illustrissime D. ut sciat quid opus sit facto, Ubi tamen vestra Illustrissima D. sciret vel excogitare posset quo pacto, quoue modo res he'c posset ad concordiam perduci, velit nobis ea communia facere, nihil more fiet in

cura et sollicitudine nra, quin essemus facturi omnia que fuerint possibilia pro paccandis animis ipsorum Principum, et pro quiete Vngarie Regni plus satis aflicti

Quod vero attinet negocium occlusionis itineris in Slesiam de quo etiam egit nobiscum idem Orator V. Illme Dis vt videlicet ipsam prohibicionem intercessionis V. Illtis gratia deponeremus.

Causas tamen propter quas coacti fuimus occludere, et prohibere iter in Slesiam, non ignorat forte vra Illtas: nempe ob cussioné monete Swidnicen: que etiam num (quod indignissimum est) cum titulo Sermi olim domini ludouici Vngarie et Bohemie Regis, ad instar monete Regni nri et in collusionem subditorum nrorum, data opera cuditur, in maximum regni et subditorum nrorum damnum et detrimentum. Deinde etiam ac inprimis propter luteranismum et alias hereses, que in eadem prouincia vigere dicuntur. Que cum sint deo exacrabiles, et religioni Chriane contrarie ac infeste, cauere et prouidere volumus, ne (vt est hominum natura in malum prona) subditi quoqz nri hoc toxico veneneentur. Quod malum quam perniciosum sit, et quam profunde alias egit radices, testes sunt multe iam Nobiles prouincie

Proinde Illtas Do vra boni consulere velit, quod ex rationibus istis in presens votis et desiderijs V. Illtis satisfacere non possumus.

Et hec sic vt se in veritate habent V. Illti D significare voluimus cupimusqz vt ipsa nos suo solito amore complectens nó

smat sibi per quoscumque aliter quam a nobis acceperit persua-
dere quae tamen omnia illius syncero erga nos amori et optime
prudenciae discutienda permittimus. Cui cum vniuersa eius
domo et prosapia omnia fausta et felicia precamur

Franciscus de Frangepanibus Archieps Colocen
Stefanus Brodericus Episcopus Sirmiensis
Petro Tomiczki Epo Cracouien. Vicecancello
Regni Poloniae

Rme domine nobis honoran.me Salutem et nri ac seruitiorum
nrorum commendationem. Missus fuerat huc hiis die-
bus preteritis a Mte Sermi et clementissimi domini nri
alter nrm, Sirmien, sicut ex literis eius vra Rma Do
intelligere potuit nunc sumus hic ambo pro illo eodem ne-
gocio de quo tractandum erat cum vra pariter Rma
Dne et Illustri et Magnifico domino Castellano Cracouien
Sschidlouiano nomine eiusdem Sermi domini nri non re-
perta autem hic vra D. Rma retulimus omnia do-
mino Castallano, ille significauit ea ex voluntate Sermi
Regis nri Serme Mti domini Regis Poloniae. Summa
eorum est Sermum Regem nrm primum voluntate
dei in manu ~~eius~~ cuius corda omnium Regum sunt, deinde
nro etiam amborum inductu, flexisse animum ad pacem
cum aduersario suo Sermo Rege Ferdinando ineundam
talibus condicionibus, quas si et Rex Ferdinandus pluris
aliquanto facere dignabitur Salutem publicam quam vel
suas priuatas cupiditates, vel suorum consilia, fortasse
ei non semper ea quae Chrianae Reipublicae salutaria
sunt suadentium, non recusaturum speramus de quibus
per lras apertius scribere non possumus. hec quod quae scri-

bimus, secreta esse cupimus apud Altem̃ vram. Nam et dnõ
Castellano sub fide sunt commissa, ob multas causas pro:
pter quas Sermõ Regi nrõ si ante tempus in lucem pro:
dirent possent esse manifesto periculo, id quod rex nr̃ fa:
cit, non desperatione rerum suarum ductus facit, sed
reuera boni publici consideratione. Quod statuit pre:
ferre omnibus suis priuatis commodis, dum modo aduer:
sarius ad ea que honesta sunt induci possit, in quo vrẽ
Rme Dominacioni potissimum cum domino Castellano opera
auctoritate et prudentia erit opus, neqz aget rex quicqz
sine vra Rma. D. in cuius virtute et singulari bonita:
te ac syncero erga se amore Rex nr̃ plurimum confidit
Noua nulla habemus certa. Ea que circumferuntur
credimus vrẽ Rme. D. non esse incognita. Nos et
seruicia nostra in amorem et fauorem vrẽ Rme
Dominacioni vnice commendamus. Que optime va:
leat ex Cracouia 18 Julii Anno. Mo. D. XXviiio

Sigismundo primo Regi Polonie
Petrus Tomiczki Eps Cracouiensis
Vicecancellarius

Post humilem seruitutis et officiorum nrorum commendacionẽ
damus iam satis cognitum esse Mti vrẽ Sermẽ, Quemad:
modum Sermus Rex Joannes ceperit inclinare animum
ad concordiam cum Sermõ Rege Ferdinando ineundam
subinde eciam non ignoramus tenere Altem̃ vram con:
diciones ab illo ad pacem tractandam propositas et oblatas
De quibus quidem cum vna hic cum domino Sirmien̄ Epõ
consultacionem per aliquot dies haberemus, declarande
ne et mittende esset a nobis istiusmodi conditiones Sermo

Regi Ferdinando, hec nobis vltima stetit sentencia, ne omni=
no mitterentur, tum quod non videbantur nobis ex comodo
et vtilitate regni Hungarie esse, tum etiam quod illas Re=
gem Ferdinandum et Proceres regni Vngarie, certo cre=
debamus repudiaturos verumtamen persuasimus domino
Sirmien vt ad regem suum rediret, et postularet ab illo
alteras condiciones proponi, que ad pacem et concordiam
tractandam et perficiendam essent magis attinentes et accomo=
date, Quod ille quidem iter suscepit non inuitus, reuer=
sus tamen ad nos pro condicionibus alteris, attulit nobis
hoc regis sui responsum, quod Mti vre Serme mittimus
presentibus in Sceda, prout erat scriptum, inclusum, in
quo rex omnia de pace et concordia ad foelicem congressum
Mtis cum Sermo Rege Ferdinando confert et reycit,
Nescimus an eo consilio extrahendi et differendi negotij
fretus, quod de auxilijs ex Germania affuturis indu=
bitate iam sibi polliceatur, vel quod eciam noua quedam
expectaciuncula et spes subsidij sit illi ex parte Turcorum
iniecta. Vtcumque tamen fuerit, res nobis timoris et
periculi plena videtur, ne si ille copias istas fuerit
assecutus, omnis culpa noui denuo comparati et con=
ciliati belli Mti vre et ceteris nobis attribuatur et
fiat tunc maxime difficilis concordie et pacis tractand
ratio

Quod tamen attinet ad coitionem et congressum Mtis
vre cum Sermo Regi Ferdinando, plurimum sane ea res
nobis spei bone et expectacionis inducit in animum quod
hoc pacto speremus potissimum et prospiciamus concordiam
hanc persuaderi, et pacem perfici, Mtis autem vre cum

Sermo rege Ferdmando necessitudinem, amicitiam et foedera ita maxime confirmari et coalescere posse, cuius rei etiam amplissimum fructum Mtis vrẽ Sermi liberi et vlterior posteritas capere facile posset. Quare rogamus suppliciter Mtem vrãm vt ad id adijcere animum dignetur et apud se quandoque statuere, vt compositis et in optimo ordine collocatis rebus Ducatus et regni sui, certo in loco cum Sermo Rege Ferdmando, vna fiat et congrediatur, hancque perniciosam et calamitatis plenam duorum regum contencionem suasu, consilio, et authoritate sua dirimat. Quare procul dubio maximum sibi nomen et gloriam apud Chrianos Principes Mtas vrã comparabit, et regni sui vtilitati, paci, et tranquillitati in longissima tempora facile consulet, amicitiam praeterea regis Ferdmandi et Principum Germanorũ ista praecipue ratione accumulata firmam et diuturnam reddet, in quo nos Mti vrẽ Serenissime studio, officio, et sedula seruitute nrã non deerimus. Quam seruitutem et ipsos etiam nos iterum atque iterum Mti vrẽ Serme ex animo commendamus, et foelicissimam esse Mtem vrãm cum incolumibus liberis et Serma coniuge sua, vehementer desideramus. Dat.

Ferdinando Regi Vngarie Et Bohemie
Petrus Tomiczki Eps Crac Et Regni
Polonie Vicecancellarius.

Chroferus Schidlowczki Castell. Crac

Post humilem seruitutis et officiorum nrorum comendacione
Sicuti a principio cepti belli et inchoate de regno Hungarie
controuersie inter Mtem vram Sermam et eius aduersa:
rium ceperat nos cura et studium non vulgare vt Sermi
Regis et domini mei opera et suasu, item etiam diligentia
et sedulitate mea ad concordiam et pacem omnia reducere:
tur, ita etiamnum non desinit nobis versari ante oculos
hec eadem sollicitudo insinuande, suadende, et conciliande
pacis inter Mtem vram et prenominatum eius aduersarium,
idqz cum boni publici causa, tum ne vicini et confoederati no:
bis regni Vngarie salus et tranquilitas alioqui iam satis
labefactata et attrita, amplius fluctuet et periclitetur
et equidem post multos conatus et curam, eo videmur no:
bis perduxiße negotium, vt iam Mtis vre aduersarius
ad ineundam cum illa concordiam facili et inclinato cepe:
rit esse animo, ac per hosce quidem dies egimus hic in
eam sentenciam multa cum Oratore eiusdem aduersarii
Mtis vre, Reuerendo domino Stephano Broderico Epo
Sriemien et post multa poposcimus tandem ab illo nobis
proferri et nuncupari, pacis et concordie future condi:
ciones. Quas cum ille protulisset expectacione mea
duriores et que meo iudicio a regni Vngarie comodis
et vtilitate, item etiam concordie et pacis tractande rati:
one aliene nobis viderentur, e vestigio illas repudiaui:
mus, tum quod non videbatur dignum talibus condicionibus

aliquid cum M^te v^ra de concordia agredi, tum etiam quod spe:
raremus alteras que ad pacem essent proximiores, facile hoc
pacto referre et proponi sed tamen loco aliarum condicionu
postremum hoc ab aduersario M^tis v^re Ser^me tulimus res:
ponsum Quod cum videlicet hec res magni momenti illi
esse videatur, non putat expedire aliquid hac de re aliud
nobiscum in presentia agere, sed id omne negotium ad auto:
ritatem Ser^mi Regis et domini mei ac eius cum M^te v^ra
foelicem congressum referre se, et reicere velle, quo tem:
pore comodius et cum maiore foelicitate sperat omnia co:
ficii et expedire posse. Namque et illi vicissim condicio, quam
a R^mo domino Ep^o Tridentino et M^tis v^re Cancellario
Oratori Ser^mi domini regis mei propositam et delatam au:
dierat, grauis et supramodum dura videbatur. Si tamen
ad illam veniendum esset, videri sibi id quoque tractari pos:
se commodius in Conuentu Ser^mi domini mei et M^tis
v^re. Nos itaque accepto hoc responso, curam et studium
eius concordie tractande suspendimus in foelicem congres:
sum Ser^mi domini mei, et v^re Ser^me M^tis Quem sa:
ne congressum cum et M^tem v^ram non abnuere intelli:
gamus et nos etiam ipsi cognoscamus illum fore magnopere
faustum et utilem non solum ad transigendum hoc impedi:
tum belli et controuersie negotium, verum etiam ad stabi:
liendam et obfirmandam vinculis presentibus et Admi:
tremis necessitudinem, amorem et amicitiam fraterna
inter M^tem v^ram et Ser^mum dominum meum, eniter:
mur pro facultate et viribus meis ut idem Ser^mus
dominus m^r utcumque nunc Magniducatus sui Lithua:
nie negotiis arduis impeditus cum M^te v^ra Ser^ma
quamprimum commode poterit congrediatur. Interea vero

Mtas vrã meditari dignabitur, quo potissimum loco et qui-
bus condicionibus pro dignitate Chrianẽ reipublice et
vtilitate regni sui Vngarie negotium hoc concordie et pa-
cis transigi et componi possit. Sub quod etiam tempus et
nos modis omnibus incumbemus et satagemus quantum
in nobis erit libenter vt et Vngarie regno et vrẽ Serme
Mti commendata et grata esse possit opera nrã Cui quid
Mti vrẽ Sermẽ nos, officia, studia, seruitutem denique
nram rursus diligenter et ex toto pectore commendamus
et eam foelicissimam esse atque in multa tempora optatis
successibus frui, diligenter et ex animo optamus Dat.
Crac. XXvii Augusti Anno Mo D. XXviii

Petrus Tomizki Eps Cracouien
et Regni Polonie Vicecancellarius

Luce de Gorca Castellano posn
et Capitaneo Maioribus polo e

MAgce domine domine et frater honorandme, Priusque huc ve-
nissem, ceperat tum quidem Sermus Rex Joannes per Ora-
tores suos nonnulla ad concordiam cum Sermo domino
Rege Ferdinando aduersario suo ineundam consilia et in-
tia cum domino Castellano Crac facere. Cum autem ego
veni, iterauit omnia, et communicauit mecum per domi-
num Broderium Epm Sirmien. Et condiciones no-
bis quasdam inuicem cum domino Castellano Crac pro-
posuit quibus hoc totum concordie negotium, absolui vel-
let, Que quoniam nobis et a commodis regni Vngarie ali-
enissime videbantur et quas rex Ferdinandus procul-

dubio non esset suscepturus assentiri illis minime voluimus
Sed optauimus ab eo, vt quasdam alias condiciones propo:
neret in medium que proxime ad concordiam accedere
posse viderentur, Quod ipse in presens facere noluit. Ne:
scio an ea spe ductus quod milites Germanicos quibus
iam pecuniam numerari et dari fecit expectet, Quare tracta:
cio hec omnis de concordia reiecta est in illud tempus
quo regia Mtas domini mei cum Rege Ferdinando con:
gredi speratur, nam et Rex ipse Ferdinandus vt cum
Mte sua conueniat plurimum optare dicitur, Interim
autem quod hec erunt suspensa metuendum est ne quid
mali accidat quod a pace et concordia animos istorum
dominorum Regum inter se inuicem dissidentium lon:
gius auocet presertim si hec auxilia Germanica de
quibus iam pridem est negotium, regi Joanni aduenerit.
ipsorum tamen periculo fuerit, quicquid continget cum
Sermus Rex meus et nos omnes inuitissimi eorum con:
tentionem et prelia audiamus et spectemus, hic pestile:
cie non parua iam inicia deprehenduntur, cuius causa
ego et dominus Castellanus Crac diu hic esse non pote:
rimus, quo autem eundum fuerit, adhuc ego delibero
vbi tn ero, non erit Mcie Vre incognitum. Interea
me commendo amori et beneuolencie fraterne Mcie
Vre quam cum suis omnibus foelicem et optime incolu:
mem esse vehementer desydero Datum

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell
Luce de Gorca Castell° Posn Et Capit°
Maioris polonie generali.

MAgce domine, domine et frater honorandissime. Litteras Magnifici domini Pallatini Crac quas scribe mei vnius culpa et obliuione is Mgae vre nunctius cum paulo ante hic esset non acceperat ferendas iterum ad Magnificenciam vram alii dedi, quas iam illam accepisse nihil dubito Quare si quid in eo quod illic scribitur deliberauit, mihi perscribat velim. hic Noui habetur aliud nichil in presentia preter quam quod dominus Laski tandem est reuersus ferox animi et nouarum cupiditatum plenus, dicitur autem iactitare multa et minacibus verbis in eos inuehi, quos sibi aduersarios fuisse vel nunc esse velle cognouerit Cuius generis lras eciam ad dominum Castellanum Crac scripsit ex quibus ego excipi aliqua verba in scedam hanc iussi quam presentibus inclusam Mgce vre mitto. Mitto etiam vna et lras Rmi domini Epi Sremien ex quibus Mcia vra perspiciet quid spei rex Joannes hoc tempore ceperit de rebus suis. Nam dominus Laski spem sibi attulisse firmam dicitur auxilii non modici a Turcis ferendi. Et preterea etiam dicuntur aliquot Vngarorum cohortes que pro parte regis Joannes duobus in locis cum aduersariis nuper fuerant congresse feliciter pugnasse et magnam ex hostibus suis reportasse victoriam que omnia fortunet illi ita deus, vt tamen exinde respublica Christiana et item mea non patiatur detrimentum

Terret nos hic pestilenciae metus que identidem in plerisque urbis regionibus exoritur et non cessat, huius gratia iam filia Mtis regie post aliquot dies hic discedit in Arcem Chrzinen' profectura. Quam et ego fortasse cum domino Castellano Crac' in relinquenda hac Urbe sequar et in aliqua salubriora loca me conferam. Interim me amori et beneuolenciae fraterne Magcie vrae commendo illamque cum suis omnibus foelicem esse et optime incolumem vehementer desidero Dat' Crac'

Solimannus Siach Turcorũ Imperator Joanni Regi Vngarie.

Ego qui sum Cesar Cesarum et dominus dominancium albi Maris et Nigri Maris, et Romanie, et Natolie, et Caramanie, et ultra Mare Georgianie, et Asamie, Et Sami, et Halepi, et Egipti, et Hierosolime, et Sepulcri domini, et omnium terrarum Arabie, et multarum aliarum terrarum quas pater sua framea acquisiuit, et penetrauit, qui fuit Zultanus filius Baiazati, Imperator Zelimus, et sum ego filius Zelimi, Sultanus Solimanus Syach, tua itaque Serenitas qui es Joannes Rex Vngarie, sciat hoc tempore cum litere mee peruenerint ad manus tuas vt illud fiat, sicut fuit hucusque, terra que fuit sub manu tua ego ita protegam vt meam propriam Mandami ob hoc, vt quicunque hucusque ad te redierunt, et qui se tibi dediderunt, et cuius terre gentes ac

Colon tecum senciunt ꝙ notifices eis ommimodo, et significes ne terreantur, et ne timeant, et maneant sicut hucusꝫ manserunt, ꝙ nemo impediet eis puerum aut puellam aut res aut substanciam, et à meis Bassis, et Zandzacis et a meis mancipiis, et ab aliis meis exercitibus, nemo eis pro vno denario damnum faciet, et in hac terra siue sint Arces siue Barones, siue alii domini et Proceres omnibus ex parte tua significes, vt quicuꝫ se tibi dederint et tibi senserint, vt maneant in pace, et sic ego eos agnoscam sicut meos Proceres. Illi autem qui se nunc tibi non dederint si dominus deus misericors annuerit ecce moui me cum omnibus terris meis, si nolunt se dedere et sub manu tua esse et pueros et vxores et paruos et magnos ponam sub gladio, et terram conteram et domos comburam, vt sint fabula ceteris hominibus. post hoc meum preceptum per omnes terras quo longius poteritis notificetis, et hoc ita fiat Date quintadecimā die Mensis Julii Zemplinii Anno mei Prophete Nongentisimo tricesimo quinto

Cominatio et comonitio Hieronymi Laski Palatini Siradiensis: ad Vngaros: vt a rege Ferdinando desciscant: et ad Ioannem regem reuertantur.

Hieronimus de Lasko et in Rithuani Palatinus Siradiensis ac Sermi Principis et domini, domini Ioannis dei gracia Vngarie Regis etc Consiliarius et apud Thurcarum Caesaream Maiestatem Orator Rmis Spectabilibus, Magnificis Generosis, Nobilibus, et generaliter omnibus vtriusque Status Regnorum Vngarie, Dalmatie, Croatieque Incolis, Bonis, et Sermo domino Ioanni Regi fidelibus salutem et foelicitatem, Defectoribus vero ac Ferdinandi sequacibus bellum, cedem, et ignem. Multa me hortantur et propemodum impellunt, et vos de vris comodis vel potius salute vra admoneam, nunc autem nolo meminisse quibus nonnulli vrm adducti causis desciueritis a Sermo Rege vro Ioanne, fortasse id temporibus et animis hominum tribui debet, vt istud florentissimum regnum vltro sibi cladem, vastacionem, excidiumque accerseret et attraheret, neque enim existimo aliter potuisse labefactari viribus externis nisi prius pernicioso exemplo inter se dissentiretis et in diuersas traheremini partes, alienigenas preter omne Ius et pium, in Regnum vrm vocando. Quare vobis et liberis vris nihil accidere potuisset perniciosius, leuate itaque capita vra, et iam iam vobis posteritatique vre consulite. Scitote enim Sermum dominum meum (nedum ille

cum Ferdinando de regni possessione certaret Turcarum
potentissimus Imperator litem ipsam dirimeret Regnumque
sic intestinis dissidiis distractum sine negocio occuparet)
perpetuam pacem coniunctionem ac arctissimam confoede:
rationem cum eodem Thurcarum Imperatore medio mei
percussisse et confeasse, et obtinuisse talia contra suum ho:
stem auxilia, qualia non Ferdinandum solum Ungaria
pellere non Defectores vos punire, sed et ipsum Ferdinan:
dum in ipsius Natali solo opprimere sufficient, utilem
necessariamque pacem vobis liberisque vris cum Thurca
feci, siquidem Thurca abiecta cura possidendi regni Un:
garie partim vi foederis, et amicitie iam cum Sermo dno
meo initte, partim odio Ferdinandi ita contra eum pluent
ut facile cognoscetis bene fuisse factum si Ferdinandus
ab Ungaria, et vos à Ferdinando temperassetis, quicumque
igr hanc iminentem tempestatem evitare voluerit, mittat
quesitum Regis Joannis Sermi grām quam facile pro sue
Mtis innata probitate, ac benignitate obtinebit, de tem:
poreque queratis medicinam rogo, et ut Christianum decet
hominem admoneo, Securis enim ad radicem est, Memé:
tote salutis animarum vrarum qui de minimo subditorum
vrorum reddituri estis deo rationem, nam vos estis vil:
lici et suorum subditorum Pastores, nec sit vobis satis
vrá tantum capita aliquo tempore in illorum Castellis
quasi tuta fore, sed vrás villas agricolas et subditos cha:
pensi apud vos habeatis, quorum miserorum et pauperum
labore vivitis et estis opulenti. Ah quanta impietas,
si illi tot penis ac malis exponentur per vos, si in per:
petuam captivitatem ducentur, Ducti si in Thurcico
solo in fide illorum in infinitum procreabuntur, amore
dei sit vobis melior et acceptior pax Thurcica Regis

Joannis Serm̄i opera confecta, q̄ ante Ferdinnandi bellum quem exipsis factis, q̄ levis sit et tenuis perpendere pote: stis, cum vobis contra Thurcas breui egregie se multa acturum iuraret et polliceretur, nunc autem in aliam sentenciam raplus, imo coactus pacem a Thurcas emit et mendicat, quam nunq̄ habiturus est, nisi adsit re: gis mei Serm̄i voluntas, cuius Oratores volui dixisse aratores vti omnibus contemptui ludibrio fuere, ita clausi stant Constantinopoli ibi diutius demoraturi, et ex lana securim cussuri, q̄ aliquis credat | vos autem qui peccastis veniam petite, quia si illam syncere quesiueritis ab Sermō dnō nr̄o Joanne Rege obtinebitis, Errastis sicuti homines multis Ferdinandi iactaciōibus et illi: us magnorum contra Thurcas gestorum expectaciōne seducti, sed iam videtis an id opere exequatur quod ore promittat, vel literis suis sub illius manu et sigillo quasi iam incertissimiam spem vobis datis et impressis satisfaciet, Valete et hanc meam admoniciōnem Chri: stianis mentibus excipite, et scitote me de pertinacibus nillorum inuidia iam iam penas quesiturum Ex Ca: stris in festo Transfigurationis domini Anno domini M° . D° . XXviii

Particula Epistole Hieronymi Laski Palatini Siradiensis: ~~ad suos~~ scripte ad Christoforum Sidlowiczki Castell. Crac.

Pro facto autem ipso, vel meritis meis, non aliud expecto nisi quod iterum Maiestas sua aliquo me conficiet, leuipendio sicuti contra sua regia verba, promissa, et Priuilegia in negocio Mariemburgi facere dignata est, Que Maiestatis sue adeo euidens ingratia, accidit mihi non ex illius natura que virtuosissima est et Sanctissima, sed artificio quorundam qui Catulos a qua volunt esca repellunt paruipendendo illos ceu iuuenes, Sed iam mihi sentio progredi dentes, et non solum ad latrandum verum eciam ad mordendum aptos, Maiestatem domini mei veneror recognosco vti subditus genialem esse mihi dominum, qui cum meis pro arbitrio suo agere potest, reliqui autem sunt michi in alea pares, a quibus opprimi nollem, nec hoc ipsum pati possibile est.

Petrus Tomiczki Eps Cracouien
Et Regni Polonie Cancellarius

Andree Crziczki Epo Plocensi

Rme in Chro Pater et domine Nepos charme. Scio iam satis cognitum esse Vre Rme D. ex literis Magci domini Castellani Crac quemadmodum Serenus Rex Joannes ceperit inclinare animum ad concordiam cum Sermo rege Ferdinando ineundam condicionesqz nonnullas ad eam ipsam concordiam et pacem tractandam obtulerit et proposuerit. Dequibus quidem cum ego huc veniens, et dominus Castell Cracouien cum domino Broderico Sirmien Epo consultacionem per aliquot dies haberemus, declarande ne et mittende essent a nobis istiusmodi condiciones Sermo regi Ferdinando, hec nobis vltima stetit sentencia ne omnino mitterentur, tum quod non videbantur nobis ex commodo et vtilitate regni Ungarie esse, tum eciam quod illas regem Ferdinandum et Proceres regni Ungarie certo credebamus repudiaturos. Verum tamen persuasimus dno Broderico vt ad regem suum rediret, et postularet ab illo alteras condiciones proponi, que ad pacem et concordiam tractandam et perficiendam essent magis attinentes et accommodate. Quod ille quidem iter suscepit non inuitus. Reuersus vero ad nos pro condicionibus alteris attulit nobis hoc regis sui responsum quod Vre Rme Dni mitto presentibus in Scheda prout erat scriptum in:

210.

clusum In quo rex omnia de pace et concordia ad foelicē
congressum Mtis regie cum Sermo rege Ferdinando
confert et reiicit nescio an eo consilio extrahendi et dif-
ferendi negocii fretus quod de auxiliis ex Germania
affuturis indubitate iam sibi polliceatur vel quod etiā
nova quedam expectaciuncula vt spes subsidii sit illi ex
parte Thurcorum iniecta, vtcūqz tamen fuerit, res mi
timoris et periculi plena videtur, ne si ille copias istas
fuerit assequutus omnis culpa nova denuo compara
et conciliati belli Mti domini nri et ceteris nobis at
tribuatur et fiat tunc maxime difficilis concordie
et pacis tractande racio

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell.
Luce de Gorca Castellano Posnanien
& Capito Maioris Polonie generali

MAgce domine, domine et frater honorande, Litere Mgcie
vre quibus et valetudinem meam invisit et de Germanorū
copiis perscribit, fuerunt michi gratissime, pro quo officio
scribendi simul et invisendi me, plurimas habeo et ago
Mgcie vre gras, Rex quidem Joannes magnam habet
spem in eorum Germanorum firmitate et virtute po-
sitam, Sed maiorem longe salutis sue tuende et recu-
perandi regni à Thurcis fidem et expectacionem con-
cipit Namqz vt michi illius intimi et supremi Con-
siliarii retulerunt, quod iam pro re certissima habetur
illum cum Thurco foedus perpetuum bonis et vtilissimis

sibi condicionibus domini Laski opera innuisse. cuius rei hec
sunt non parua argumenta, quod et in Carinthia et in
Hungarie locis aliquot irruptione bis iam fortasse facta
Thurci magna populis damna intulerunt, et regis Ferdi:
nandi oratores vacui prorsus quo ad ea redierunt, pro
quibus missi fuerant. Que res quo pacto reipublice
Christiane sit commoda vel incommoda futura, quisque pro
sua prudencia et consilio suspicari facile et iudicare potest
Ego quia aliter fieri nequit, exitum rerum expectabo, optare
tamen concordie et amicitie copula rem transigi quam
ad arma redire. Nam vtriusque partis victoria tiran:
nidem et oppressionem portendit multorum, quicquid tamen
fata et temporum recursus attulerint, boni equi con:
sulere debebunt ij qui nihil mali in rebus publicis sua
culpa factum esse sciunt.

Andr. de Tenczin

Dominus Pallatinus Crac. scripsit ad me literas me offici:
ose de quibusdam admonens que ad pupillorum meorum
tutelam et comoda pertinere arbitratur. Quas Magestati
vestre legendas ideo mitto, quod ad calcem illorum et in
extremo fere articulo iniicit quandam mihi redempti:
onis in bonis pupillaribus curam, optionem tamen redimen:
di in illis bonis Magestati vestre relinquens. Quam rogo
Magestas vestra diligenter legat et super ea deliberet, me
vero de eo quicquid statuerit faciat certiorem, et ego
vicissim domino Pallatino ea perscribere curabo. Inte:
rea valere optime Magestatem vestram et esse felicem et diu
incolumem cupio eidemque ex animo commendo Dat.

Sigismundo primo regi Polonie
Petrus Tomiczki Eps Cracouiensis
et Regni Polonie Vicecancellarius

SAcra Regia Mtas et domine domine clementissime. Post
humilem seruitutis et oracionum mearum comendationem
superioribus diebus scripsi ad Mtem vram per Cubi
cularium Steinkircher qui proxime hic apud nos fuerat
que mea sentencia esset in assignanda die et loco habe-
di publici hic in regno Conuentus Quam hactenus
non muto secus. Nam tametsi mihi et ceteris ad victum
et alias id genus comoditates Piotrcouia aptissimum
et accomodatum locum esse sciam, Varschouiam contra
mihi et plerisque cum longinqua tum sumptuosam Vrbem
futuram prospiciam, publice tamen cause maiorem ra-
cionem quam priuati commodi habens Varscheuiam
amplectendam esse censui idque ~~censui~~ nunc pro meo in Mtem
vram officio iterum repeto, et suadeo, vt si Nobiles Ma-
souie ad coniunctionem cum regno et onerum feren-
dorum equanimitatem non possent per Mtem vram
aliqua ratione adduci, Varschouiam tunc demum Mtas
vra descendere dignaretur, et omnes reliquos suos
Consiliarios illo conuocare. Quorum consilio freta
et subnixa auxilio Mtas vra, tandem posset rem
pro voto et vtilitate publica bene et feliciter confice-
re Si vero Mtas vra intelligat transigi cum illis be-
ne posse de omnibus absque sua apud illos presencia
Piotrcouiam tum censerem conuenientiorem esse ad habenda

Comitia, Mtas tamen vra pro sua prudencia aget quod putabit reipublice et gerendis rebus commodissimum

Caeterum et illud me tum scripsisse memini ad Mtem Jo. Serenissimam quod multa restant adhuc in regno loca et presertim in Maiore Polonia, que non sunt estimata, item etiam quod iurium et constitucionum regni reformacio non fuerit perfecta et absoluta, que omnia quidem ex publico Senatusconsulto perfici et observari deberent, sunt qui ad id sunt constituti, sed detrectant propterea munus et subtrahunt operas ab hoc suas quod sumptibus et viatico nullo fuerint hactenus provisi. Dare enim in sumptus consueverat Mtas vra Pallatinis Marcas 60. Castellanis 40. et reliquis Ecclesiasticis et secularibus inferioris condicionis 30 Quare Mtem vram ego plurimum rogo ut eam rem authoritate publica ceptam deseri quantum in se esset non patiatur Quin etiam dare dignetur operam ut perfici et absolui ante futurum regni Conuentum possit

Hic noui aliud est nisi quod Ds laski ex peregrinatione sua et longinquo atque difficili itinere redit isque dicitur magnam attulisse spem Sermo domino Regi Joanni affuturi illi, non mediocris à Thurcis subsidii Sed et ex Vngaria quoque letum nunc idem rex Joannes accepit nunctium, prostrate enim dicuntur aliquot in locis à suis aduersariorum suorum copie quas equidem res cuperem ego illi ita faustas esse ne tamen ex hijs et comuni et nre reipublice detrimentum afferatur

Accepi multos ex subditis Mtis vrę accingi ad profectionē in Ungariam cum Sermō Rege Joanne sollicitantur enim et inuitantur magnis munerum et premiorum promissionibus quod quia ego intelligo contra edictum et animum Mtis vrę futurum, item etiam preter expectacionem Sermi Regis Ferdinandi si subditi Mtis vrę aduersum se stipendia facere debeant admonendam de hoc Mtem vram pro officio meo censui, et id priusquam adhuc sit factum aliquod, ideo perscripsi Mti vrę Sermę quam puto prudenti aliquo consilio isti rei obuiaturam esse

Petrus Tomiczki Eps Cracouien Vicecancell
Joanni Choienski Archidiaco Cracouiensi
Secretario regio

Venerabilis domine, frater in Chrō charmo. Accepimus lras vras cum mandato capiendi sceleratum illum Doctoris Niessrowitz occisorem, vna etiam et ceteras literas quas habere à Mte regia cupiebamus accepimus, in quibus curandis operam et officium vestrum quod prestitistis, est nobis gratissimum, idque vobis beniuolencia et gratificatione nrā vicissim referre studebimus.

Noua hec nunc de rege Joanne circumferuntur quod hesterno die ex Tarnow discesserit, in Ungariam abiturus. cui nuper dominus Laski rediens spem recuperandi auxilio Turcorum regni dedit et prelia etiam aliquot

non multo ante à suis in Ungaria foeliciter nec sine
victoria comissa, expectacionem illius auxerunt, et con:
firmarunt/ Sed dominus Laski nescio qua fretus auda:
cia et cuius persuasione animatus, vel incensus con:
silio: Interminatur multa impotenter vel potius im:
pudenter ys quos cause sue sub ipsius absentia ad:
uersatos esse intelligit Quos spiritus vnde tam
repente hauserit, vel quid fuerit in causa quòd in:
tantum hac fuerit vana gloria inflatus et inani cu:
piditate supramodum intumescat, suspicari satis nõ
possumus, certo tamen credimus Mtem regiam pro
auctoritate et gloria sua, daturam esse diligentem
operam ne hec perniciosa hominis audatia et perpe:
trata nequiter contra Mtis sue dignitatem multa,
sint ita quemadmodum illi videtur impunita

De Prepositura Bistricen magnopere dolemus ita acci:
dere, q dominus Epus concupiscat hanc ad arbitriu
suum vendicare et eflagitet tantopere à Mte sua vt
anteriorum regum vel Principum maiorum sue Mtis
donatio in irritum deducatur, neqz tamen credo Mtez
suam tam cupide et imprudenti peticioni assentiri de:
bere Qum etiam apud Sumum Pontificem istius ge:
neris euersiones fundationum scio non solere confirmari
De vos quidem quantum ad id attinet, plurimum roga:
mus vt intercedatis et resistatis ei rei quantum in
vobis est, et explicetis diligenter Mti sue non modo esse
id ex dignitate et equitate sue Mtis vt ad cupidita:
tem alicuius iudicia et donaciones maiorum suoru
se authore interuerti debeant, et propter vnius vel

duorum nefandum facinus. Ordo omnis fratrum suis comodis et prouentibus bene quesitis priuari debeat. Referetis eciam Mti sue hanc esse sentenciam nram et quod censuerimus reis sceleris potius irrogandam penam pro delicti grauitate quam insontes preter equitatem opprimendos vos tamen pro industria vra cetera vti res postulabit curabitis in quo rem et officio vro dignam et nobis plurimum gratam prestabitis Datum Cracouie die Sancti Francisci Anno domini M°. D. XXviii

Ferdinando Vngarie Et Bohemie regi Petrus Tomiczki Eps Cracouiensis et Regni Polonie Vicecancellarius.

Sacra regia Mtas et domine domine clementissime. Post humilem seruitutis et orationum mearum comendacionem. Cum Mgcus dominus Joachimus de Moltzan in Baronatu Granppen et Topliez Consiliarius et Orator Mtis vre Serme habens ad me et literas et mandata Mtis vre in Magnum Ducatum Lithuanie ad Mtem Sermi dni mei proficisceretur, Cracoq3 iter faciens me non offendisset lras quidem Mtis vre et suas illme ad me transmisit Mandata vero Mgco domino Castellano et Capitaneo Crac verbis exposuit. Quorum ille me postmodum diligenter fecit participem. Ex quibus sane omnibus hanc ego esse Mtis vre Serme perspexi voluntatem vt que a Mte Sermi domini mei nunc petit, vel olim petitura esset Mtas vra Serma, cura opera diligentiaq3 mea promouerem, et quantum in me esset Mtem vram Sermam illorum facerem esse compotem

Et equidem ego Serme Rex tametsi pro eo quod in omnibus studiis et officiis fraternis sponte sua inclinatam et propensam esse Mtem domini mei aduersum Mtem vram Sermam semper nouerim, nullis nunc quoqz stimulis in eo putem egere, ne viezt aduersario Mtis vre Serme consilio vel auxilio aliquo adesset, neue vllum pateretur in regno suo delectum facere et milites scribere, vt tn obsequutus magis videar Mtis vre voluntati, agam cum eadem Mte domini mei vti michi mandat Mtas vra, daboqz diligentem operam, vt et cetera omnia que ad augendam amplitudinem et dignitatem Mtis vre Serme prestari possent et que nunc per Oratorem postulat a Mte sua consequatur Mtas vra Serma

Quamuis etiam esse ea consequutam Mtem vram a nemine dubitari potest, Cum neqz auxilium neqz consilium, neqz delectus faciundi facultatem vllam hic aduersarius Mtis vre hactenus habere potuerit.

Ceterum supplico Mti vre Serme vt me clementia sua prosequi dignetur neqz dubitare velit me in officiis et opera diligenti prestanda semper illi presto futurum esse, cui iterum atqz iterum seruitutem meam supliciter commendo, felicissimamqz esse et optime incolumem vehementer desidero Datt in oppido meo Kielcze die xxiii Julii Anno dni

Ferdinando Vngarie et Bohemie regi Petrus Tomiczki Episcopus Cracouiensis & Regni Polonie Vicecancellarius

Ser^me Princeps et domine, domine clementis^me. Post humilem seruitutis et orationum mearum commendacióne in gram Mtis vre Serme. Accepi his diebus literas Mtis vre Serme quibus significare michi dignata est, ea que mihi referret Carolus Colzer Ciuis Cracouien esse ex voluntate et desiderio Mtis vre Serme. Quibus ego vti par erat honorem et animum obsequentem detuli, ipsumque Carolum narrantem ea que acceperat in mandatis attente et cum summo studio audiui. Et ex eius equidem verbis hanc esse summam voluntatem et desiderii Mtis vre Serme intellexi vt scz ego pro mea in Mtem vram obseruantia agerem apud Mte domini mei, ne quempiam ex subditis militatum abire ad aduersarium Mtis vre patiatur, intelligat si quidem Mtas vra plurimos id iam aggredi et parare. In qua quidem re ego parebo Mtis vre voluntati diligenter, et dabo operam vt iterum atque iterum hec hominum audacia et temeritas reprimatur namque scio superiobus diebus frequenter et seuerissimis edictis inhibuisse passim omnibus Mtem domini mei ne externa subditi illius facerent stipendia neue alieno mereret quisque ere. Quod vt deinceps repetatur et quanto diligencius obseruetur, ego dabo quantum in me erit diligentissimam et fidam operam vtque illi qui fuerint pretergressi impune non euadant. Namque ego plurimum cupio vt

me ad voluntatem et desiderium Mtis vre Sermae accommodem non in hac re solum, sed in ceteris quoque omnibus quas mihi demandare et committere dignaretur. Quam ego plurimum rogo, ut id sibi de me et studiis meis confidenter dignetur persuadere, et me servitutemque meam habere apud se commendatam. Quam ego quidem vram Mtem Sermam opto esse felicissimam et diutissime cum liberis et Serma sua Coniuge incolumem. Dat. Crac. xviii Octobris Anno domini

Petrus Tomiczki Eps. Vicecancellarius Ioachimo de Maltzan oratori regis Ferdinandi: ad poloniam misso.

Magce domine et domine amice honorande. Accepi literas et Mgciae vrae et Sacrae Regiae Mtis Sermi Principis domini Ferdinandi Ungariae et Bohemiae Regis etc. simul etiam intellexi ea quae mihi nomine illius Mtis Mgcia vra communicare debuerat. Nam omnia ea Mgcus dominus Castellanus et Capitaneus Cracovien. prout cum Mgcia vra constituerat diligenter ad me transmisit, ad quae quidem ego me sedulo ita comparabo, ut et Sermo dno Regi Ferdinando nihil in officio meo desiderandum relinquatur et mihi cumulatior illius Mtis gra et clementia comparari possit. Scripsi etiam ad Mtem suam Sermam, lras deferens illi ad ea quae mihi mandare dignata est opera officium servitutemque meam. Quas rogo nomine meo Mgcia vra reddat illius Mti et meam servitutem et orationes verbis suae Mti comendet. ipsa vero Mgcia

vrã sit optime incolumis et semper felix Dat in oppido
meo Kielcze die xxiii Julii Anno domini etc

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell
Francisco de Frangepanibus Archiepo Colocen
Stefano Broderico Epo Sirmiensi

Rmi in Chro Patres et domini fratres et amici hono:
ran Intellexi ex literis D. vrarum vtramqz illarum
Crac nuper fuiße et nomine Sermi Domini Vngarie
Regis domini sui quedam ad pacem et concordiam cum
aduersario ineundam necessaria cum Mgco domino
Castellano et Capitaneo Crac communicasse et egisse
que eadem et michi si isthic affuissem erant communi:
catture D. vre Rme Et quidem ego cum propterea
tum etiam quod nullo officio studia voluntatis et aclinati:
onis mee hactenus Sermo domino Regi Joanni et D.
vris declararem potuerim mirifice doleo me tanto tpe
egritudine impeditum et longiore locorum interuallo
defunctum a Mte sua et D. vris abfuisse tamen quia
non mea culpa sit hoc admissum puto ad voluntatem
dei potius et fatorum ordinationem referendum esse quam
vel rusticitati mee attribuendum absenti etenim michi
quod affirmare audeo deerat nunquam ea faciundi et pre:
standi animus que vel ad officium meum pertineret vel
ex voluntate et sentencia Serme illius Mtis et D. ve:
strarum essent

Plane istis nunc lris Dnum vrarum ego sum maiorem in

modum recreatus, quod ex illis perspexi ductu et consilio D. vrarum Sermum Regem et dominum illarum ad pacem et concordiam inclinare animum incipere. Namque ea res ad ingens tocius reipublice Christiane commodum et vtilitatem tum eciam D. vrarum et eiusdem Sermi domini regis sui, simul et nram omnium consolationem spectare videtur. faxit deus omnipotens, vt quemadmodum cepit Mtas sua velle pacem ita felicissime et ad bono publico rem perficiat, et cum aduersario suo redeat in gram. Quod autem michi conditiones ex voluntate illius Mtis propositas dominaciones vre Rme non perscripserunt boni consulo, vt res secretior et magis celata esse possit, nec enim magni interest me eas interim quod venio Crac' ignorare (Cum presertim Sermę regię Mti domini mei eas perscripserit D. Castellanus Crac') Ego autem quanto celerius me hinc absoluere potuero, tametsi tumentibus et vacillantibus nonnichil adhuc pedibus Cracouiam me conferam libenter, et illic omni opera cura diligencia studio denique et officiis meis agam et prestabo sedulo quę et ad publicam vtilitatem et Sermi Regis Joanis dignitatem et splendorem arbitrabor pertinere. Dominationum etiam vrarum consuetudine et familiaritate frequentata, iactuream intermissi vsus sarciam, quarum me interea amori et beniuolentię fraternę ex animo comendo, simulque rogo vt me offitia seruitutemque meam per occasionem Sermo Dno Regi suo comendent ipse vero sit felicissime et optime incolumes et me diligant Dat in Kielcze

Petrus Tomiczki Eps Cracouien. Vicecancell, Chrfero de Szidlowiec Castell° et C. Cracouien Cancellario Regni Polonie.

MAgce domine, domine et amice honorandme. Tametsi audiatur adhuc nichil de reditu domini Joachimi de Malgan Oratoris Sermi domini Regis Ferdinandi, ego tamen, in omnem euentum, vt in parato sit illi res mea, lras scripsi et ad Sermum dominum Regem Ferdinandum et ad Oratorem ipsum, vtriqz respondens Quas quidem lras mitto in manus Mgcie vre, simulqz illam rogo, vt cum isthuc venerit is ipse Orator, illas ei nomine meo det, rogetqz illum, vt cum ita sors tulit, quod ego ipse videre illum et alloqui non potuerim Sermo domino regi suo, me et seruitutem meam plurimum commendet, legi exempla literarum que per Cubicularium Regium Borowski misit ad me vra Mgcia Cui ago et habeo magnas gratias q eorum que ad eam scribuntur et que me scire licet, non grauatur me facere participem optime valeat Mgcia vra, felixqz sit, qz diutissime et incolumis cum suis omnibus Dat in Kielcze die Sancti Jacobi Apostoli Anno domini M° .D°. XX°viii

Sigismundo primo Regi Polonie
Ioannes de Lasko Archieps Gnesnen
Legatus natus & primas.

In defensione nepotis sui Jeronymi Lasky

SEr^me Princeps et domine, domine graciosissime, post cō:
commendationem seruitiorum meorum. Reddite michi fu:
erunt heri litere Mtis vrē quibus significat Sermum
Principem, et dominum D. Ferdinandum Hungarie etc
Regem anno superiore ac nunc item lris suis ad Mtē
vram scripsisse aduersus Mgcū dominū Hieronimum
Laski Pallatinum Siradien. Nepotem meum, q ille ex
Gallia nuper rediens, Oratorem se Mtis vrē nomi:
nauerit, eoqz nomine saluus transierit Domina sue
Mtis alioqui haudquaqz transiturus, nisi sic fecisset
& qz gentes infidelium contra illius Mtem non concita:
uerit solum verumeciam ipse belli Dux, bellum indixe:
rit illmis Mti idqz literis propriis quarum exemplum
Mtas vra mihi transmittere est dignata, relinquens in:
terim mihi perpendendum, num Mti vrē liceat aut
qm liceat, ad talia conniuere. Et quidem Serme Rex
hic non est animus, nec tempus fortassis nunc fuerit
vel excusandi Nepotem meum vel causam ipsius tuēdi
quandoquidem, et ille me inconsulto nunc agit quicquid
agit, et extra causam dicta videri possent omnia pre:
sertim cum et ille consilii sui rationem sit opinor reddi:
turus Mti vrē, postqz redierit, tamen si illum recte

noui quem sane nosse debeo, nimirum quem ab infantia alendum fouendumq; susceperam, non arbitror illum, quę apud Thracam egisse, sub nomine Mtis Vrę, sed quic- quid egit id suo ipsius nomine egisse potius in gratiam Mtis Vrę, simul vt et Mti Vrę domino suo per eam occasionem gratificaretur, et consuleret, item (quatenus in illo tunc erat) tranquillitati regni Mtis Vrę, quo sane nomine haud scio veniane dignior esse debeat, an vero indignatione :: (ne dicam gratia) Mtis Vrę. Neq; item adduci possum vt credam, illum Oratorem se Mtis Vrę sic viczt nominasse quemadmodum regia Mtas Bohemię, tum nominis forte, tum causę odio passa est sibi facile persuaderi, cum potius res ipsa indicat eum sola celeritate et industria Dominia illius Mtis transiisse quibus certe artibus haudquaq; illum vti opportuisset, si per nomen Oratorium Mtis Vrę iter illi, tam fuisset liberum, quam videri vult Sermus dominus Rex Ferdinandus, neq; etiam illius Mtas disposuisset eos, quibus id negocij datum erat, vt Nepotem meum quolibet potuisset, euntem ac redeuntem detinerent, quod Manifestum est, Sicq; Serme Rex ego vtpote qui nondum scio, an hęc iam certa apud se habeat Mtas Vra de Nepote meo, quę Sermus D. Ferdinandus rex, tum forte causę quam suscepit, tum etiam nominis sui odio persuasus Mti Vrę, scripsit ~~Quandoquidem~~

quodquid ad eam rem attinet significauit, ita facile indicare non possum, sit ne ad hoc Mti Vrę conniuendum nec ne, quandoquidem haud scio an ęquum sit, ad quatumuis Principis magni delationem, sic presertim infensi, reum quempiam, causa non aliunde cognita peragere.

Quod vero ad bellum regię illi Mti indictum cōatalosq;

Thurcas, et alias id genus gentes attinet, ego nunqꝫ probaui
nec probare hactenus possum hoc illius consilium, quod
sane me authore nunqꝫ fuisset aggressus, nisi forte ali:
quod inde commodum et Mti vre et Dominus Mtis
vre esset prouenturum, Sed arbitror illum nesciuisse
quod ea res tantum esset negotii vre Mti exhibitura,
quantum lre vre Mtis preseferunt, quam Nepos meus
non ita multum talibus moneri debuisse forte existima:
uit, vtpote neutralem, alioqui nunqꝫ id ausurus aggre:
di (meo inditio) quin et nunc quoqꝫ, si literis saltem il:
lum Mtas vra admonere dignaretur, non dubito qn
sit omnia, si modo possit, facturus, quecunqꝫ illi Mtas
vra iuberet, quanqꝫ ille haud dubie nouit hec (que in
rem Mtis vre impetrauit) vtiliora tum fuisse futura
cum vre Mti, tum etiam Dominus vre Mtis, faceret
autem Mtas vra rem se (hoc est clemente ac vere
Chriano Principe) dignam si illum ad seruis suis re:
uocaret, siquidem ea res sic offendit Mtem vram,
nisi forte aliud sit sensura Mtas vra, visis ac diligen:
ter perpensis persuasionibus meis ptibus introclusis
malitqꝫ illum potius qꝫ quenqꝫ alium rursus ad Thurcam
mittere ad effectum promouendi apud illum imperatore
medii per me huis introclusis lris propositi vre Mti
Que omnia Mtas vra regia sua prudentia moderari
et expendere dignabitur, me tamen vtcunqꝫ res ha:
bitura sit nunqꝫ certe huius mei consilii penitebit.
Hec sic responderim Mti vre. Quam vtinam sanam
ac felicem ato ad nos reducem videamus Datum in
Squirniewicze die vndecima Mensis July Anno dni
Mo . D. XXviii

S. Acra Mtas adhoc vt omni ex parte sibi suis Dominiis et Reipublice Chriane prospiceret, pro Sermis Regibus et Regno Hungarie consulendo scit Mtas vra sciendumqz esset, quo in Statu aut in Spe constituatur connubiorum consilia Piotrconie in consiliis secretioribus proposita.

Sciendum etiam esset, an Sumus Pontifex Francie et Anglie etc. Reges potentatusqz terrarum latinarum et presertim Sermus Rex Ferdinandus et imperium seu saltem Principes Germanie, aliis factionibus et conflictacionibus, quibus plus voluptuose qm necessitate domi forisqz domum occupantur, relictis zelo reipub: Chriane, si Regno Vngarie dominari proponat, vt contra Thurcarum Imperatorem non contra Mtem vram in Polonia per Prussianam et in Lithuania per Moskowitanam, occasiones, bella, nonsolum inferat sed eciam constanter sustineant.

Item sciendum vt Pontifice Caesareqz mro ipso quoqz Ferdinando et Principibus Germanie pro agendo bello contra Thurcas et defendendo regno Vngarie in vnanimitate constantibus an Francie Anglie Reges et potentatus latini cessabunt ab inferendis eis marcialibus impedimentis vt hoc facerent, etiam zelo ipo reipublice Chriane.

Item sciendum Esto q omnia procederent ad votum et pro voto Ferdinandi, an Thurce victi delebuntur perpetuo, qui receptacula amplissima habent vicqt Siriam et Scithiam in quibus eos Ferdinandus agredi haud posset.

Item sciendum q scivi non potest, sed per nos Polonos perpendi debeat an Thurce ab Ungaria et Graecia pulsi, animadvertere non poterint in auxiliatores Ferdinandi q per Scithiam facere commode poterunt sicut Bathi faciebat, et istud nobis Polonis plusqz alijs est non solum metuendum sed tempestiue prospiciendum.

Item sciendum Mte Vra se contra Thurcam declarante proparte Ferdinandi Regis quibus condicionibus realibus non fictis Mtas Vra Regnum et dominia eius Intabitur a Thurcis, Thartaris, Valachis, Germanis et alijs hostibus ac a Moscis, quos sicut Thartaros et Valachos Thurce contra Mtem Vram concitare possunt, quod victi aut saltem irritati necessario facerel

Item sciendum esset in quibus spe ac certitudine amicitie coniunctionis Rex Ferdinandus Mtem Vram firmauerit, si vicz affinitati none per eum proposite confidendum sit, plusqz illi, que ex Illma virgine Reginula Serme olim Barbare Regine filia sperarebtur cuius per Bauariam ob respectum Ferdinandi voluimus inire modos, in quibus includi potuit per Serm Regis Joannis nomen defensio regni Hungarie et regni ac Dominiorum Mtis Vre

Item sciendum non vltimo putare, si Mtas Vra deserto eo qui filiacionem suam Mti Vre promittit, ac si Turcarum simpliciter non sub velamine quopiam postponat qualemcunqz fauorem, sibiqz preferre Ferdinandum quo Mtas Vra, se et sua a Thurcis et Thartaris defensurea erit

Postremo sciendum, nedum censeam sed consulam imo timea(m) ne Rex Ferdinandus cum assistentibus sibi fratre Cesare Principibus et imperio Germanie sic tueri volet Ditionem vram sicut olim Imperium Ro:, Reges quoq(ue) Christiani, fres nros dominos Grecie sunt tutati, quos tamen Grecos privatam defensionem non facien(tes), sed Christianorum Principum assistencie, et defensioni confidentes absorbuit potencia Thurci

Attendendum tum putarem, quantum obfuit, felicitati ac saluti Sermis olim Vladislao fri et Ladislao Nepoti dictis vre Regni Hungarie Regibus, quorum alter scz(t) Wladislaus Sedis Apostolice auxiliis ac adhortacionibus per brevia et legatos de latere promissis innixus regnum Ungarie per Thurcas truncatum filio reliquit, alter vero scz(t) filius assistentiis patrui incertis et auxiliis affinis Ferdinandi suis quoq(ue) viribus temere confidens, et infeliciter periit et Regnum perdidit. Vterq(ue) autem propter dignitatis Regie nomen condiciones pacis Thurcarum respuit, et aliene non sue sorti ac incertitudini desperate se comisit.

Circa quod sicut pro eisdem Sermis olim Vladislao et Ladislao Regibus Hungarie attendendum putavi, attendendum eadem racione erit quomodo Status periit Rhodianus, revera sic sicuti perierunt ipi Sermi domini Ungarie Reges, namq(ue) Magr illius loci Sedis Aplice et Christianorum Principum confidens auxiliis, nullas cum Thurco facere voluit pacis condiciones, et periit Statumq(ue) perdidit, et forsan pro amisso illo Statu alium à Principibus Christianis non est consequutus, sed misere vivit, si tamen similem aut meliorem Statu(m) est consequutus penitus me latet

Mtas vra et officium eius scit, aut si alii Consiliarii preter me sciant hec que ego nesciam, et que facienda putarem si recte votis ac iussioni Mtis consulendum foret

Itaqz cum nesciam hec que facienda existimaui Mtas vra dignabitur boni consulere, et in bonam partem accipere quicquid parendo mandatis Mtis vre in consilii et deliberationis mee descriptione scribam

Optimum nedum bonum esset consilium adhibere assistencias et auxilia Ferdinandi Regis defenssioni Dominiorum Mtis vre, quam defenssionem Mtas vra hoc regnum Polonie et Dominium Lithuanie nedum facit, sed etiam sustinet, non solum hoc felici Regni Mtis vre tempore sed etiam ab evo, eius predecessores Reges Polonie et Magni Duces Lithuanie sustinere consueuerunt.

Predecessores Mtis vre que auxilia a Principibus Christianis, et specialiter Germanie dominis, erant vnqz prestita no omnino constat, sed tanqz recentia habentur testimonia quantum nocuere Almani per astucias Sigismundi Imperatoris vbiqz, in Prussia autem per inimicitias Principum, et tocius Imperii, Sacra quoqz Mtas vra in bello Pruthenico experta suo felici tempore, quantum faueat felicitati Mtis vre et sui regni integritati conseruande natio Germanica, quid quoqz in Moskouia nectant, quia Oratores Cesarei et Ferdinandi seorsum absqz Lithuanis semper consultant cum illis, exinde ego non credam fautorem indubitatum Mti vre Ferdinandu futurum

Ideo ego censebo non damnandum Dominum Hieronimum

Nepotem meum pro ipsius hac tempestate claris operibus quae
observavit et observat sicut verus et fidelis senator Mtis
vrę et Dominiorum eius felicitatem futuram voluitque
et vellet, in persona Sermi Ioannis Regis Dominia Ma:
iestatis vrę consistere in tutiori tranquilitate, quam assis:
tenciae ac defensioni incerte ea committere sicuti olim
Principes Graeci, ac divi olim praedicti mei Reges Hun:
gariae, Mgr et Milites Rhodiani se committebant

Ferendum est Sermę domine in partem singularis felici
tatis Mtis vrę quod per eiusdem Nepotis mei ingenia fuerit
conservatum Regnum Mtis vrę hac aestate ab infesta
cionibus Thurcicis Thartarorum et Valachicis quae futu
ra erant, prout sum memor, modernum Valachiae Pala
tinum per dominum Capitaneum Camenecen Mti vrę
in Avisamentum significasse, quia Thurce facturi erant
hac aestate incursionem quandam maximam non absque
Thartaris et ipsis Valachis, qui iussioni Turcae parent
in Dominia Mtis vrę.

Ferendum tum censebo eius istas operas saltim in corde
Mtis vrę et Consiliariorum eius, saltem eorum seorsum
pro felicitate Mtis vrę recte sentientium, quia per
Sermi Ioannis Regis constantem, licet insufficientem
defensionem, omnia quae supra facienda scripserim sub
tempore deduci poterint, ad bonam frugem Mtis vrę

Distinetur tamen forsan Mtas vra quia non videat quid sit
amplexura, vel cui parti plus adhaesura tribus parti
bus invicem inimice seu hostiliter, inter se agentibus

pro vno tempore, pro vno quoqz Regno et Mtis vrē qualibet earum amicitiam potius inuestigantibus q̄m exigentibus quod dictum inuestigationis ex parte Thurcarum dici recte potest, quia superbus et imperiosus dominator aperte non requirit, sed per Nepotem meū innuit hoc quod libenter videret quod alie partes nedum exigant, sed tanqz obsecrantur.

Ideo ego suaderem nequaqz alicui partium aperte adherendum propter futuros euentus, qui ex suprascriptis ac ex his que infrascripserim colligi possunt, sed potius medium aliquod per Mtem vram̄ cogitandum et proponendum partibus omnibus tribus, vt Mtas vrā boni Christiani Principib officium, quod requirit Ferdinandus exequi videatur, ac vt eadem Mtas vrā sesuaqz Dominia nunc et infuturum tucius conseruaret, sicut est, et apud omnes homines habetur, nedum prudens sed prudentissima prosua felicitate faceret, sicuti domini dei grā adiuta arbitraretur et soret, charitas enim incipit a se ipso

Quodquidem inuenire medium in qualibet negociacione difficillimum fuerit presertim vt inter partes dissidentes, vnus cuius tanqz etiam interesset absqz sua iactura et partium ingratitudine istud faceret

Ego reuera non ausim hanc mihi arrogare felicitatem aut presumacionem vt dispositiue deliberationes meas medii illius scriberem, sed potius meas dicendo seu scribendo Mti vrē et aliis prudencioribus deferrem prout defero, sed ne videar, in negotiis istis maximis que Mtas vrā dignata est ad me et suos Consiliarios alios deferre mt fecisse, scribam id quod libens viderem

Mtas vra obseruando amicitiam partium ipsarum, hic tanquam non Thurco aut Joanni Regi gratificando, sed Sermo Regi Ferdinando, non relaxaret prohibicionem Piotrcouie promulgatam, ad subditos vt non irent, seruitum Joanni Regi contra Ferdinandum, per quam non relaxacionem gratificaretur Ferdinando, ad quem mitteret aut scriberet vel ipsius Oratori, aut lrís, si sunt apud Mtem Vram responderet, quia sunt in Conuencione generali responsum erat sicut vra Mtas neutri partium auxilia prestitura esset sed probonj Chriani Principis officio, quod officium Ferdinandus proponit, Mtas vra specialiter suaderet, id quod infrascripserim, siue per dominum Petrum Opalensky si nondum habuit licentiam à Rege Ferdinando prout credam eum retinendum vsqz ad reditum à Mte vra Oris sui, siue per lrás, vt suprascripserim istud faceret.

Suadendum foret Regi Ferdinando, vt in spem composicionis seu concordie per Mtem vram aut per mutuos Oratores faciendam, Rex Ferdinandus hac æstate non confligat cum Thurcis, sed quod Castra conseruet, muniat gentibus, et rebus fulciat, ad futuram quoqz æstatem gentes et vires, nedum conseruare sed etiam accumulare curaret, supersederet etiam ab oppugnacione locorum si que sunt aut restant inexpugnata Joanni Regi obediencia ymo sicut Joannes Rex necesse haberet concederet loca Joanni Regi in quibus se contineret suspensis actionibus bellicis.

Suadendum etiam esset Regi Ferdinando vt ad Thurcam mittat, cum eo inter alia effectu, quia cum intellexit Thurcum ipsum expedicionem facturum in Hungariam in fauorem Joannis Regis, istum fauorem Rex Ferdinandus

ab Imperatore Thurcarum vellet assequi et pro eo asse:
quendo per Oratores pace constituta consulere, ideoque pe:
teret pacis treugas concedi, et expedicionem Thurce sus:
pendere, vt solus ipse Ferdinandus in eis tantummodo lo:
cis consisteret regni Vngarie, ad que est per Regnicolas
introductus, sed cum Imperator in fauorem Joannis Re:
gis expedicionem facturus esset, aut faciat, vellet Ferdi:
nandus pace inter se et Imperatorem constituta etiam de
Joannis Regis prouisione interim habenda consulere, quan:
do enim pax stabilis inter Imperatorem et Ferdinandum
tractabitur, tunc etiam stabilius prouisio Joanni Regi con:
stitueretur, hec quoad partem Ferdinandi sint dicta cuius
Mti vra Mtas insuper ymo simul tunc suaderet vt in:
terim cum fre Caesare de pace nedum in latinis terris
sed etiam cum Regibus Francie et Anglie, ac in ipso
Imperio, seu in Germania omnimode consultum esset
zelo Reipublice Christiane, sic Rex Ferdinandus, et Cae:
sar pace sub nomine reipublice Christiane constituta fa:
cilius se et Regnum Vngarie contra Thurcas et Joan:
nem Regem, si secum non esset concordatum defenderet,
his mediis sic conseruaret Mtas vra sibi et Dominus
suis Ferdinandi amicitiam cui se offeret, quia si sue et Ce:
saree Mtibus gratum esset vra Mtas se offerret ad mit:
tendum sub vna Ferdinandi sententia, ad eandem Caesa:
ream Mtem Summum Pontificem, Francie et Anglie Re:
ges, ac ad potentatus terrarum latinarum

Item offerre potest Mtas vra se missurum ad Thurcum pro
suspendenda eius belli prosequucione, etiam in spem concor:
die inter eum ac inter Principes Christianos aut saltem oc:
casione regni Vngarie inter Regem Ferdinandum faciende
de ideoque Mtas vra per se faceret tanquam motu proprio sed
cum assensu Ferdinandi et ob honorem Christianorum Prin:

pum quod equidem non eque honeste fieri posset, et cum illorum honestate, si illorum Oratores Oratori Mti vre adessent, sed Mtas vra per se eis scientibus istud ut dixerim faceret

Gratificando autem Joanni Regi Mtas vra, per Secretos equidem precipuos Consiliarios secrete illi Regi significaret, quia licet palam non liceet Mti vre relaxacionem facere, tamen secrete fieret, ista relaxacio, sic ut magistri militiarum, sive ductores gentium promittant serviturus Joanni Regi Polonis pro indemnitate, sic Joannes Rex propriis pecuniis si eas habet, gentes haberet, a Mte vra Cui Joannes Rex, unacum Rothmagistris, seu ductoribus gentium, indempnitatem istam gentibus inscriberet ipsi, quoque Rothmagri committinis ex conniventia occulta Mtis vre et predictorum precipuorum Secretorum Consiliariorum inscriberent, publica vero prohibitio, si Ferdinandini vellent fieret etiam in presentia Oratoris Ferdinandi rediturus ad Ferdinandum.

Insuper Joanni Regi diceretur Quia cum Coronam illam Sacram Materialem servare non potuit aut neglexit et sibi constanter, fideles Ungaros non invenit, quod notum cunctis est, credere non debeat promissionibus eorum occultis, quia satis superque prescripserunt sua in eius Mtis infidelitate adeo ut etiam illis nunquam confisurus esset, et absque tyrannide nequaquam apud eos tuto regnaturus, prout etiam absque perpetua ignominia ac Chrianorum Principum gratia de manibus Thurci regnando non posset vitam suam in illo Regno bene conservare

Ideo Mtas vra tam ad Thurcum quam ad Ferdinandum operas

suas facit et factura est, ut eorum expeditiones suspendat rex ob spem concordie, utque ipse Joannes Rex ex parte Ferdinandi et pace et locis ut dixerim provisus esset.

Imperatoris autem Thurcarum, ut Mtas vra amicitiam conservaret seu apud illum videretur plus ille quam Ferdinando deferre, utque Imperator intelligat Mtem vram tanquam illi non Ferdinando, sed Joanni Regi faventem sic faciendum existimarem, vel sicut aliter Mti vre videbitur faciendum.

Mea enim esset hec deliberatio, quoniam forsan Ds Hieronimus Nepos meus credit quod si minimum auxilium Mtas vra Joanni Regi contra Ferdinandum faceret, vellet Imperator Thurcarum cum Mte vra pacem constituere integram etc.

Et quia talem auxilium non solum Joanni Regi sed tanquam Thurco in persona Joannis Regis esset faciendum, equidem utrumque illud tua Mte Chrianj Principis indignum.

Ideo ad propositum Imperatoris Thurcarum, ut non esset contra Mtem vram incensus cogitabam sic faciendum meo iuditio, nedum licite sed etiam honeste, etiam pro parte Joannis Regis non inutile, quum habet Mtas vra apud eundem Caesarem Oratorem suum et forsan nondum de regno egressus est, qui sive egressus est, sive non, per eundem Oratorem, Mtas vra Imperatori ageret gratias quia regnum Ungarie favere vellet affini Mtis vre. Joanni Regi, Cui Joanni Regi etiam Mtas vra talia facit auxilia qualia potest imprimis enim licet Mtas vra, non potest personaliter sibi adesse, propter negotia Dominiorum suorum maxima, que habet in locis a Regno Polonie remotissimis tamen mandavit eum in Regno Po:

lonię conseruari. Insuper quoniam Mtas Vra contra alias partes Dominiorum suorum impendia faciendo, licet Joanni Regi non impendat, tamen per istam in Regno Polonię securam mansionem sibi auxiliatur, vnde ipse Joannes Rex gentes habere potest de regno Polonię sibi fideliores, qui Vngaros per eundem etiam Oratorem Mtas Vra Imperatori Thurcarum insolescerent, quia cum Imperator faueat hoc Regnum Joanni Regi ideo Mtas Vra cooperatur apud Ferdinandum, quod et ipse non faceret impedimentum in ea re, sed suspensum esset bellum, inter eos, prout Mtas Vra credit suspendendum vt sic Rex Joannes per fauorem Imperatoris, absque effusione sanguinis humani regnaret in illo Regno. Quam sanguinis humani effusionem vitando, et inprimis ne ex Imperatore amico Vra Mtas faceret sibi inimicum ipsum Imperatorem. Noluit Mtas Vra se intromittere ad assecutionem Regni Vngarię, post mortem Nepotis sui, quia dubitauit an sibi illud Imperator fauere voluisset, sed cum fauere dignatur Joanni Regi Vra Mtas libenter istud videt, et ob eam rem cooperatur suspendere conatus Ferdinandi contra Regem Joannem

Serme et gratiosissime domine, hęc que ego scripserim oro vt Mtas Vra dignetur, non solum perpendere, sed cum aliorum audiet sententias mearum etiam istarum meditacionum rationem habere dignetur si quidem ista tempestiue dicantur. Nam si negligenter sunt proposita aut consulta non Mtis Vrę neque Consiliariorum Mtis Vrę, mea et aliorum culpa erit, sed Ferdinandi Regis qui plus imperiose et Cominatiue suas amonitiones

et Piotrcouie et postremo faciebat quia sue et Cesaree fraterne foelicitati imperiiqz Germanici auxiliis confide: bat Caeterum an etiam nunc Caesaree Mti in illis suis actionibus contra potentatus Italie ac Franciae et An: glie Reges feliciter succedat, an item Germani Prin: cipes ymo Regnicole Bohemie velint contra Joannem Regem realr adiuuare, non omnino est certum ymo co: trarium comiter dicitur, verum tamen est quia omnes et ego desideratissimi sumus, vt Thurce de Bizancio esset pulsi sed si etiam toto dominio Graeci destituti essent Asia ipsorum est nidus et naturale solum Satie coniu: ctum generiqz Scytico genus Thurcicum conatum tras: fugiturum nequaqz crederem, Turcam in Siriam vbi mi: noris egipti magni Soldani potitus est imperio, sed Sicut le: porine sunt consuetudines quia perfugiunt ad loco natiua Sic Turce Asiana et Scythie repeterent loca, seqz fribus originariis coniungerent Scythis. Quorum viribus sicu: ti Bathi fecerat leui negocio penetrare possent ad domi: nia Chriana vltra suam e Bizancio propulsacionem qua nedum in auctore belli sed etiam in auxsliatoribus vindi: care conarentur. Primus autem illis obex Mtas vra esset, et dominia sua, qui illos minime tardarent, ergo nollem ego istud videre, vt Mtas vra aliene felicitati plusqz sue faueret, seu ne ob feliciatatem Ferdinandi Re: gis se et dominia sua periculo subiceret, sicut neqz istud suadeam amore Joannis Regis faciendum, ne contingat (quod deus auertat), eam regno et Dominiis sui exui et tandem quod amarius qm mors esset victum inter culpas Mercatorum misere sumere sicut id genus in: felicitatis et miserie conficit et absumit. Dacum Rege et Magistrum ac milites Rhodianos, sed per proposita



media consulendum est felicitati et paci priuate Ma^tis V^re asciscereq3 dignaretur sibi in exemplum

Venetianum consilium quia si omnibus pereundum est illi nollent esse primi sed saltem ultimo perituri qui quoniam sunt prudentissimi uti exitu rerum doceri potest. propterea M^tas V^ra alieno saltem consilio se gubernet, Sacram dexteram suam utrique parti porrigat, ut sibi ipsi plus quam aliis consulat. Nam nisi sola ipsa pro se et nobis subditis suis consulet per Ferdinandum Regem, ymo summum Pontificem Imperatorem et Reges alios, egre, imo nulliter Nam post interitum nemini consultum esset, Sicut olim per eorum predecessores necessitati Regnorum erat consultum quorum ille infelix interitus prebeat consilium nobis ut ex aliorum casu nobis consulamus et non imprudenter fecisse videamur

[illegible]

Joannes Rex Vngarie
Sigismundo primo regi Polo[nie]

Ex his litteris quas proxime a vra Mte accepimus intelleximus qz acerbe queratur aduersarius nr Rex Bohemie Ferdinandus de Magnifico Jeronimo Laski Palatino Siradien, nro apud Caesarem Turcorum Oratore, et qz grauem ex illius querelis animum vra etiam Mtas aduersus eundem Jeronimum Laski conceperit, primum omnium Nos quod et antea scripsimus magis credimus fictas esse opera aduersarii nri illas literas, Quarum exempla circumferuntur et que ad se etiam missa esse vra Mtas scribit qz veras, id autem vel ex eo facile colligimus, qz aduersarius nr omnibus artibus quibuscunqz potest Chriano certe Principe indignis, et priuato etiam homini siue Chriano siue Barbaro minime conuenientibus, non cessauit ab inicio neqz nunc cessat, nos oppugnare, et inter alia, si ausus est (prout intelligimus ausum esse) coram Mte vra, vel Oratore eius (quod tandem dicimus) negare suas esse lras que reuera sue sunt manu ipsius subscripte, et sigillo eius signate, quas ad prefectos magni Principis miserat, non miraremur si auderet similes lras nomine Palatini Siradien confingere, Nam alia, que nri criminandi causa, falso per eum sunt adinuenta, talia sunt vt hoc in comparacione illorum nihil penitus esse videatur Quamobrem non facile abduci possumus abea sentencia quin hec quoqz ad grauandam causam nram et ad Palatinum ipsum apud vram Mtem criminadu conficta esse credamus vel si quid tale ille scripsit de quo

nas nihil scimus credimus esse multa adiuncta, vt facere
solent hi qui querunt omnes modos et vias aliis nocendi,
et suas iniustissimas causas iustificandi, ad ex excusandas
excusaciones in peccatis / Si vrām Mtas adhuc maius hu:
ius rei argumentum querit Quid potuit vnqz magis
falso in quemqz dici, et fingi, quam quod istum bonum
Principem vr̄e Mti de nobis nunciasse intelligimus.
Nos cum Imperatore Turcarum in Tributo j milium
ducatorum quotannis, Decima autem hominum vtriusqz
sexus Regni nr̄i parte decennio quoqz ei soluenda con:
uenisse, et nescimus que alia de Castris Sirmien̄ pre:
claras Christiani Principis artes et inauditas calumnias.
Nos cum Imperatore ipō medio Palatini Siradien̄ con:
cordasse non diffitemur, sed optimis et Christianissimis
condicionibus, ac sine vllo vel pecunie vel alterius rei
tributo immo cum restitucione Sirmien̄. Quod autem
subdit de libero transitu, hoc illi tanto et tam potenti
Principi (si quo iure velit) neqz nos, neqz quisqz Chri:
stianorum Principum neqz ipse Rex Ferdinandus viri:
bus suis priuatis prohibere potest, nec dine memorie
Sermus dominus Rex Ludouicus potuit, cum eius
tempore Turcus toties libere in Carinthiam penetra:
uerit, et eam ferro ac flamā vastauerit, et hoc idem
tempore quoqz Sermi ~~diuus~~ quondam domini Wladislai Regis
in Carniola et foro Julii fecerit / Immo et tempore
Diui Mathie Regis / Si talia fingere contra nos au:
det, que deus et homines sciunt esse falsa, quare nō
potuit Palatini eciam Siradien̄ nomine vel fingere
lr̄as quas ille non miserit, vel per illum missas immutare
pro animi sui libito / non misisse autem eum huiusmodi
lr̄as illud est non paruum argumentum, qd is eodem tpe
quo ille litere dicuntur date, misit ad nos lr̄as, omnia

a se gesta et tractata plenissime continentes in quibus nul:
lam de lris huiusmodi ad Regem Ferdinandum missis facit
mencionem, quod non est verisimile eum fuisse in tam longo
nobiscum de rebus nris tractatu pretermissurum, potest es:
se et illud eum huiusmodi lras (si tamen eas misit) ob
terrorem tantum Regi Ferdinando incutiendum, et eius
a Regni nri inuasione, et iniusta oppressione auertendi
gra misisse, Quin et illud possibile est, (si coniecturis est
agendum) cum lras tales, ab eis, in quorum potestate erat
coactum (quod sepe fit) scripsisse, hec omnia et hiis similia
contingere potuerunt, Que tamen nos non affirmamus
veluti huius rei sit ne facta an ne, vel quomodo se habeat pe:
nitus ignari, Itaqz rogamus vram Mtem vti patrem
charissimum ac Principem prudentissimum, et iustissimum,
vt causa hac incognita, non festinet ad Palatinum ipsum
in aliquo grauandum scimus eum esse incolumem, et cre:
dimus breui ad nos rediturum atqz apud vram Mtem fu:
turum, intelligat tunc vra Mtas totam rei seriem ex or:
dine, et faciat quod ei iustum et æquum esse videbitur.
nec enim videretur satis æquum, hominem aliquin nō
postreme in Regno vre Mtis condicionis non auditum
ad solas aduersarii sui calumnias, et eas (vt opinamur)
falsas condempnari, aut grauius quippiam in eum sta:
tuere, Quamqz Serme Rex non esset fortasse a racoe
et ab humanitate alienum, contra Principem hoc pacto
iniuste Regna aliena oppugnantem, non solum milites
cuiuscuiqz generis, et nacionis, sed eciam ipsas inferna:
les Erynes, et Furias concitare et educere. Nam si
ipse dicat non esse contra Chrianos armis gentilium
vtendum, quis nescit, quid ad hoc ex aduerso rnderi

possit, non esse viri Principi Chriano arma iniusta contra Principem alium summenda, iure aequabili esse, non vi et aliorum oppressione, Chriano cum Chrianis, Immo Barbaro etiam cum Barbaris viuendum. Nos tamen teste deo et hijs qui nrorum consiliorum sunt participes adhuc in pntem horam ab hoc genere defensionis abstinuimus, et maluimus adhuc illa quoqz tentare, cum aduersario nro de quibus nuper cum domino Chrophoro Castellano Cracovien nomine nro fuit tractatum et omnia queaiqz maiora facere poterimus; cauereqz tale aliquid aggredi ex quo posset aliquod incomodum reipublice Chriane euenire. Qd si ad nullas vel iniquissimas nobis condiciones aduersarius nr venire voluerit: erimus postea excusati coram deo, et hominibus, et imprimis coram Mte vra de quo tam coram eadem vra Mte qz coram tota Chrianitate id non semel sumus protestati, prout et nunc protestamur, rogamusqz vt sit in futurum ipa testis. Verum enimuero Nos hoc in loco continere non possumus quin pauca subiciamus de hiis, que ipsum aduersarium nrm rursus in Nos coram vra Mte iactasse intelleximus, Appellat nos (vt certo accepimus) mille et falsis nominibus, hominem perdite ambiciois, belli Ciuilis seminarium, patrie calamitatem, ad euertendam Chriam generis progenitum, et qui alterum ex Regibus, ac dominis suis merore confecerit, alterum in bello, pro Chriana pietate ac patrie deffensione suscepto, deseruerit, et mille alia.

Ad que vt paucis respondeamus, vellemus scire ante omnia vter nrm censeri debet vel patrie communis id est reipublice

chriane calamitas, vel ad eam euertendam genitus: Nos ne, qui totum vite nre spacium quantumuis paruum, patrie ac Reipublice chriane seruiuerimus, in ea tamen ab hoste externo tuenda consumpsimus: an ipse, Qui cum fratre Carolo electo Caesare alterius Electi Caesaris Maximiliani Aui sui vestigia sequutus, nichil non in orbe chriano bellis Ciuilibus inuoluit? nichil non sanguine chriano maculauit? Testis est huius rei Mediolanum cum Insubria, ac tota Longobardia, immo tota fere Italia, tanto sanguine miserorum chrianorum respersa. Testis Genua per immanes Satellites ipsorum tam dire direpta. Testis Vrbs Roma cum suo immo totius chriani orbis Pontifice miserius quam olim vel Ierosolima, vel quecumque alia misera Ciuitas ferro, cede, flamma, rapinis, vastata, in totius chriane religionis ludibrium. Pontifex autem ipse tanto tempore misere in Carceribus habitus, ac ignominiose tractatus. documento sunt trecenta si non amplius hominum Christianorum millia per orbem Christianum opera et impensa horum duorum fratrum crudelissime necata, ea solum de causa vt insatiabilis eorum dominandi cupiditas expleri posset. Nesciuimus igitur si nos vel isti sub iusto Iudice (qualem vram Mtem esse scimus) condemnari ac pestes salutis publice censeri deberemus? possemus hoc in loco illud quoque commemorare, Ferdinandum huc non solum ab Auo Maximiliano, sed nec a Proauo suo Friderico Caesare (dum hec agit) degenerare, Qui et ipse numquam satis pro merito laudatum decus chrianorum Regum, Mathiam a tota chriana republica contra infideles Imperatorem designatum, et iam arma felicia illis inferentem, Comitatu Zaladien contra fe:

dera que paulo ante cum Rege ipso pepigerat, ferro et
igne vastato a Sancta huiusmodi expedicione, in magnum
Turcorum Cesarem Machumetum suscepta auertit, et
ad Regni sui deffensionem redire coegit. Quibus quidem
iniuriis Rex ille inuictus, ac magnanimus, irritatus,
ductu strenuissimi quondam domini Stephani Zapolien, geni:
toris nri, Austria, et aliis illi subiectis prouinciis per:
domitis, plane edocuit Fridericum Coesarem, Quid esset
aliena Dominia iniuste inuadere? Quid Principem
Chrianum sanctissimo operi intentum, interturbare.
Nam nos seminarium belli Ciuilis ideo forlasse vocat
q bellum illud Ciuile, ac rusticanum, quo patria nra
igne pene inextinguibili ardebat Nobilitas tota et pri:
matum ordo delebatur, Rex cum liberis in extremo
discrimine versabatur, rem iam ab omnibus desperatam
et in intima bonorum omnium viscera tendentem, dei
optimi Nutu et auxilio et restinximus, quo tempore
videmur eciam Regem et dominum nrm fremi vestri
vre Mtis predare memorie Diuum Wladislaum
Regem merore confecisse Quippe dei voluntate, nra
opera ac industria, vna cu liberis suis ab huiusmodi
periculo liberatum, vel eo tempore quo nobis nondum
adhuc pubertatem ingressis Auo istius Maximiliano
superbissime, ac simul iniustissime instar istius Nepotis
sui, Regno Vngarie insultanti, ac bellum Nepharium
inferenti, obuiam processimus, ac vires eius repres:
simus, Sed ad ista commemoranda, non libenter ve:
niremus nisi immodestissimis et falsis aduersarii nri
Conuiciis ad id faciendum inuiti copelleremur. Scimus

hec talia ab vno q̃ longe cum maiori laude fieri q̃ de se prę:
dicari, si quid in hoc excedimus, tribuatur. Rogamus vrã
Mtem importune aduersarii nri criminationi.

Criminatur Nos Nepotem vrę Mtis Sermũ Regem Lu:
douicum Sanctę memorię, dominum et prędecessorem nrũ,
in acie deseruisse, ob hanc q̃ calumniam Singularem. Quare
ista quomodo acta sunt non inquirit ab his: quibus sūt
nota: et si nullos testes accipit: quereret saltem talia,
sed serio a Sorore sua Serma Regina Maria, ab Ale:
xio Turzone, omnium quos apud se habet (vt intelli:
gimus intimo, fortasse reperiet aliquid vnde colligere pos:
set hec omnia falso a se vel a suis esse in nos conficta. qua:
re sequitur in hac parte, calumnias, et mendacia Sorori
nri Stephani Bathori, cum quo vno non omnes res regię illo
tempore ob excellens hominis ingenium, et incredibilem
secreti reticentiam comunicabantur. Certum est Sermę
Rex, idq̃ testibus omni exceptione maioribus ac dignissi:
mis fide, facile probari potest: Nos ante illam miseram
cladem ad Regem ipsum cum Exercitu non contenendo
venire volentes, idq̃ vt nos facere iuberet eidem consule:
tes eius Secretis Nunciis, ob non irracionabiles causas
fuisse prohibitos, licet mortuus sit Rex, mortuus Ar:
chiepus Strigomien, viuunt tamen aliqui cum quibus
ista fuere comunicata, alias in Conuentu vrę Mtis
Lubrconien ab Oratoribus nris (ne eadem toties re:
petantur) nominati, a quibus et illud sciri potest: nos ve:
hementissime per Nuncios tam nros q̃ Regios Regi disua:
sisse, Ne pugna ante nrũ aduentum qui prope eramus co:
mitteretur, idem autem Comitē etiam Christopherum
de Frangepanibus (qui et ipse apppinquabat) fecisse intel:
ligimus. sed frustra ambo, surdis, et vocem meam audire

nolentibus clamauimus. Nam Regem ipsum preclare in-
dolis adolescentem, et summe virtutis specimen, idem
quod nos hortabamur sensisse intelligimus) Sed qua im-
prudencia audet Nos, aduersarius noster, desertorem do-
mini ac Regis nostri appellare? Qui ipse Regnum Vn-
garie suum esse pretendens, Nos subditos ac feudales su-
os eciam nunc falso vocans, fratri, cognato, propinquo, so-
rorio, Regi vicino, et Regno (vt ipse dicit) suo, ac sibi
dotali, ex provinciis suis quibus, idem quod Vngarie periculum
imminebat, nullum eo tempore auxilium miserit, licet
ab illo pro hoc instantissime interpellatus, ac tunc eciam
cum ille pro Religione Christiana gloriosam mortem cum tan-
ta suorum turba oppeteret, tam numerosum Exercitum in
perniciem Christianorum in Ducatu Mediolanensi habens.
Nos ergo calamitas patrie? Nos pestis reipublice Chri-
stiane? Nos confector et desertor Regum et Dominorum
nostrorum? ille salus et conseruator Vngarie et Christianita-
tis? qui salutem misere Vngarie magno Sacramento ac
eciam Chirographo suo promittens. et hoc pretextu Diade-
ma nostrum Regium per scelus et prodicionem quorundam
subditorum nostrorum adeptus, non cessat in dies eius re-
liquias perdere. ipse interim si deo placet Prage delica-
tissimum ocium agens: Nos amici Thurci, ac propterea a
a Maiestate vestra, nec a reliquo Christiano genere vllo modo
fouendi? ille vt intelligimus non amicus? sed id reuera
hanc solam ob causam, Quia ab amicitia illius vt nobis
nunciatur turpiter repulsus. nam eum omnia vt id con-
sequi posset tentasse et litere eius apud nos existentes ma-
nu quod supradiximus eius subscripte, et Oratores eius
nunc eciam apud illum Turcum constituti, satis aperto sunt argu-

mento. Illud eciam maiorem in modum sumus mirati quod intelligimus aduersarium nostrum ad proximam vestre Maiestatis legacionem ita respondisse, tanquam Maiestas vestra graciam nobis ab eo petiuisset. Nos quid vestra Maiestas per Oratorem suum apud eum egerit, et in quam sentenciam ei nunciauerit, sumus prorsus ignari: Miraremur tamen tamen si vestra Maiestas aliquid tale ei nunciasset a quo qualiter animus noster abhorreat vestra Maiestas potuit iam saepe intellexisse: non a concordia, de qua iam vestra Maiestas meam mentem apertius intellexit: Sed a gracia ab eo hoste petenda, que licet nos nunquam nec in minimo quidem offenderimus, ipse tamen vt totus mundus videt adeo impie, et crudeliter non solum in Regnum et honorem nostrum debachatur, sed eciam in patrimonium, quod saltem vnum, non familie Austrien, si omnia iam Regna mundi illi familie debentur, sed familie nostre Zapolien erat et est.

Ignoscat vestra Maiestas enixe petimus, si sumus in his commemorandis aliquanto longiores, non potuimus hec vllo modo silencio preterire, ne crimen si nihil ad has calumnias responsum a nobis fuisset agnoscere videremur. perscripsimus re vera rem ita vt est, nichil ad veritatem adden, immo longe modestius, quam par erat vt nobis videtur ad acerbas et falsas calumnias respondendo. Que quidem calumnie tanto magis nos mouerunt quod non ignorat vestra Maiestas ad quid his diebus animum nostrum inclinaueramus idque profecto non tam necessitate aliqua, quod breui deo dante apparebit quam solo comodo publico, cui deo teste longe plus tribuimus quam priuato nostro vel comodo, vel honori. Vestram autem optime cupimus valere, et causam domini Laski vestre Maiestati ac simul nos ipsos ac omnia negocia

nostra vti patri nostro charissimo impense commenda-
mus Dat. Tharnouie quinto Augusti Anno dni
M° D° XXviii

Sigismundo primo Regi Polonie
Petrus Tomiczki Eps Cracouien
et Regni Polonie Vicecancellar.

SAcra Regia Mtas et domine domine clementissime. Post
humilem seruitutis et orationum mearum commendacio-
nem Dominus Petrus Opalenski Castellanus Miedzi-
recen Orator Mtis vre simulatque et responsum acce-
pit et est a Sermo Rege Ferdinando absolutus et dimis-
sus, misit ad me et suas et quas ab ipso Rege ad Mtem
vram scriptas acceperat lras transmitti illas hinc ad Ma-
iestatem vram quamprimum cupiens Quare ego per hunc Cu-
bicularium Steinkrecher eas ipsas lras mitto Mti vre
Serme ex quibus Mtas vra pariter perspicere et cogno-
scere poterit, et quanti scilicet illius officium et amiciciam
Sermus Rex Ferdinandus fecerit ac faciat et quo ardo-
re nunc ad pacem et concordiam ineundam sit preditus

Nunc etiam Serme Rex visum est michi oportunum tempus
Mti vre ad ea respondere que per Borowski Cubicularium
ad me scribere dignata est vt vicezt consulerem in me-
dium, deliberacionemque meam ad ea accomodarem de quibus
et nunc per lras Sermus Rex Ferdinandus cum Mte vra
expostulat domini Laski audaciam et hostilia facinora

accusans, et est fortasse adhuc acturus per Oratorem suum proxime ad Mtem vram missum ne Regem Joannem in Regno suo amplius esse, et receptum hic habere permittat

Et equidem quod attinet ad recepti Regis Joannis excusationé videtur michi, vt Mtas vrá Serma respondeat quod eidem Regi Joanni receptum in Regno suo dederit, duas ob causas primum, quod non videbatur officium Chriano Rege dignu, confugienti ad se vicino, et affini suo, et presidium ser: uande vite petenti, non dare locum, aut illum ex regno suo expellere, maxime cum id tuendi neutralis promissi officium non mutet, neqz offendat, Deinde quòd hac occa: sione oblata, sperat Mtas vrá se id quod hactenus non potuit pro Sermó dnó Rege Ferdinando nunc comódius prestare posse, vt vigzt regno Vngarie pacifice, et subla: tis omnibus impedimentis potiri possit. Nam vbi aduer: sarius eius ad Thurcos transfugisset, quanta hinc diffi: cultas Sermó Regi Ferdinando, et toti reipublice Chri: stiané perniciés sequi posset, neminem esse rationis com: potem qui non intelligat et presertim sub ea fide et con: stancia Vngarorum erga Reges suos, quam cum alias semper tum nunc potissimum abunde declararunt Nunc Mtem vram comódandi causa primum Sermó dnó Regi Ferdinando deinde toti reipublice Chriané hoc fecisse, sub eo euentu concessisse imprimis receptum dnó Joanni Regi in Regno suo, ea lege, vti se quiete contineret, et pu: blice nichil hostile in ipso Regno Mtis vré aduersus Se: renissimú Regem Ferdinandum, et regnum Vngarie moliretur. Deinde curaturam esse Mtem vram modis omnibus de hac differentia et bello toti reipublice Chri: stiane perniciosissimo extinguendo, idqz quantum maxie

fieri poterit cum dignitate et comodo ipsius Sermi domini Regis Ferdinandi, siquidem id Mti sue gratum et placitum fuerit. Alioquin si illi hoc studium et officium fraternum Mtis vre non perinde acceptum erit, tempus posterum docebit recte ne an perperam Mtas vra consultum voluerit, in hoc euentu, Sermo Regi Ferdinando et regno Vngarie cuius bonum statum comunem semper reputauit

Illud autem alterum in domini Laski audaciam consilii professio mea Cpalis abhorret, et ne precise et expresse in id consulam vetat, nimirum est res maximi momenti, et capitalis causa, ac de qua crimine lese Mtis inquiri iuste debeat digna profecto, vt vno et altero verbo absoluam grauis animaduersionis pena et supplicio. Nam quid grauius committi potuit a subdito in dominum, a Consiliario in Regem et Principem Senatus tocius, quam fraudata sentencia literarum, quas publica fide ob iter tutum a Mte vra receperat, in amplissimorum Regum prouincias excurrere, et Mtis vre nomen et gloriam, pro cupidis et temerariis gestis, consiliisque suis, apud omnes inuulgatam et apud nonnullos etiam suspectam facere, vel hoc solo nomine et facinore, vt reliqua taceam de quibus Rex Ferdinandus queritur, quod scilicet et Turcos contra Christianorum vota et optata ad Regnum Vngarie depopulandum, ductu et auspicio suo induxerit, seu inducere contenderit, et preter iussum et voluntatem Mtis vre nomine tocius regni cum Turco Inducias pepigerit, condicionibus interiectis, quas suscipere piaculum et nephas priuato alicui ne dicam Mti vre et regno duxerim, Sed ego vti memini ne ab

officio Epali discedam, modum ea vindicandi insinuare non possum nec mihi licet, verum id prudenciae et authoritati Mtis vrae committo et relinquo hoc solo admonito quod ad officium meum attinet et accedit.

Non videri nempe mihi triplici racione consultum vt in eo rerum statu contra dominum Laski debeat Mtas vra nunc aliquid aggredi, primum quod in eum absentem et non vocatum difficile foret Mti vrae ius dicere, vel illi penam irrogare, etenim patroni et defensores eius prodirent subito multi, qui et alia omnia defendere conarentur, et hec fortasse pra fronte negarent illius esse, que in lris inimicicias et hostilitatem obnunciantibus, suo nomine circumferuntur. Deinde quod ex Regni constitucionibus non licet eum hinc Mti vrae in Lithuaniam Iudicandum vocare, Tercio quod querendi occasionem et grauius cum Mte vra expostulandi Rex Joannes arriperet, cum in illius seruitorem et qui eius negotia iampridem gerit et exercet animaduertere vellet Mtas vra.

Verum cum redibit foelix in Regnum suum Mtas vra et Conuentum generalem cum Consiliariis et subditis suis habebit Tunc demum mihi videtur oportuna fore occasio vt Mtas vra dominum Laski pro more et consuetudine vocari et eius audaciam atque admissum exprobrari sibi faciat, vindicetur ea illud et authoritate sua et tocius Conuentus decreto, si de quo accusabitur iuste se non purgauerit. est enim res per quam necessaria et ad dignitatem Mtis vrae Serenissimae tuendam, et ad communem tocius reipublice statum conseruandum, vt tacitum amplius et impunitum non ferat isti, qui contra voluntatem Mtis vrae in maximis reipublice negociis pro libidine sua audent aliquid tractare

et conari statuere Namqꝫ hoc malum quia ceteris idem an:
tea audentibus impune fuit ad alios nunc redijt et est malo
publico traductum, idem et posthac futurum si res haec si:
lentio preteretur

Interim autem Mtas Vra Sermo Regi Ferdinando honestis:
sime respondere poterit, quod facinus hoc punire decreuit
modo debito, nam et illius Mtas cum illis quos in Noua
Ciuitate Austrie capite plecti fecit Judiciale processit,
interim etiam et negotium componi melius ad vindictam
poterit, et res fortasse regum dissidentium conquiescent,
vel componentur, Vra vero Mtas hic in regno suorum
freta consilio, auditoqꝫ quid quisqꝫ dicet pro dignitate Mtis
vre et reipublice, eius rei negotium mature tractabit et
debita animaduersione absoluet, vbi et ego deo bene iu:
uante ex officio meo et quantum per lineam professionis
mee mihi licebit presto ero et mandatis Mtis vre pa:
rebo libenter, que semper pre ceteris omnibus maximi
duxi, nuncqꝫ illam diligentissime colo et obseruo, neqꝫ preter:
mitto vllum tempus quo non optimam valetudinem Mti vre
implorem et exoptem omnibus votis et precationibus meis
cui etiam nunc et seruitutem meam iterum suppliciter
commendo et foelicissima omnia tempora faustumqꝫ ad nos
reditum cum Serma Coniuge et incolumibus Illmis libe:
ris cupio et precor Dat in Kielcze

Petrus Tomiczki Eps Cracovien et Regni Polonie Vicecancellarius

Joanni Choienski Archidiac° Cracoviensi: Et Secretario regio.

VEnerabilis domine frater in Chro charme. Cum is Cubicularius Steinkrecher incidisset in id tempus quo lras Regis Ferdinandi et responsa à domino Petro Opalenski tunc quoqz per illum ad nos allata nos Mti Regie transmittere deberemus, oportunum arbitrati sumus per eum ipsum et fasciculum hunc Mti sue mittere et vna respondere ad illa, que pauloante per lras quas Borowski attulerat illius Mtas ad Consultacionem meam referre dignata est. Et nos quidem ex lris quas ad Mtem suam scribimus cum de dni Lasky facto, tum de Sermi Regis Joannis hospitio et receptu vberius sentenciam nram perspicietis. Suma tamen hec est suasionis et consilii mei ratio, quod non videatur nobis idoneum hoc tempus ad repetenda ex audatia domini Laski vindictam et penam, cum et regia Mtas, et ille Laski simul diuersis Regionibus longissimeqz inter se distantibus, à regno absint, et Rexqz Joannes sit hic in regno, cui contumelia videri magna posset, si in eum qui seruitio eius est additus propterea deberet à Mte Regia animaduerti, quod rem et negotium suum curandum susciperet. Quod non posset etia iuditio meo impietatis carere nota, si afflicto illi, et cui a nemine hic Ciuilitatis et hospitalitatis officia exhibetur, etiam hec afflictio adijciatur. Videtur autem nobis magis idoneum tempus exigende pene futurum, et quo rex Joannes fortasse offendi non poterit, cum Mtas Regia huc

redibit in Conuentu enim publico adhibito omnium Pri=
morum regni consilio et consensu, magis pro dignitate et
authoritate sua vindictam et exposcere et statuere Mtas
sua poterit, non dubitamus vero futuros non paucos qui
gesta domini Laski vel comendabunt vel excusare et le=
nire contendent, erunt tamen alii multi qui illum iusta
et seuera animaduersione puniendum censebunt, audietqz
ibi in publico regni Conuentu Mtas Regia quid quisqz
dicet pro dignitate Mtis sue et reipublice

Facti eramus iam ante certiores lris domini Joannis Dan=
tisci à Caesarea Mte, Oratorem ad Mtem Regiam missu[m]
de quo vobis antea scripsimus is nunc iam dicitur Cra=
couie esse egregia vt ferunt indole Juuenis promptus et
ad omnia sagax atqz industrius Quid tamen afferat hoc
vos isthic cum ad vos venerit intelligetis. Nobis enim ea
sunt huc usqz prorsus incognita.

Caeterum fama est Tartaros fluuium Boristenem transiisse
et iam in Regnum incursionem parare, pauorem esse in
hominibus illic proxime adiacentibus de ea re excitatum
sed tamen certum eorum hostium institutum et quid in=
tendant, nobis est incognitum, vos si quid certi de ea
re istic habetis nobis perscribatis et optime valeatis si=
tisqz incolumis et semper felix Datu[m] in Kielcze feria
sexta ante

Petrus Tomiczki Eps Crac Vicecancell
Chrofero de Sidlovec Castellano &
Capito Crac. Regni Polo Cancellario
Corzinen. Gostinen. Sochaczemen Capitaneo

Mag^ce domine et domine amice honorandme. Doctor Rava qui toto hoc tempore mecum fuit in curanda egritudine mea diligentem michi operam prestitit, Redit nunc iam à me dimissus Cracoviã, propterea prior q3 ego, quod ad curationem domini Sirzchowski Canonici Ecclie mee Crac inextremis vite laborantis et pene iam animam agentis impense et sollicite est vocatus, Et equidem non mediocre officium et ipse et ego facturi nobis videbamur si me quidem permittente et authore, ille ad opem ferendam flagitanti amico et à quo plurimis beneficiis est ornatus, libenter accurrerat Ego etiam subsequar cum deo bene iuvante cumprimum michi pedes probe instaurabuntur aut saltem magis q3 nunc sunt erunt firmiores, Sed primum me Czestochovam voti soluendi causa conferam

Quod^a me petit Mgca vra ut illi exponam in ea re consilii mei rationem in qua pariter à me et Mgcia vra Mtas Regia nuper per lras consilium et suasionem poposcit id equidem saluo statu et professione mea Epali uti res postulat aperire michi non licet, hanc enim dni Laski facinoris culpam arduam capitalem et periculi plenam video et esse censeo, de qua et criminale Iudicium instituti et à Secularibus tantummodo hominibus convenit

Scripsi tamen Mti regie vt quicquid de eo iudicandum statuerit in Conuentum Regni futurum et ad frequentem Procerum et Consiliariorum suorum Senatum differat. Non videtur enim consultum sub eo rerum Statu vti nunc est Mtem suam aliquid contra illum incipere debere, cum et ille et Mtas sua absint vna a Regno Rexque Joannes hic sit adhuc. Cui graue hoc et indignum videri posset quod vindicta vel pena aliqua exigeretur ab eo quem ille nunc maximis suis negotiis preposuit. Cetera coram, ad presens optime valeat Mgcia vestra et sit cum domina Coniuge et liberis suis quam dimisissem incolumis et felix cuius me fraterne beniuolentie et amori plurimum commendo Datum in Kielcze feria tercia proxima ante Magdalene 1528

Sigismundo Primo regi Polonie Petrus Tomiczki Eps: Vicecancellar

SAcra Regia Mtas et domine domine clementissime. Post humilem seruitutis et orationum mearum comendacionem, Pauloante cum curreret istuc Steinkircher Cubicularius Mtis vre. Scripsi lras ad vram Sermam Mtem respondens ad ea que de domino Laski a me requirebat vbi exposui quidem ego sentenciam meam exigenda nec ne esset sub id tempus ab eo pena qui ledere et offendere Mtem vram audaci facinore veritus non sit, Cum tamen incertum adhuc habeam sit ne reus omnino istius facti ipse D. Laski, quod eius nomine de indicto bello, et hostilitate obnunctiata circumfertur, Nam quis affirmet ea non ficta et comenta alicuius

alterius esse: vel etiam si ipsius sunt non ad terrorem
potius incutiendum Ungaris: et pertentandos animos
eorum potius scripta quam ut certissimum hostem et
inimicum se vel Sermo Regi Ferdinando vel prouin:
ciae illi Transyluaniae declarare velit: cum nichil con:
stet de Turcorum vel aliorum hostium in Ungariam
aduentu, quinimo fama iam illa prima videtur fere
euanuisse, Regisque Joannis decidisse animum et cominuisse
spem Nam cum ea erat eius potissima recuperandi Re:
gni per Turcos expectatio, afferebantur ad nos illorum
sepe voces et spes, quam ipsi inde non dubiam sibi pol:
licebantur, nunc cum tempus est maxime oportunum
quoniam silent et amplius nichil sibi in hiis pollicentur,
videntur michi et rex et ceteri eius Consiliarii in Tur:
cis desperasse, reliquamque omnem spem in Germanorum
auxiliis collocasse que ut audio haberet utique Rex
ipse Joannes, si argenti aliunde suppeditaret sibi
copia, quo quoniam eum quoque carere prorsus credo, mul:
tum et illi et rebus eius timeo, Sed hec Maiestas vestra
pro sua sapientia complecti et capere melius animo potest
Cui ego ut semper soleo seruitutem meam etiam atque
etiam comendo et ipsam Maiestatem vestram felicissimam
esse et cum Serma Coniuge sua et liberis optime in:
columem vehementer desidero Dat

Petrus Tomiczki Eps. C. Vicecancell.
Ioanni Choienski Archidiac° Cracovien
Secreta° regio

Venerabilis domine fr in Chro charme. Intelligetis abunde sentenciam nram ex superioribus lris meis ad Regiam Mtem datis in domini Laski negocio quam nos etiamnu non mutamus tametsi hoc minime adhuc credamus certu esse quod de ipo in illis denunctiatoriis lris circumfertur. Nam et Turci nusqz apparent, et Rex Joannes tota spe et expectacione sua videtur decidisse et deiectus esse, neqz tantum iam audimus eum sibi vel in Turcorum vel in Germanorum subsidiis promittere et polliceri, quantu antea animose et alacriter solitum hic facere audiebamus

Nos hic multa incomoda in Regno et cum plurimis aliis Vistule adiacentibus ex inundacione aquarum suscepimus. Nam et piscine vbiqz rupte sunt et prata et segetes vt plurimum sunt viciate et corrupte. Neqz videmus quo pacto et sicubi segetes colligere agricole poterunt propter continuos hymbres et tempestates, vnde non mediocrem annonam et caritatem metuimus in annum sequentem futuram, hoc tamen deus prospiciat et gubernet pro benignitate et clemencia sua. Nos cupimus vos esse felicem et incolumem nam et ipi fere in omnibus recuperavimus pristinam sanitatem nisi qd pauxillum admodum tumoris restat in pedibus Dat

Petrus Tomiczki eps Crac. Vicecancellarius
Ludouico Aliphio: iuris vtriusqz Doctori
Burgrabio Crac. Cancello Bone regine Polonie

Magce domine amice charme ac honoranme. Plurimas ago et habeo D. vre gras quod literis suis per hunc Cubicularium ad me datis de optima valetudine Regie et Rlis Mtis liberumqz suorum Sermorum me fecerit certiore quodqz et valetudinem meam illis inuiserit et noua ex Italia allata michi copiose perscripserit, que omnia ad amicissimum eius preseferant in me offitium, michi erat pergrata et iocunda. Cui sane officio ego vicissim quantum in me erit, cupio omnibus amicicie officiis et quacumqz gratificatione respondere. Ego hic quid scribam D. vre plane nichil habeo, apud Regem siquidem Joannem omnia ita silent, vt intelligi non possit, quid vel nunc agat vel in posterum meditetur, nisi quod rumore circumfertur, illum spem firmam habere quod affutura sibi propediem ex Germania non paucorum militum auxilia. quibus habitis tunc demum se in Pannoniam conferre vellet, In quo quid sperem ego, vel diffidam incertum habeo Exitus expecto qui nos de omnibus facile edocebit Regis autem Ferdinandi que mens sit, in presentia istic sciri potest facilius, quo pauloante ad Regiam Mtem Or est ab ipso missus credo enim ego D. vre non futurum incognitum quas res venerit cum Mte sua tractaturus

Ceterum quod ad me attinet, velim sibi de me ita persuadeat D. vra quod sum sp ea qua dudum amicitia et fraterna beniuolencia D. vram et omnia eius negotia

prosequuturus, id enim et ab inicio noticie me meum erat institutum vt illi in omnibus semper presto essem Valeat optime D. vra sitque semper felicissima, et mei commendandi apud Sermos Principes meos, crebram habeat memoriam Dat.

Petrus Tomiczki Eps Cracouien
Luce de Gorca Castello Posnanien

Magce domine et fr honorandissime. Gratissime mihi fuerunt lre Mgcie vre quibus me non inuiset modo, sed magnopere etiam ob recuperatam valetudinem mihi gratulatur, cui gratulacioni quam ad presens possum ego referre gratitudinem, presto libenter, et verbis ago Mgcie vre gras immortales. Ceterum quod adscripsit Mgcia vra fuisse istic nonnullos qui ex infortunijs meis letabantur: mirifice miror quod inter prouinciales meos et quibus ego nunquam obfui, eiusmodi iniqui reperiantur vt vitam quoque michi inuideant: Cum alij oes et eius regni incole et exteri homines qui me vel fama ipa tantumodo norunt egritudinem meam molestissimam sibi fuisse clarissimis testimoniis vbique declararunt. Valeant tn quicunque michi male cupiunt. Ego enim mihi ipi sum conscius satis quid merito meo a quopiam mihi tribui debeat qui hoc semper ago et cogito vt ab omni infamia et dedecore vitam meam prestem immortales.

Et quidem valetudo mea quantum ad reliqua membra optima est, et fere que dudum erat, sed pedes adhuc ex defluxu michi tument, et modicam molestiam afferunt spero tamen et hos propediem in pristinum statum redituros

Rex Joannes quid nunc cogitet quidue agat sum plane nescius quippe qui in solitudine vivo solitarius et pauca de his rebus soleo audire. Verum hoc quod vulgo iam in ore est puto minime falsum esse, Turcorum sczt exercitum Ductore D. Laski et Imbraimbascha iam in Ungariam peruenisse in quo maximam spem et expectacionem recuperandi regni Rex ipse Joannes semper ponebat

DE Germanorum Copiis si istac iter facere conarentur ad ferendum eidem Joanni Regi subsidium scripserat ad me Ds Choienski, Regiam Mtem Mgcie vre dedisse in mandatis, vt omnino eo itinere illos prohiberet, quod tn an facere posset Mgcia vra ego dubito, cum illos valida manu credendum est descensuros esse, Sed ego tamen non opinor isto itinere illos vti debe. cum hoc Augustinus qui est homo probus et verax Mgcie vre ita retulit,

Arx Tranczinensis a quibusdam qui erant collocati in illius presidiis est prodita, vti iam est comunis et constans fama, de quo etiam Mgciam vram priusqz hec leget spero et lris et Nunctiis fama demqz ipsa fieri certiorem Cuius me amori et fraterne beneuolencie ex animo comendo, felicemqz esse et optime incolumem cum suis omnibus vehementer desydero Dat

Petrus Tomicius Eps Crac. Vicecancell
Mathie Epo Cuiauiensi : de Drzewicza

Rme in Chro Pr, et domine frater et amice charme ac hono-
rande. Magnas ago et habeo gras vre D. Rme, quod
et Nuntio et lris suis me inuiserit, apertissimeqz mihi suum
animum et beniuolentiam declarauerit, cum scribat non
minoris molestie sibi ... aduersa valetudinem meam fu-
isse quam nunc fuerit gaudii et leticie, recuperata sa-
nitas. Que quidem res cum michi sit vti et debet mi-
rifice grata et iucunda, cogito sedulo, vt parem officii
gratiam ex amicitia fraternaqz amicitia mea D. vra
Rma quandoqz, et similiter in re dissimili gratitudi-
nem capere et cognoscere possit. Et sane valetudinis
mee longe aduersa quam fuerit nunc est ratio, Nam
ex periculosissima longaqz et molesta egritudine, redii
nunc in pristinum valetudinis mee statum, nichilomi-
nus valenti et firmo corpore manente, preterqz quod
in pedibus vestigia quedam morbi sunt relicta, tument
enim modice adhuc michi ex defluxu humorum pedes,
neqz adeo tn vt incessum impediant, sed et id prout
et reliqua spero propediem in integrum redituorum

Noua hic apud me nulla sunt que D. vram hactenus igno-
rare putem, Nam quod ad domini Laski acta attinet nit
dubito Mtem Regiam D. vre Rme suis lris pariter
atqz nobis omnibus exposuisse, De Rege autem Joane
vulgata sane sunt omnia, illum scilicet omnem spem et expecta-
cionem suam in Turcorum auxiliis positam habere Que

ne eum fallat ipse viderit, sed tn multi indubie nunci-
ant Turcorum iam validam manum in Vngaria esse
preterea q magnam spem habet affuturasibi queda
Germanorum subsidia. Scripsit michi dominus Ca-
stellanus Posnanien non omnino id esse vanum affir-
mat enim illum simulatqz nummos miserit non conte-
nendum Germanorum Exercitum colligere posse

Nummos autem ille summa comparat nunc diligentia
inter amicos, sed et argenti preterea magnam copiam
sibi aiunt pauloante esse ex Vngaria advectam
Arcem tamen Trenczinen quē certissima fama est
nuper amisit per dedicionem fortasse coactam ex aque
et reliqui commeatus penuria. Sed tamen alij dicunt
Pamonii cuiusdam prefecti eiusdem Arcis occul-
ta proditione

Samuelem Marzicziowski cum ob eius virtutem et eru-
ditionem tum etiam ob hanc comendationem D. vrē
Rme charum et commendatum habere volo. Dnem
autem vram Rmam felicissimam esse et optime in-
columem cum omnibus suis vehementer desidero
cuius fraterne benevolentie me ex animo comendo
Datum in Kielcze die xv Julii Anno domini etc

Petrus Tomiczki Eps Cracovien et Regni Polonie Vicecancellarius.

Stephano Broderico Epo Sirmien.

Rme in Chro Pater, et domine, amice charme et honoran. Grave admodum et molestum michi est qd tandiu nihil de Sermo Rege Joanne ac etiam de D. vris eius Consiliariis audierim. Multum est enim q nullas a D. vra accepi lras, alius autem michi nemo hec perscribat et ego in solitudine hic manens et a celebritate animi remotus, raro aliquid de his que alicubi aguntur intelligere soleo. Quare plurimum rogo D. vram Rmam perscribat mihi rerum omnium statum presentem et conditionem et in quo sit maxima spes salutis et omnium D. vrarum in patriam rediens, quem quidem ego toto pectore et animo Sermo Regi imprimis cui velim meam servitutem dicat et commendet. Deinde etiam D. vris faveo et omnibus votis precor. D. autem vram absentem memoria et cogitatione hic complector semper. et rogo illam plurimum ut Rmo dno Colocen et dno Cancellario me comendare velit ipsaq valeat felicissime et me diligat. Dat.

Stefanus Brodericus Eps Sirmien.
Petro Tomiczki Epo Cracouiensi,
et Regni Poloniae Vicecancellario.

R

Rme domine mi colenme. Salutem ac obsequiorum meorum commendacion. Pro hiis que D. vra Rma michi per dominum Tomam Canonicum Capellanum meum de sua erga me tanta gratia ~~tam item~~ ac tam ampla liberalitate ac pietate declarauit Deus omnium benefactorum retributor retribuat ac reddat digna premia vre Rme D. ego fateor me neque ad referendas, sed neque ad agendas ei gracias esse idoneum

Quibuscunque tamen modis potero vnquam gratitudinem meam erga vram D. ostendere in eo totis viribus enitar. Noua illa que D. vre per eundem Thomam Canonicum nunciaueram fuerant et sunt verissima Redijt rursus nunc ex Constantinopolim Tabellarius Regius per quem illa eadem non confirmantur modo sed mirum in modum et confirmantur et augentur

Venit is Tabellarius mirabili celeritate in 14 diebus ex Constantinopoli huc de quo ego scripseram ad Capellanum meum, Sed iam ex Cracouia discesserat scripseram autem vt ea noua cum D. vra et cum dno meo Mgco dno Castellano communicasset.

Aliud noui non est Nos hic diu non morabimur sed ego vbicunque ero quoscunque successus deus rebus meis

dederit, ero semper deditissimus servitor vre D.
et memor illius in me beneficencie et amoris Que
felicissime valeat Ex Brzeschet 15 Septembris Anno
domini M° .D. XXviii

Stefanus Brodericus Eps Sirmien
Petro Tomicio Epo Cracoviensi et
Regni Polonie Vicecancellario

Rme domine domine michi semper observan.me Salutem plurimam et serviciorum meorum comendacione premissa. Supplicaveram hiis diebus medio huius domini Thome Canonici Capellani mei vre Rme D. dignaretur prout sua solita in me gra ac liberalitate hanc meam presentem inopiam ope sua sustentare Ad que michi illa benignissime respondit Mitto nunc ipsum eundem ad vram D Rmam per quem supplico velit michi mittere florenos centum in crucifer vel in alia tali moneta que possit in Ungaria eciam expendi Si deus gloriosus res nras prout undique bona spes sese ostentat prosperaverit, et michi facultas fuerit pecuniam huiusmodi restituendi id me bona fide omnino facturum pntibus promitto non sine fenore quamvis id D. vram Rmam (de fenore loquor) sciam non desiderare, si vero alr caderet (quod dominus deus avertat) D° vra Rma hanc eciam summam computabit inter alia sua pietatis opera

Dominus Laski heri vesperi cenantibus nobis supervenit, repente totus in Turcum mutatus, de habitu et capillicio loquor, Nam quo ad alia ea omnia que

affert, que plurima et regie Mti valde secunda sunt vere Christianum hominem redolent.

Plura dicet idem dominus Tho. Cui vra Do Rma plenam fidem habere velit Me in gratiam Vre Rme D. vnice commendo Que felix sit et sana ex Castro Tharnouien 23 Septembris Anno Mo. D. XXVIII

Petro Tomicio Epo Crac Vicecancell.o
Brodericus Eps Sirniensis.

RME domine domine obseruanme. Salutem et seruiciorum meorum comendacionē. De reditu domini Laski, de pace perpetua per eum apud Imperatorem facta, de profligacione copiarum Andree Bathori, et ipso in Castrum Egeth incluso, non dubito vram D. aliunde eciam iam intellexisse, ego eciam Dni vre hec per dominum Thomam Capellanum meum nunciaueram, Audieramus tunc et illud, partem copiarum Petri Peremni ex Transiluania egredientis fuisse profligatam. Maylad dispensatorem olim dini Regis mei Ludouici in eo prelio interfectum, hec nnc quoqz confirmantur pro re certa, ipsum aut Petrum Peremnii non ausum amplius tentare fortunam ex Transiluania egrediendi, retrocessisse territum Exercitu Regio qui est in illis partibus prope ex VI Milibus Rascianorum conflatus eorum qui aliquando cum homine Nigro fuerant, nunc sunt sub Raduith, et eius sociis, Mti Regie fidelibus, preterea

D^o vra potuit intellexisse, fuisse congregatum non contemnendum Exercitum Ferdinandi Regis contra copias que erant sub ductu Castellani Castri Regii Vybrezek Simonis literati, inter quos debebat fieri conflictus, Nunc hac ipsa hora venit ad Mtem Regiam Nuncius non postreme condicionis homo Qui in prelio interfuit et omnia oculis vidit, Exercitum illum per meos esse penitus deletum Castra eciam in que post primam fugam confugerant Capta et direpta, omnes fere qui in Castris fuerunt occisos, Bombardas omnes et quidem pulchras acceptas, Exercitus iste erat conflatus ex copiis Pauli Strigomien, Thome Agrien, Thurzonis et Nadazdi Comitum...

D^o vra potuit intellexisse, fuisse congregatum non contemnendum Exercitum Ferdinandi Regis contra copias que erant sub ductu Castellani Castri Regii Vybrezek Simonis literati, inter quos debebat fieri conflictus, Nunc hac ipsa hora venit ad Mtem Regiam Nuncius non postreme condicionis homo Qui in prelio interfuit et omnia oculis vidit, Exercitum illum per meos esse penitus deletum Castra eciam in que post primam fugam confugerant Capta et direpta, omnes fere qui in Castris fuerunt occisos, Bombardas omnes et quidem pulchras acceptas, Exercitus iste erat conflatus ex copiis Pauli Strigomien, Thome Agrien, Thurzonis et Naderyspani et quorundam aliorum adverse partis Item Cassovien et aliarum Civitatum erant 12 m^c Lanzigerii Germani, ante prelium hortati sunt eos mei vt prelium omitteretur ne fieret tanti Christiani ac fraterni sanguinis efusio atque illos dicit iste Nuncius superbissime atque insolentissime respondisse Conviciis eciam et probris turpissimis additis hec volui. D. vre R ita vt accepi, esse nota. Que pro eo amore ac favore quo Sermum Regem meum prosequitur Scio quod super hiis ex corde letabitur cui servicia mea vnice comendo Que optime valeat ex Castro Tharnovien 28 Septembris Anno domini M^o. D. XXviii

Supervenit et alius Nuncius Ferdinandi homo Nahj, id affirmans

Venerunt litere domini Jacobi Thornalii in quibus scribit allatum esse ad se Transsiluania octingentos equites Petri Perinii debellatos

Capita Francisci Erdelii et illius Maylad de quo supra esse ablata

Propter occupationes coactus sum hec aliena manu scribere quare veniam peto

Allata sunt et alia noua, sed ista non audeo affirmare, versus partes Slauonie per copias Epi Zagrabien et fidelissimi omnium Vngarorum Joannis Banffy fri item nonnullorum Comitatuum qui simul pro Rege nostro conspirauerunt Copias Regis Bohemie esse profligatas

Petrus Tomiczki Eps Crac Vicecancell
Stefano Broderico Epo Sirmiensi

Rme in Chro Pater et domine frater et amice honoran fuit apud me is Capellanus D. Vre Rme et accurrate michi ea exposuit que ab illa in mandatis acceperat, gratissima equidem omnia et auditu iucundissima. Cui quid ego super ijs responderim ipsemet vicissim exponet D. Vre Rme. De Copiis Germanicis scripsit ad me D. Castellanus, et Capitaneus Posnanien Sexta die mensis presentis illos mouere loco debuisse quod ita sit nec ne D. Vra istic nosse melius et certius potest, Quare et ego magnopere opto aliquid certi ea de re et illa cognoscere Valeat optime D. Vra et sit diu felix et incolumis meque habeat sibi charum et commendatum Datum Cracouie die nona Septembris Anno domini

Petrus Tomiczki Eps Crac Vicecancell Stefano Broderico Epo Sirmiensi.

RXME in Chro Pater et domine frater et amice charme
ac honoran Accepi binas eodem tempore D. vre
literas, vnas quidem mihi inscriptas alteras vero im
cum domino Castellano Cracouien. Et ex illis equidem
meis cognoui D. vram iam ante post reditum sui
ad se Capellani lras alias ad me dedisse quas ego
non accepi Quia tamen congião in illis D. vram,
quod et in istis facit, egisse michi gras ob pecuniam
et alia sibi a me missa vtrisque nunc simul respondeo
ita vt quod ea que hactenus liberalitatis officia
vtcumque exigua R. D. vre prestiterim, ab optimo
mea in illam animo et ab humana atque fraterna cha-
ritate fuerunt profecta, quibus etiam deinceps si
opus fuerit ita vti volo vt nichil illi in meo officio
et liberalitate desiderandum relinqui possit, liben-
ter enim ego me in his presto officiosum et beniuolum
que vel obseruantiam in Sermum Regem Joannem me-
am vel amorem in vos ceteros singularem, declara-
re et testari possent Quibus ego inuicem omnibus
presentem reditum in patriam faustum esse opto et feli-
cem simulque precor, vt et prospere pugnetur a parte
vra vbi fuerit opus, et Mtas sua ita regno potiatur
vt et vos voti vri et amissarum fortunarum compotes
esse possitis Valeat felix et optime incolumis D. vra
Rma meque et seruitutem meam item fidem et obseruan-

tiam Ser^mo Regi suo commendet. Coeteris autem Co:
mitibus et Consiliariis sue Mtis Salutem dicat et
beniuolentiam atqz amorem fraternum declaret Dat

Sigismundo primo regi Polonie
Petrus Tomiczki Eps Vicecancell

SACRA Regia Mtas et domine, domine clementissime
Post humilem seruitutis et orationum mearum co:
mendationem. Cum hac iter faceret Dominus Fra:
ciscus Sermi Regis Joannis Secretarius Exposuit
mihi se missum a Mte domini sui, et recta istuc
ad Mtem vram proficisci, puto vt discessum eiusd
Sermi Regis sui ex Regno Mtis vre declaret, et no:
mine sue Mtis dominum Laski in iis que aduersus
Mtem vram perpetrauit, excuset et defendat. Quat
res cum ille aget apud Mtem vram, plurimum illi pro
suplico vt illum clementer et benigne audire dignetur.
vt in hac nouissima abeuntis Regis sui Joannis le:
gatione, concipi et agnosci posset aliqua Mtis vre
in illius miseram et afflictam fortunam misericordia,
et pietas atqui etiam multum ad liberalitatem Mtis
vre et grati animi magnitudinem arbitror pertinere
vt per eundem Nunctium munusculo aliquot quadra:
genarum ex Sabellinis pellibus Regem Joannem
ita iam peregre abeuntem Mtas vra sibi conciliare
dignetur, atqz probabilibus aliquibus et legitimis
rationibus hoc apud illum excusare quod hospitalitem
aliam cum hic esset Mtas vra illi declarare no potue:
rit Namqz ego multorum litteris et nunctiis certior sum
factus, magnam illum acerbitatem et dolorem animi

ex eo contraxisse quod per id tempus quo hic exulabat nullam significationem hospitalitatis à Mte Vrã acceperit Quem quidem dolorem repetitis querelis crebro iterat et renouat Regni vero recuperãdi spem indubitatam omnes qui eum comitantur illi afferunt et ad nos hic assidue nunciant, causas et argumenta ad opinionem suam probabilia subijciẽtes Quę eadem cum ego ex multorum lr̃is Mtem vrãm didicisse et perspexisse confido, adduci vt dubitem non possum Mtem vrãm ita sapienter ad hęc se accommodaturam esse, vt et nunc et in posterum eundem Regem Joannem amicum sibi Regnoqꝫ suo habere possit.

Doctor Rzeczicha penitenciarius nouiter in Vrbe Roma factus per multos hic dies reditum Mtis vrę in Regnum operiebatur, immortales illi grãs agere, vnaqꝫ et seruitutem suam offerre atqꝫ deuouere cupiens, pro hoc penitenciario ornamento ex authoritate et comendacione Mtis vrę Serme sibi quesito. Quia tamen aduentum huc Mtis vrę in longum adhuc produci videbat, et fortasse magis quã venia ad absentandum sibi data se pati posset abesse

Redire iam ad munus et officium suum decreuit Cui cum ego nonnullas comẽndaticias Mtis vrę lr̃as ad Summũ Pontificem et Rmum D. Cardinalem fore putabam necessarias, conscripsi illas easqꝫ nunc ad Mtem vrãm mitto atqꝫ illi supplico vt eas subscribere dignetur Namqꝫ ex re et comodo prenominato penitenciario esset vt quam primum hę lr̃e ad me huc remitterentur, Hac cam quidem Mtis vrę grãs

et singularem beneficentiam ille diligentissimis officiis et servitute fide etiam et integritate sua promereri studebit ego vero ita illum in hoc dirigam et compa:rabo ut et charum et utilem Mti Vre servitute sua se prestare possit Cui ego me et servitutem meam iterum atque iterum commendo optoque ut et felicissima sit Mtas Vra Serma citoque ad nos cum liberis et Serma Coniuge sua sospes et incolumis revertatur Dat

Petrus Tomiczki Eps Cracovien Broderico Episcopo Sirmiensi

R[ever]e Me domine frater et amice charissime ac honorande D[omin]us Thomas D. Vre Rme Capellanus diligenter mi omnia exposuit que a D. Vra Rma in mandatis acceperat Que quidem mihi auditu fuerunt iucun:dissima uti et cetera semper alia que in rem Sermi domini Regis Joannis dicuntur gratissima et iucun:da esse consueuerunt faxit omnipotens deus ut ea omnia in quibus spem et expectacionem suam fixit Mtas sua felices sortiantur et habeant exitus hoc enim mihi et illius Mtis et D. Vrarum que cum illa periclitantur causa optacius et magis gratum vel iucundum nichil accidere posset.

Quod autem scripsit dominacio Vra Rma ut illi monete Crucifere vel que in Pannonia in usu habe:rentur florenos centum mitterem equidem habere hic aliam monetam preter nostram non potui Ex qua centum florenos nostrates permutari feci in Septu:aginta aureos Pannonias Quos D. Vre gratissimo animo mitto Et preterea pellem Sobellinam de qua

michi dominus Thomas dixerat et quam ego ad usum
meum selectam habueram Equos etiam quos habere
a me optabat in Radlow misi quos illic cum fuerit
opus D°. vra R ma accipi faciet que omnia D°.
vra R ma eo animo quo a me dantur accipiat Nepe
liberali et grato Etenim uti sepe pollicitus sum ego
etiam nunc id pre me fero ut in ea fortuna et eges:
tate D. vre quantum in me est non deseratur Cu:
ius beneuolencie et amori fraterno me plurimum
commendo Quamque felicem esse et incolumem vehe:
menter desidero Datum Cracouie die Sancti Mi:
chaelis Anno domini

Responsum a Sigismundo Rege Polonie
datum Oratori Joannis Regis Ungarie
in Secreta audien Vilne.

Ad ea que priori die V. R. D. nomine Serenissimi Principis
sui coram exposuit Sacra Maiestas Regia ita V. D. res
pondere mandauit

Atque inprimis quod pecijstis nomine Serenissimi Principis
vri, ut Maiestas vra pactorum et foederum communium
et priuatorum quibus iam olim subscripsit memor Se:
renissimo Regi vro suppetias nunc in ea ipsius neces:
sitate ferat, vel eo milite et Exercitu quem ad pre:
sidia Russie, solutum, nunc autem sub hoc tempus
brume non necessarium habet.

De federibus iam olim pluries, et vere et sufficienter
responsum est, per Oratores quos Serenissimus Rex vester

ad Mtem suam aliquotiens miserat, de quo nunc repetere su:
peruacaneum esset.

Milites autem ex terris Russie, iam sunt ad propria dimissi,
quos etiam, cum in publico Stipendio Regni militent, non li:
ceret Mti Regie, absqz regnicolarum consilio, ad alium vsu
preter designatum dirigere

Quod autem attinet Inducias cum Thurco, quas dominus Laski,
iussu Sermi Regis Joannis confecit, agit quidem Mtas Re:
gia gratias Sermo Regi vro, q in tractatibus cum Turco
rationem habuerit vicinorum Regnorum et Dominioru
Mtis Regie, Sed Mtas Regia miratur vehementer, q, cu
Sermus Rex Joannes aliquid huiusmodi, vel maius etia
tractare cum Thurcis instituisset, nullam hac de re prius
significationem Mti Regie fecerit, neqz consilia sua de hoc
instituto suo Mti Regie antea comunicare voluerit, cu
itaqz Mtas Regia publico sui consilii decreto nunctium su:
um ad Thurcam miserit, de hiis que illic D. Laski agere
debuit ignara, vsqz hactenus certior facta sit Mtas regia
quid ibi nunctius suus effecerit et ista federa que D. Las:
ki, inscia Mte Regia confecit, pertineet ad Regnum et
Dominia Mtis Regie que hic non habet Primores regni
sui, sine quorum consilio in similibus nichil agere consue:
uit. Sed cum proximo instituerit Conuentum Regni, vbi
de hac ipsa re conferet, cum Senatu suo et tum deinde id
quod ex re et vsu Dominiorum suorum videbitur, signi:
ficabit Sermo Regi vro

Excusationem, quam de hostilitate et belli denunctiacione per
D. Laski Sermo Regi Ferdinando facta, coram exposuistis

Mtas regia bene intellexit, et scit morem hunc militacium esse vt prius se hostes declarent, qm bellum inferant, sed miratur q D. Laski existens subditus officialis et Consiliarius Mtis regie eum animum sibi insumpserit, belli videlicet denunchiandi cum Thurcis et infidelibus gentibus Chriano Principi, non impetrata prius licentia, mo absqz scientia et voluntate Mtis Regie

Mariemburgi Prefecturam contulerat quidem Mtas regia domino Laski quam vt paululum expectasset, minuxe… Sed ille obtenta venia Laurctum proficiscendi, hactenus absqz scientia Mtis regie per orbem discurrit, et Mtas regia, vt solet servitores et subditos suos, Arcibus et aliis locis, secundum merita illorum et placitum suum preficere, Ita eciam illos, dum lubet, et videtur ab ipsis Prefecturis amouere, et potest, et solet, idqz esse in mero beneplacito Mtis sue, vt si velit iuste et possit hodie sic concessum, eras adimere, Neqz enim similia officia et prefecture diutius, qm sit voluntas Mtis sue conceduntur sibi itaqz imputet D. Laski si non curauit, et rebus se noluit seruare secundis

Sermam Heduigim filiam Mtis Regie charmam et Sermi Regis Joannis Neptem, ambiunt quidem nonnulli Principes in Coniugium, de cuius Connubio, quod Sermus Rex vr, vti Auunculus beneficentissimus se curare et consulere velle offert, gratissimum est Regie, que cupit et rogat, vt quod facturus sit illius Mtas cito facere velit, Nam cum iam ætate nubilis sit ipsa puella, nollet Mtas Regia moram vllam facere, modo aliqua honesta

et decens conditio se obtulerit, quam tamen non negligeret,
utis sua significare Sermo Regi nro. Cuius autem iterum ro:
gat ut tempori negotio huic prospicere dignetur, memineritque
mercem hanc diuturnitate temporis vilescere.

Sigismundus primus Rex Polonie
Petro Tomiczki Epo. Crac. Vicecancell.
Christofero de Ssidlovec Castel. Cancell.
Nico de Schidlovecz Castel. Thesaurario
Regni Polonie.

RRme et Mgci syncere nobis dilecti. Orator SERmi Vn:
garie Regis inter multa que nobis nomine Principis sui
exposuit, hec fuerunt maiora, et pro quibus vehementer in:
stabat imprimis ut gentes quas ex Germania et Bohemia
ad stipendium Principis sui ante festum Ascensionis domini
venturas dicit, Posnanie aut in alio illic vicino loco, in Re:
gno nro. conscribere, illisque quando iam delectus fieret, li:
berum per Dominia nra. transitum concedamus et permittamus.

Quod etiam Sermo. Regi suo viginti quinque millia florenorum
mutuo daremus et Tormenta bellica XX vel comoda:
to vel dono tribueremus. Artifices insuper officine nre.
monetarie libere permitti et proficisci ad eum iubeamus,
Domino quoque Statilio Saluum Conductum per Dominia nra.
Rhanum et inde per Maria in Franciam eundi conceda:
mus, et preter hoc unum, de omnibus nos bonis rationibus
excusauimus, et scripsimus mox domino Castellano Posnani:
en. ut aduertat et omnino curet, ne alique gentes in Po:
lonia Maiori vel conscribantur vel congregentur, et ubi
quid tale persentiret, nos quam citissime redderet certiores.
Noluit quidem acquiescere ipse Orator rationibus nris. et

identidem seriem literarum vrarum quarum exemplum quod ab illo habuimus, vris S. mittimus obiiciebat, nobis tamen sentencia non amplius irritare crabrones, et experiri vel tentare pocius fortunam, que iam semel aduersam se exhibuit huic Regi, et presertim quia ipse Or nobis pro re certa retulit Turcas venturos, vel iam esse paratos in Nandoralba, adferendas suppecias Regi suo. Unde si nos q̃ accederemus cum auxiliis vris, exponeremus nos manifestis odiis omnium Principum Chrianorum, et cavillis hominum qui facile crederent nos cum Thurcis expacto invadere Chrianos, quod nomini nro hactenus illibate seruato non mediocriter officeret. Et in hanc sentenciam absoluemus peticiones Regis istius et ostendere curabimus non artari nos lris vris quas tantum nobis exprobrare videntur

Et quoniam idem Orator dicat Regem suum pocius vitam ammittere q̃ se Regno Ungarie abdicare, Quod ubi ita animum suum firmauerit, non putamus etiam necessarium et honestum, vt Nuncius nr cum alio q̃ Rege quicq̃ agat de ipsa concordia super quo significabunt vre Stes quando presertim ex nuncio alio nro qui ad Serenissimum Regem Joannem prout Petrconie constitueramus profectus est, vel proficiscetur, intelligent vre S. ipsum Regem in tali proposito et voluntate persistere Valeant feliciter vre S. Dat Vilne xiiii May M° D XXviii

Petrus Tomiczki Eps Crac Et Regni Polonie Vicecancellarius

Ioanni Choienski Archidiac° Crac Et Regio Secretario.

Venerabilis domine frater in Chro charme. Tarde nimis absoluuntur Cubicularii Regii per dominos qui Cracouie nunc morantur Quare si tardius isthuc redeant quam forte optaret regia Mtas et publica necessitas exposceret id non fit nra culpa. Nos enim nullu eorum vltra medium diem diem apud nos retinemus

Constans fama habet Thurcos cum valida manu ad Regnum Vngarie aduentare aut iam aduenisse. Sermus autem Rex Joannes fertur distribuere pecuniam Aulicis suis soluere debita in Tharnow contracta atque ita se comparare et instruere vt cito inde abire possit De suppecijs vero Germanicis in quibus ille non parum spei sue collocabat hactenus nihil auditur

Nondum rediit ex Praga dominus Petrus Opalenski Que autem animum habeat Sermus Rex Ferdinandus ad concordiam et pacem cum aduersario suo ineundam et regnum Vngarie a Turcis defendendum ex illius Oratore qui istuc ad Regiam Mtem profectus est plene cognoscetis

Egritudo mea iam nos plane dimisit sumusque quoad cetera

membra dei benignitate plene restituti, nisi quod pedes
adhuc ex descensu leni humorum laborant, Sed et eos
tamen breui in pristinum statum reduci speramus, idq
nunc damus operam, vos autem optamus bene et felici-
ter valere Dat in Kielcze

Petrus Tomiczki Eps Cracovien Vicecancell
Antonio Rinconi Regis Gallie Oratori
Stefano Broderico Epo Sirmiensi: etc

Spectabilis ac Magnifice Rx meq in Chro Pater domini et
amici honorandissimi, Magnam mihi attulerunt voluptatem
et gaudium littere D. vrarum, quas ad me cum exemplo
literarum Sermi Regis sui miserunt, cognoui enim ex illis
Mtem suam secunda fortuna in omnibus rebus vti, Quam
ego vt antea semper Mti sue ex animo cupiebam ita nunc
propiciam et prosperam factam sincerius qz possum faueo,
dominumqz deum oro vt Mtas sua indies magis ac magis
spe bona et victoriis illustribus cumulet, que et Mtem
suam authoritate et splendore et rem communem Christi-
anam comodo et dignitate, vel augere vel subleuare pos-
sint, Verum illud quod de Turcorum aduentu erat il-
lic adscriptum Ferdinandini non credunt, hodie enim Bu-
da à Carolo Mercatore Crac ad dominum Castellanum
Crac sunt allate lre quibus scribit illic de Turcis quod
veniant nihil afferri Quod vtcumqz sit ego certe multum
gratulor Mti sue quod Petrum Perenium inimicum suum
ceperit, quodqz reliquis belli successibus optimis fruatur
D. autem vris magnas habeo et ago gras quod me tanti
gaudii sui fecerit participem, maiores autem agam si deinceps

id quod prosperum de rebus Serm̄i Regis sui audierint meam comunicare non pretermittent, Interea me illarum beniuolencie et amori fraterno comendo easqꝫ felicissimas esse et optime incolumes vehementer desidero Dat

Petrus Tomiczki eps Crac. Vicecancellarius
Constantino duci de Ostrog Palat° Trocen̄ exercituū Litua° Capit° gnali
Alberto Gastoldt Palatino Vilnensi. Cancellario Lituanie
Georgio Radiuilo Castellano Vilnensi
Stanislao Capit° Samogitie

Mce domine, amice charme ac honoran, dolenti ac molesto animo accepi Mtem Regiam aduersa valetudine esse correptam Que licet minime periculosa sit volui tamen pro debito meo hoc meo nuncio visere Mtem suam et ingentem animi mei dolorem quem ex illius egritudine concepi illi declarare vram etiam M. hiis meis lris viso et rogo illam plurimum, velit me et de Mtis regie et de sua bona valetudine per eum ipsum meum nunctium facere certiorem

Nouarum rerum nihil est in presens apud nos Rex Joannes concessit ad Regnum suum Vngarie vbi dicitur a suis honorifice esse susceptus id quod ipse etiam suis lris testatur et scribit magnam quotidie confluere ad se hominum multitudinem Scribit preterea rebus suis ita exigentibus vltra Liciam flumen conferre se velle, et cum Copiis Turcarum sibi confederatis et amicis se iam iunxisse commendo me ex animo vre M. Quam dominus deus ad suis omnibus seruet qꝫ diutissime sospitem et felicem Dat in Kielce die Conceptionis Sancte Marie domine vre Anno domini etc

Ioannes Rex Vngarie

Petro Tomiczki epo Cracouien Vicecancell°

R.me in Chro Pater amice noster char.me Scripseramus his diebus ad dominos Bohemos, Moravos, Slesitas, et Lusicianos offeren nos pro pace eis ab Imperatore Turcarum si vellent impetranda admonen eos id quod res se habet difficillimum esse, et quasi impossibile rebus presertim Christianis ita turbatis, armis cum eo contendere à quibus quidem nullum habuimus responsum, id tamen ex eo credimus evenisse, q tirannide adversarii nri oppressi ne respondere quidem ad lras nras sunt ausi, Nos nihilominus egeramus apud Imperatorem pro hoc habuimusqz illius optatum responsum sicuti vra D° ex hoc articulo ex lris à continuo Ore nro apud Impatorem, non parue authoritatis homine ad nos missis, de verbo ad verbum excerpto intelliget. Articulus est in hec verba

Feci intelligere prefatum Mgcum Bassam si contentaretur Caesarea Mtas q tractaretur pax cum Bohemis, Slesitis, Moravis, et Lusacianis tanqz cum subditis vre Serme Mtis à quo michi est responsum vt debeam scribere vre Mti certificando vram Sermam Mtem q omnes illi qui erunt subditi vel amici illius erunt similiter Caesaree Mtis, Ideo quo ad hoc vra Mtas dirigat rem sicut melius videbitur.

Ex quo D° vra intelligere potest eis paratam esse pacem cum Imperatore de quo nos eos admonebimus, duximus tamen hoc

vrē etiam D. perscribendum, testatum facere volen, apud ve:
stram D. nos nihil obmittere quod non solum ad Regni nri
Ungarie, sed eciam ad aliarum Prouinciarum tam potenti Pri:
cipi vicinarum Salutem pertineat, si hoc beneficio meo vti,
et rebus suis in tempore prospicere neglexerint, si quid da:
mni de infuturum paciantur non erit nra culpa, Vram
D. bene ac feliciter valere optamus cui nos vti amico cha:
rissimo commendamus Ex oppido Striso, in festo Sanctarum
vndecim millium virginum Anno domini Millesimo
Quingentesimo Vigesimo octauo REgnorum nrorum
Anno secundo

Stefanus Brodericus Eps Sirmien
Andree de Tanczin Palat° Cracouien
Chelmen. Belsen. Ratnen. Crasnostauen.
Capitaneo.

MAgce domine domine michi obseruanme Salutem et serui:
ciorum meorum commendacionē, Nihil mihi ab eo tempore
quo in Polonia sum acerbius accidit, qz q negata sit mihi ne:
scio quo meo malo fato, contrahende cum Vra M. maioris
notitie occasio, cuius rei consequende licet fuerim, et Pere:
omie et postea cupidissimus, tamen compos esse non potui.
Quod nunc est negatum, fortasse adhuc dabitur. interim
rogo D. Vram M. dignetur me in numerum aliorum
suorum reponere et obsequiis meis, que illi cupio esse dicata
pro animi sui libito vti, Noua non sunt alia nisi que Dom
Vram iam intellexisse arbitror, primum de Andrea Bato:
ri apud Bathor, postea de Stephano Rhewai generali Re:
gis Bohemie Capitaneo apud Patak per meos profligato,
Nouissime Petrus Perini cum Valentino Therek a Ra:
scianis meis fede discedere sunt coacti, alle in Soklios hic
Budam, Nos recta in Regnum Vngarie intramus. Intelli:
gimus Regem Bohemie indixisse Dietam Posonium pro festo

Sancti Martini, sed quomodo nunc se habent negocia, nisi deus velit facere miraculum aliquod a multis seculis inauditum frustra omnia cadent quecumque ille molitur, V(est)re M(aiesta)ti seruitia mea plurimum commendo et R(everendissi)mus dominus meus Colocen(sis) comendat, et eam cupimus optime valere. ex Stryso 22a Octobris Anno d(omi)ni M°. D. XXviii.

Stefanus Brodericus E(pisco)ps Sirmien(sis) Petro Tomicio E(pisco)po Cracouiensi et Vicecancell(ari)o.

R(everendissi)me domine, domine obseruan(dissi)me. Salutem et seruiciorum comendacionem. Rediit cursus dominus Thomas cum optatissimo et humanissimo v(est)re D. R(everendissi)me ad optata mea responso, Deus faxit ut possim hoc quoque inter alia benefacta v(est)re D. R(everendissi)me eidem reseruire, Quod totis viribus dum viuam facere conabor, De publicis negotiis nescio quid aliud scribere quam quod et scripsi iam sepe et nunciaui satis aperte, videor michi plane videre, quorsum ista tendant, utinam autem optatum et Reipublice chr(ist)iane utilem finem sorciantur.

DE M(aies)te Regia intelligo que v(est)ra D(ominati)o nunciat, que me presente ita ut nunciata sunt, retulit dominus Thomas sue M(aiesta)ti grato animo accepit sua M(aies)tas, scit sua M(aies)tas verum esse illud, Res est soliciti ~~plena~~ plena timoris amor, videt ista procedere ex singulari amore v(est)re D. R(everendissi)me erga se, Sed mi R(everendissi)me domine necesse esset nos illa occulta apertius intelligere, itaque rogo V. D(ominatio)nem velit nobis aliquid apertius significare, Quod facere poterit secure per has notulas occultiores quas ad D. V(est)ram mitto, hanc solam ob causam ~~D~~ D(ominati)o v(est)ra R(everendissi)ma dignabitur habere excusatam Regiam M(aiesta)tem si despata

iam penitus omni cum aduersario tolerabilioris concor:
die ratione, cogetur Regnum iniuste occupatum, illis
modis quibus poterit recuperare, de quo quid ego sentia
Mtas sua nouit Et vra eciam D. Rma ex hiis que
toties cum ea loquutus sum, suspicari potest, sed meum
sentire vel eciam prohibere, nescio si tantum pondera:
bit vt ille malit vitam miseram ac turpem perpetuo in exi:
lio agere quam in Regno nobilissimo atque opulentissimo ad:
iutus opera eorum qui sunt ei ad nutum regnare. D. vra
Rma scio quod intelligit hec omnia que scribo Et ex illis
que ex Striso ad vram D. 21 huius mensis sunt scrip:
te potuit funditus omnia intelligere.

Homonnam

Nos hodie idest 28 huius mensis venimus huc ad homone
salui et incolumes Quo nunciantur nobis omnia pros:
pera ex omni parte. Non possumus intelligere hostes ha:
bere aliquas copias in vlla regni parte, nisi non longe a
Vienna ii milia equitum et peditum, ea eciam male solu:
ta. Regie autem Mti postquam ad hoc ventum est, non dee:
runt multa milia et equitum et peditum quibus facile
possit esse hoste superior ne in nemore Pelio quod veteri ‡ Sed vtinam
prouerbio dicebatur. hec que scribo ad vram R. D. rem
scribo similiter ad prefatum Illustrem dominum meum dnm
Castellanum Et cum hiis seruicia, vre Rme D. mi et eide
domino meo dno Castellano vnice comendat et Rmus
D. meus dominus Colocen comendat Que optime valeat
ex Homona 28 Octobris Anno dni Mo D. XXviiio

Sigismundo Regi Poloniae

Petrus Tomiczki Eps Cracovien & Regni Poloe Vicecancells

SAcra Regia Mtas et domine domine clementissime. Post humilem servitutis et orationum meorum comendacionem. Quoniam instat tempus Sancti Michaelis, quo ad reformationem Jurium, ex publico Conuentus Piotrkouiensis preteriti decreto, hij qui sunt deputati, Piotrcouie conuenire debent, et D. Castellanus Lublinen, qui ex eorum numero est, nunc absit videbatur mihi operepreciuum Mtem vram de hac re tempori admonere, vt in locum eius, alium Mtas vra substituere dignaretur. Mea autem sententia et Domini Castellani Crac adhoc munus videretur magnopere oportunus et aptus, dominus Petrus Firley Castellanus Chelmen, de quo eciam Mtas vra Judicium suum adhibere, et si idoneus fuerit visus, per lras suas id ei declarare facere dignabitur. Sed et ad Pallatinos iam etiam tempus esset lras dare, vt de suis Palatinatibus mittant eos, qui ad reformanda et corrigenda eadem ipsa Jura dudum sunt deputati. Opus est preterea admonere dominum Palatinum Sandomirien, quem adhoc munus in locum domini Palatini Crac Mtas vra surrogauit, et similiter dominum Palatinum Junowladislauien, et dominum Castellanum Plocen, vt ad diem Sancti Michaelis proximum in Piotrcow se sistant, et munus sibi iniunctum obeat, Ne quod ad implenda decreta publica pertineat, a Mte vra neglectum esse videatur. Quare cum tempus et racio eius rei ita postulant, Mtem vram enixe rogo, vt et

literas ad illos scribi et viaticu illis dari faciant. Na
ita et reipublice decretis, et offitio suo Mtas Vra satisfe:
cisse iudicari poterit, et ego admonitione mea videbor
mihi presto adfuisse Mti Vre Serme, Cui me servituteq
meam rursus suppliciter comendo et magnopere opto vt
Mtas Vra sit felicissima et quadintissime, incolumis cu
omnibus liberis et Coniuge sua Serma Dat

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell
Chrofero de Schidlowec Castello et Capito
Cracouien. R. P. Cancellario.

Magce domine domine et amice honoranme. Scripsit
mihi dominus Andreas de Tenczin Palatinus Sando:
mirien quod accinxerit se iam ad proficiscendum in Pio:
trcow et obeundum munus reformandoru Iurium sibi de:
mandatum. Quia vero intellexit reliquos ad hoc ipsum mu:
nus designatos, nondum illuc conuenisse, et aliquos qui ia
ibi conuenerant, inde discessisse, petit informari a me
quid facere debeat, timens ne frustra operam et impen:
sam impendat. Ego qui sciam nonnullos reformatores Iu:
rium presertim ex maiori Polonia qui Piotrcouiam paulo:
ante conuenerant iam inde discessisse, et alios nolle illuc se
conferre, nisi viatico prouideantur, quod propter absencia
domini Thesaurarii regni in promptu non est. rescripsi
illi vt cum tamdiu venire tardauerit, et alii eius Col:
lege non adsint, non festinaret nec in Piotrcow, sed
curaret venire ad Conuentus Opathouien et Noue
Ciuitatis Corczin vbi capto mutuo consilio nobiscu,
faceret tandem quod tempus et res postulare videbi:
tur. Non video enim quod eius tam tarda profectio
presertim cum alii eius College presto non sint aliquid

comodi rei publice afferre possit

Ago et habeo magnas gratias vrẽ. D. quod de rebus novis que ad eum perferuntur, non gravetur me facere certiorem. Quod illius erga me officium mereri studebo omni studio et facultate mea

Expectabimus certam significationem ex Lithuania de adventu ad nos Regie Mtis et in Conventibus Proscheviensis et Nove Civitatis deo bene volente De rebus necessariis mutuo colloquemur et consilium capiemus Interim vero commendo me ex animo vrẽ M. et eam cum suis omnibus felicissime valere desidero Dat. in Kielce

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell. Petro Firley de Dambrowicza Castellano Chelmensi.

Generose domine, amice charme. Optime fecit vrã D. quod ad mandatum Regie Mtis etiam nullo viatico provisa se isthuc contulerit, volens obire munus corrigendorum Iurium sibi iniunctum, si alii ad id deputati etiam convenissent. Quam vrẽ. D. erga Mtem regiam et rempublicam propensionem et observanciam volumus suo tempore diligenter Mti sue comendare et curare ut is sumptus quem in hoc itinere fecit vrã. D. de publica pecunia illi resarciatur, plurimum autem miramur quod neminem istic offenderit vrã. D. qui ad corrigẽda

Iura de omnibus Pallatinatibus et terris sunt designati
nam ante aliquot dies fuerunt istic sex qui miserant ad
nos declarantes se istuc conuenisse et cum alii non adesset
postulantes a nobis vt illis quid facere in eo casu debe:
rent consuleremus. Nos vero certo nobis persuadentes
quod ad omnes date sunt lr͞e regie postulauimus ab eis
vt parumper expectarent, quoad alii presertim vero ma:
iores aduenirent Quia igitur et illi non expectarut
nec consilio n͞ro acquieuerunt, imo omnes istinc abie:
runt non videtur nobis consultum vt v͞ra D. sola
que sine aliis nihil non solum perficere sed ne inchoare
quidem posset durare et manere istic deberet, nisi certo
sciret alios quoque suos collegas mox istuc esse venturos
valeat et sit felix v͞ra D. Dat

Petrus Tomiczki Ep͞s Vicecancellarius
Petro Phirley de Dambrowicza Ca:
stellano Chelmensi

Generose domine, amice char^me. Cum alii domini
College v͞re D. ad corrigenda Iura et Statuta regni
designati non conuenerunt in Piotrkow bene fecit v͞ra
D. quod non fecerit illic sumptum inutilem Quod autē
attinet ad dominum Palatinum Sandomirien, habuimus
non pridem ab eo lr͞as quibus significat paratum se qui:
dem iam esse ad obeundum munus sibi iniunctu verum
non libenter velle se absque aliis suis Collegis in Piotrkow
proficisci, quos intellexit illuc nondum conuenisse. Quia
vero speramus illum futurum in Conuentu Opathowien
et Noue Ciuitatis Corczin vbi nos quoque aderimus si

cognouerimus quod in hac Iurium reformatione possit aliquid fieri et constitui ante generalem Varschouien Conuentum, Sique intellexerimus quod homines ad hoc munus deputati in Palatinatibus Regni, velint conuenire ad locum illis deputatum, curabimus vt vel ipse D. Pallatinus Sandomirien, vel nos faciamus vos certiores si redire debeatis ad prosequendum hoc ipsum munus corrigendorum Iurium, nec ne, felicissime valeat vra D. Dat in Kielce sabato proximo an festum Sancti Andree Apostolis Anno domini

Andreas Cricius Eps Plocen
Petro Tomicio Epo Cracouiensi
Regni Polonie Vicecancellarios

Rx Me in Chro Pater et domine mi colendissime Mitto hunc puerum meum ad inuisendam D. vram Rx mam quam pluximum rogo vt de suo Statu et valetudine me certiorem facere dignetur, perferuntur enim huc rumores non satis boni cum de pestilencia Cracouie, et circacirca inualescente, tum etiam quiddam de veneficii suspicione que omnia me non parum multum conturbant. Caeterum quia significatum est mihi ex Aula regia Conuentum generalem futurum Varschouie, iubere dignetur vra Rx ma. Do quid hic prose ordinari velit, nonsecus quam in bonis propriis. Nobilem istum, cui olim dominus Zaboczki penitenciarius locauerat prouentus Canonicatus sui Plocen, neque inuenire, neque rescire a me potest, opus est vt exequutores nomen eius mihi perscribant, in qua re impendam libens omnem meam operam et diligenciam De anno gratie admonebo etiam modernum possessorem

cumprimum illum videro, sed fortassis excusabit se lite quã habet pro ipsa prebenda cum Kathkowski est autem is fr̃ germanus domini Adriani Capitanei Varschouien̄ homo cordatus, et litigator non ignavus, cui ego prebendam ipsam de consilio Iurisperitorum meorum contuli, quãdo propebiennium vacauit, et nemo hactenus cum iure suo circa Ecclesiam meam comparuit, et dicebatur illam Germanus quidam post defunctum dominum Zamboczki impetrasse, et post cladem Romam in reditu ad patriam obiisse. neq̃ hactenus aliquid aliud comperti habemus, nisi q̃ dominus Scholasticus Cracouien̄ mihi scripsit Kathkowski Ius illius apud Schucz acquisiuisse, Qui cum sit seruitor vr̃e Rm̃e D. fauerem ei ego hoc Sacerdotium libens, sed profecto habebit magnas difficultates, ante quam litibus illud euoluat, nam et aduersarius eius quedam iampridem apud Sedem Apostolicam pro roborando iure suo obtinuit, verum induxi eum ad hoc, vt simpliciter traderet hanc causam suam in manus D. vr̃e Rm̃e, vt illa vel inter eos componere, vel iuste decernere dignaretur, alioquin iam ad vrbem accinctus erat Dignabitur itaq̃ mihi vr̃a Rm̃a Dᵒ. animum suum in hac re declarare Cæterum rogo plurimum eandem Rm̃am D. vr̃am, vt siquid de rebus Ungaricis et aliis noui habeat, mi impartiri dignetur Cuius bone gratie me etiam atq̃ etiã humiliter commendo Ex oppido meo Vischkow die xxiiii Octobris Anno Mᵒ. Dᵒ. XXviii

Petrus Tomiczki Eps Cracovien[sis]
Joanni Choienski Archidiac[ono] Crac[oviensi]

Venerabiles domini. Argumentum et ordo literarum Conventualium quas huc misistis bene nobis placet. Nam et temporum in illis et personarum uti vos admoneramus rectum videmini seruasse rationem. De illis etiam que ad Ducatum Masovie et terras Prussie pertinebant tametsi nos per oblivionem nihil vobis scripseramus eque bene credimus evenisse pro industria benevolenciaque v[est]ra.

Caeterum quod ad Cathalogum nominum attinet equidem non est factum incuria vel negligencia v[est]ra q[uod] vobis integer ut oportuit non erat missus, sed q[uod] aberat tum a nobis Doctor m[eu]s Jacobus penes quem libri nominu[m] et eiusmodi annotacionum sunt relicti quare ea solum modo vobis miseramus que ex fragmentis amamensium meorum colligere potuimus.

Domini Archiepi[scop]i Consilium et persuasio, ne regia M[aies]tas ad nos veniat, magnam nobis admirationem attulit, cum per absenciam M[aies]tis sue nihil hic boni vel utile pro republica statui vel decerni possit. At nos putamus eum Nepotis sui, non comodi publici causa id agere, q[uod] eius audaciam et gravia in rempublicam admissa istu racione potissimum impunita se auferre posse intelligat. Nos pro prelate et officio in rempublicam m[e]o diversum suademus M[aies]ti sue uti ex l[ite]ris m[e]is ad M[aies]tem suam datis cognoscetis

Intellegimus etenim omnia que hic pro salute et utilitate re:
gni agi debent pntia et authoritate Mtis sue plurimum in:
digere.

Nescimus quid Mtas sua responsi fecerit domino Archiepo de
Michaele Paczanow, miramur tamen vehementer ita ani:
matum esse dominum Archiepm quod non vereatur a Mte
sua petere, quo et constitucionibus publicis plurimum
derogari, et sententia decretumque publice iam de hoc factum,
infringi possit. Nos profecto hactenus nulla iniuria a Mi:
chaele affecti sumus, cuperemus tamen ut illius nequitia
et contaminata scelere vita, ea qua dignus est severitate
et vindicta puniretur, et ut crimen falsi quo ad ignomi:
niam Poloni nominis Rome est notatus, et fraus perfi:
diaque capitalis in dominum Petrum Conarski Custo:
dem Ecclie nre Cracovien admissa, simul et nimia eius
insolencia, ac temeritas, qua ausus est evocare ad Sedem
Apostolicam nonnullos Sacerdotes, qui mandatis et litteris
Regiis prohibiti non reddiderunt proventus benefici:
orum suorum, non remaneant illi impunita. Crescit enim
apud nos indies magis improborum hominum audacia,
partim propter impunitatem, partim quod illi qui coercere
illos maxime deberent, sua authoritate et patrocinio
illis assistunt eorumque scelera et errata defendunt.

De Rege Joanne ea huc afferuntur dicunt eum Segedini
a Thurcarum Exercitu valido exceptum esse, preterea
dicunt multos ad illum confluere Ungarie Proceres.
fidemque illi obstringere suam/ Mea est hec sententia si
Germanorum copie de quibus haud varia iam fama est
quod veniant hoc mense auxilio illi non venerint, illum

in Castris vel in Arce aliqua Thurcarum hiberna acturum. Si venerint in expugnandis Ungarie oppidis ab adversario occupatis eciam summa hieme collocaturum esse operam

Armeni qui ex Leopoli advenerunt, narrare dicuntur dominum Castellanum Lublinen per multos iam dies Constantinopoli mala valetudine esse impeditum, que res non mediocriter perculit nobis animu, ne forte propterea negocium publicum cuius causa illuc est missus, uti expedit curare non possit. Nam si recte valuerit nichil dubitamus illum optata queqz afferre posse. quod faxit omnipotens deus, ut et bene valens et cum bono pacis authoramento redeat. Bene valete et si Mtas regia ventura sit ad futurum Regni Conventum aut non nobis tempori perscribatis

Petrus Tomiczki Eps Cracouien Vicecancell
Chrofero de Schidlovec Castello et Capitao
Crac. Regni Polonie Cancellario.

Magce domine domine et amice honorandme, Ingentes habeo Mgcie vre gracias quod literis quas Gerstorff ad me attulit, plurimam salutem mihi nunciat et cetera fausta omnia precatur. Quam ego Mgcie vre in me benivolentiam mutuis officiis et amore fraterno, referre illi et compensare diligenter studebo

Caeterum externarum rerum noviter allatarum seriem in lris Mgcie vre descriptam, grato et lubenti legi animo, non quod ea primu ipse ignorarem, sed quod maio:

ris ponderis ad fidem habendam esse existimo que alicui:
de alio allata lris Mgcie vre apud me confirmabitur.
Et equidem ea que de copiis Germanicis Mgcia vra
scribit non dissimili ratione mihi coram narrauit Au:
gustinus cum mihi huc aduentanti in Andrzeiow oc:
currisset. Sed et domini Castellani Posnanien ad me lre
quas heri accepi eadem ipsa mihi de hac re explicant.
Que res cum diuersis e partibus ita iam non varie
affertur fidem omnino mihi facit, quem tamen exitu
portendat prolixe et difficiles mihi adhuc coniecture et
diuinationis videtur.

Nonnulli qui ad reformanda corrigendaqz Iura Regni
Piotrkoniam conuenerunt, Nunctium ad me miserunt
cum literis, Consulunt quid agant, prestolentur ne reli:
quos, an et ipsi domum redeant, cum et venire illos du:
bitent multum, et sibi moram diuturnam presertim si
frustra fiat censeant esse et molestam et sumptuosam.
Ego vero qm existimo turpe esse vt id quod ad rempub:
licam adaugendam salubri consilio est repertum, in:
choatum relinquatur, adhortatus sum illos, et rogaui, vt
aliquantisper adhuc, si forte et celeri confluant mo:
rentur. Ad quos etiam ego meos Canonicos qui ex
iis sunt reformatorum numero qz primum mittere de:
creui tametsi nullo prouisos in sumptus faciendos via:
tico

Mgciam etiam vram rogo, vt cum comode poterit ad Dominu
Pallatinum Sandomirien scribat de ea re lras, et si qui:
bus preterea huc pertinentibus facile potest stimulum ad
munus suum prosequendum adjiciat. Quo et reipub:

prodesse multum et sue dignitatis officium sustinere pote:
rit vrā M. Cui ego summe annusq laudis gloriam et
diuturne vite amplitudinem et splendorem sine fuco et
ambicione fauco meq illius beneuolencie et amori fraterno
plurimum commendo, eamq cum suis omnibus valere feli:
cissime desidero Dat in Kielcze in vigilia Sancti
Martini Anno domini M° D XXviii

Sigismundo Regi Polonie Petrus eps Cracouien et Regni Polonie Vicecancell

SACRA Regia Mtas et domine domine clementissime.
Post humilem seruitutis et oracionum mearum comendacio:
nem. Suma ratione et prudentissimo consilio fecisse mihi vi:
detur Mtas vrā Serma quemadmodum et cetera solet oia
quod Comitiorum et Conuentus futuri diem atq locum co:
muni consiliariorum suorum consensu statuere et indice
velle non sit dedignata. Namq vel hoc solum tractatibus
et negociis publicis bene constituendis plurimum como:
ditatis et celeritatis afferre potest Ac me quidem ac:
ceptis Mtis vrē lris diu voluntatem animi quem locum
potissimum Conuentus celebrandi Mti vrē proponere
et suggerere debeam ratio ipsa in hanc duxit sentenciam
vt existimem Varschouiam esse pre ceteris capessendam
et illuc negociorum omnium congeriem conferendam, Nam
cum maneat adhuc inchoata et imperfecta Ducatus
Masouie cum regno coniunctio: Et Nuncii terrarum
Regni suspicionem mihi afferant, Nulli rei assentiri pri:
us in futuro Conuentu debere, quam ad equalia munia
reipublice prestanda illi quoq ex Masouia accedant vel
trahantur, comodissimum factu videri debet vt Var:
schonie coram et vna omnes istius rei curam suscipiat

et agant, Ita enim et occasionem optimam negotii atq perficiendi dedisse et intulisse Mtas Vra iudicari poterit, et tueri id atq à se depellere, quod multorum iniquissimis iam vocibus est in vulgus sparsum et disseminatum, Mtis scilicet Vrae nimia vel indulgentia et facilitate vel conniuentia accidere, quòd hactenus Masouiae Nobiles ad onera reipublicae communiter et equanimiter ferenda non fuerint adacti

Tempus autem conueniendi commodissimum mihi uideretur ad diem festum Sanctorum Trium Regum, Cum et ante illum diem maneret adhuc Mti Vrae oportunum spacium ad absoluenda istic in Ducatu Lithuaniae reipublicae negotia et decreta publica explicanda; Et post, sit futurum etiam non paucorum dierum interuallum, quibus ante veris initium necessitati reipublicae regni succurri et consuli possit

Et haec ego pro captu meo et fide qua summa in Mtem Vram et rempublicam teneor reperi tractandis rebus et negotiis publicis commodissima et idonea futura Quae eodem animo suscipere dignabitur Mtas Vra quo à me excogitata sunt et scripta, Ipsa vero pro summa sua sapientia et in rebus gerendis peritia Statuere et decernere dignabitur quidquid sibi suaeq reipublicae salubre ac frugiferum futurum existimabit, Namq omnia recte facta censebuntur quae ab authoritate Mtis Vrae prodibunt et descendent. Ego me seruitutemq meam iterum atq iterum in gratiam Mtis Vrae comendo Quam et feliciss[i]mam esse et optime cum Illmis suis liberis et Ser[ma] Coniuge incolumem vehementer desidero et opto Dat.

Petrus Tomiczki Eps Crac et
Regni Polonie Vicecancellarius
Ioanni Choienski Archidiac° Crac
Secretario regio.

Venerabilis domine, frater in Chro char.me Que fuerit sentencia nra de die et loco futuris Comitiis prestituendo ex lris quas ad Mtem regiam scripsimus, plenissime cognoscetis, et quod ad diem quidem attinet, bona ratione Sanctorum usq trium Regum proposuisse et designasse nobis videmur. Nam et Mtas Regia comodius res Lithuane reipublice, interea temporis componere poterit, et nos qui diem dictum negligere non solemus, minore sumptu et minore molestia eum ipsum diem obibimus et observabimus qm nris non longe sub natalem dni domini cum tempus indicatur, cum illud totum quod medium esse solet inter festa Natalis et diem Conventui dictum negligere et deserere pleriq soleant, nosq eorum adventum non sine molestia post ipsa usq festa prestolari soleamus.

Locum autem prout res Ducatus Masovie exigent, mutare Mti sue conveniet. Nam si forte Masovite per Mtem suam interea ad prestanda que debent aliquo pacto adduci possint, Piotrcovie locus esset Conventui celebrando magis idoneus, Sin minus autem illi reduci possint in ordinem, non potest sane quicq consultius esse ad omnia que tractari debent quam vt Varschoviam concedatur et conveniatur ab omnibus.

Caeterum quod a nobis edoceri postulatis in quam sentenciam lras Conventuales et Convocationis concipere d

ad quem inscribere debeatis, Nos quantum his lris prestari pt breuiter vobis exponemus. si hoc tamen primum vos monu: erimus, vt si diem vel locum mutari à Mté Regiâ aliter, quàm nos constituimus contigerit, ea etiam que ad rem nõ videbuntur accommodata ita vti conueniet ad tempus ali: ud et locum per vos adaptentur et sane in hunc modum scri: bendum videretur.

Quod cum superesse adhuc multa, sciat Mtas sua que re: ipublice causa proponi in mediam omniũ consultacionem denuo oporteat, et videat nondum perfectam esse fundo: rum et bonorum regni publice decretam existimacioné: item etiam q neq Iurium et constitucionũ publicarum sit adhuc reformatio absoluta, neq cum hoste Tartaro aliqd pactum, vel Inducie inite, necessarium visum est Mti sue vt hac hyeme instante Conuentum de more Regni in ali: quo loco publice ageret ibiq comuni omnium consensu que ad reipublice comodum et defensionem pertinere videbũ: tur sanciret et constitueret

Ad quam quidem rem cum et locus et tempus idoneum diutina meditacione quereret Mtas sua quasi medium omnium rerum que vrgent callem tenens Varschouiam locum et trium Regnum conuenientem diem fore arbitrata est. Quip: pe quod existimaret et eo presertim loco repugnantes et dissentientes adhuc Masouie Nobiles in consonam et vna: nimem cum regno obseruanciam adducere ab illo vsq tẽ: pore à negociis publicis Ducatus Lithuanie se posse esse liberam ad reuersionem

Quare hortatur Mtas sua vt ad Conuentum particularẽ

de more celebrandum in suo quiqz Territorio conueniant
vnde post modum Varschouiam vel vbi decretum erit pu:
blice consultationi accedant

Caetera si que erunt necessaria pro industria vrã vos vt
conuenict collocabitis, et si forte vos herere et addubita:
re in aliquo contigerit, dominum Camencecensem consu:
letis qui erat earum rerum quandoqz Scriba peritus

Mittimus autem vobis et nomina omniu per dignitates
et Districtus districta et dies indicendorum particular:
um Conuentuum in Calendario perscriptos, ex quibus
facile vos omnium literarum seriem concipere poteritis,
dumodo rationem loci et temporis vt Mtas sua inseruit
tenueritis, et hec nos vobis vt melius lris istis licebat
exposuimus, vos reliqua prudentia et sedulitate vrã
perficere curabitis /habemus vobis preām q miseritis no:
bis copiam literarum domini Archiepi in quibus nodo:
sam omnium rerum sentenciam exponit, et insinuus amba:
gesqz multas contortam orationem faciens suadet alia
alia item dissuadet Mti sue & ne tantum abest vt Ma:
iestatem suam complecti debere arbitremur vt etiamne
simplici et rerum humanaru paru perito cuiqz homini
id posse persuaderi existimemus

est supra fol

Caeterum Mtas sua pro sapienti suo consilio facile illa in:
uolnera potiusqz consilia agnoscere potest, Neqz dubita
mus Mtem suam cogitacionibus eiusmodi et rebus que
sibi inuicem non constant iniqua se et regnu suum esse
implicaturam

Fama ea nunc circumfertur quod Turci ad Varadinum Pe
tri Arcem copias suas admouerint et illuc ad se Regem

Joannem accersant Qui etiam dicitur propediem istud
iter auspicaturus quam feliciter, nescimus, speramus tu
nos ex rerum euentis postea cognituros Que ad vos vti
posthac erunt perscribemus bene valete et felix sitis
Dat

Bone Sphortie Regine Polonie
Petrus Tomiezki Eps Cracouiensis
Et Regni Polonie Vicecancellarius

Sacra Rlis Mtas et domina domina clementissma. Post,
humilem seruitutis et orationum mearum comendatione
Mirifice me delectarunt vre Mtis litere, proxime mi
ab illa reddite, quod ex illis et Mtem vram cum Con:
iuge suo Sermo clementissimoqz meo domino et Illmis eius
atqz charmos mihi vero supramodum optatos ac digne
colendos liberos optima frui valetudine, esseqz incolumes,
omnes perspexi, tum etiam quod in illis Mtas vra Serma
celerem Sermi Regis et suum ad regnum reditum pol:
licetur Qua vtraqz re mihi neqz iucundius quicqz neqz
optatum magis nunciari potuit Etenim et valetudo
Mtum vrarum super omnia est mihi vti debet charis:
sima et reditus illarum ad Regnum hoc tempore ma:
gis qz alias videtur mihi esse oportunus cum de regni
scilicet incommodis et variis impedimentis consuli ac
vt verius dicam de omni arduorum negotiorum summa
tractari et deliberari publice oporteat ad que ita obeun:
da curandaqz non tantum valet hic omnium nrm opera
quantum solius Mtis regie authoritas et presentia pro:
desse potest, Et sane hoc quod de aduentu suo et Regie,
Mtis scribere et polliceri dignata est Mtas vra Serma

per lras (que mihi in omnibus rebus precipuam fidem faciunt) tanto mihi cognitu gratius iucundiusq[ue] fuit quanto magis de hoc iam addubitare et desperare aliquantulum ceperam, non mea quidem opinione vel coniectura ductus, que certe istiusmodi de Regia Mte subire in animum non poterat, sed quod ex fama publica et multorum sermonibus crebro id iam iterari audiebam, quod Mtas sua constituisse debuerit in animo vt ab hoc proxime indicto Conuentu abesset ac de hoc etiam nonnulli in sponsionem prouocare multos dicebantur vt id quod se certo scire dicerent aliis commodius persuadere possint.

Quam ego famam cum viderem magna inuidia hoies excipere et quasi iam de bono pacis desperare, sedulo cepi ex animis illorum contrariam spem illis iniiciens abolere Et Mti Regie scripsi literas rogans illam plurimum ne nos et Regnum suum infinitis impeditum incomodis ita deserat varuosq[ue] sua sinat esse presentia et authoritate

Hec et Mtem quidem vram summopere rogo et obsecro vt salutem regni eius quantum in se est tueri et adiuuare dignetur, Et exhortando et suadendo apud Mtem Regiam efficere, vt ad comunem consultationem proximi Conuentus descendere dignetur. nam alioquin sole vixe contentiones et iurgia inter Consiliarios et Proceres regni concitabuntur et pro salubri consilio quo imbecillis respublica subleuari sustinerique debeat, publica ad bellum expeditio decernetur, qua nihil dici potest ipsi regno miserius atq[ue] magis perniciosius

Ego cum invalescere iam gravius pestilenciam Crac animad:
vertissem in Caloca cum meis contagionem fugiens secessi,
neque hinc quoque prius discedam, quam ad Conventus obe:
undos debuero proficisci, Interea tamen loci operam meam
pro more ad reipublice negocia curanda expediendaque
adhibere non desinam, Mtem vero vram memoria colam
diligenti, et eius ad nos reditum alacri atque leto animo ex:
pectabo Cuius gratie me et servitutem meam diligentissime
comendo felicissimamque et optime cum Sermo Coniuge et
liberis suis esse vehementer desidero Dat in Kielce

Sigismundo I. Regi Polonie
Petrus de Thomice eps Crac
Vicecancellarius

Sacra Regia Mtas et domine, domine clementissime
Post humilem servitutis et orationum mearum comendaci:
onem Accepi literas Mtis vre Serme de Conventu
Varschovie publice constituto et indicto, ad quem obeu:
dum ego procul omni cunctacione ita ut Mtas vra scri:
bit et mandat proficisci atque descendere deo bene iuvante
volo, non tantum ut reipublice operam et officium meum
prestarem, sed ut etiam iussioni Mtis vre pro more ac
debito meo optemperem diligenter, precipue tamen quod illic
Mtem vram videre me et excipere posse salvam et in:
columem confido. Neque enim ego ita de Mte vra sentio
Cuius novi prudentissimum esse Iudicium, uti hic iam
in vulgari, et fere pro certo haberi cepit, quod Sa Mtas
vra abesse a generali Conventu proxime futuro decre:
verit, Namque hoc non modo nobis molestiam et Regno
iacturam, verum et Mti vre summum incommodum

et difficultatem in omnibus rebus afferre posset cum nos ab:
sente Mte Vra neq3 ad vnionem Ducatus Masouie cum
regno inducendam, neq3 ad bona forte iam vbiq3 existima:
tam et Iura ac Statuta que corrigi sunt cepta in debito fine
collocanda et perficienda, neq3 etiam ad constituendum
pro defensione reipublice tributum soli sufficiamus.
Ac si forte quidem ea absentandi a regno et futuro
Conuentu deliberatio animum Mtis Vre ita vt fertur
versare ceperit vel quispiam illi hoc conetur persuade:
re; Ego magnopere rogo et obtestor Mtem Vram vt
prinsq3 apud se constituat, vel ijs quam id suadent as
sentiatur, ipsa diligenter reputet, prudentissimaq3 co
sideratione sua disquirat et expendat, Quantum hoc
tempore detrimentum respublica regni ex absentia Mtis
Vre capere possit et quam diuturnam molestiam et dif:
ficultatem sit habitura Mtas Vra, si ita negotium
Ducatus Masouie non perficiatur, et nos profectionem
in bellum publice decernamus. Mihi equidem si suade:
re liceat Mti Vre sapientissimo Principi et Dno, vide:
tur hec causa maioris fore momenti et ponderis, et
cui interesse Vram Mtem vtile esse et expedire magis
possit, quam vel magni Ducatus Lithuanie imperfe:
cta negocia vel quicq3 aliud propter quod fortasse non
nulli Mtem Vram istic remorari et detinere vellet.
Sed tamen Mtas Vra non vt suasionem et sententi
meam admittat, verum vt Regni sui saluti subueniat
et comoditati sue prospiciat, dignabitur vti pruden:
tissimus Princeps id quod saluberrimum videbitur
statuere et amplecti

Quod ad rationem ab Exactoribus publicis reddendam
et qui subducende illi preesse debeat, habeo in memoria

ita fuisse constitutum, vt Exactores publicarum contribu:cionum apud dominum Thesaurarium Regni, accepti et expensi ferant reddantque rationem. Quare illi Maiestas vestra demandare dignetur, vt id iam curare et examinare incipiat diligenter.

Illustrissima Princeps et domina, domina Heduigis filia Maiestatis vestre a qua non longe hic habita cuique omne beniuolentie et hospitalitatis vicine officia defero, et presto libenter, optime deo sit gratia valet, et est incolumis, petitque summis a Maiestate vestra precibus, vt Altare quod nunc per obitum Benedicti apud Beatam virginem Crac. Altariste in Salifodinis Vieliczensibus vacat, Alexio Capellano suo conferre dignetur, qui et vir probus est et diligenter Illustrissime sue seruit. Et sane cum Illustrissima domina ad sua non habeat vnde prouideat seruitores suos, pertinet hoc ad pietatem et clemenciam vestre Maiestatis vt eius vices sustineat cum possit

Ego propter pestilenciam vltra modum ingrauescentem, Cracouia nuper emigraui, et in ea solitudinis loca secessi, vt me et domesticos tanto melius a contagione seruarem e quorum grege et numero Doctor vnus vite integritate et innocentia prestans, morte inmatura est mihi sublatus vbi donec non erit eundum ad Conuentum semper ero, vt vicinus domino Castellano Cracouiensi fiam, prestoque sim semper, si quid inuicem curandum cum illo mihi demandare Maiestas vestra voluerit.

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell
Chrsfero de Schidlovec Castello et Capito
Cracovien. Regni Polonie Cancellario

Mag.ce domine domine et amice honorandissime lrē Mgcē vrē quas ad me dedit manu sua scriptas, periucunde mihi fuerunt et grate tum quod proprii illius caracteri litura ostendebant, tum eciam quod prudentissime deliberationis et singularis in rebus providencie siluam atqz ratiocinationem mihi exhibuerunt ad quas quidem res etsi puto difficile absolutam responsionem adaptare sumatim tn ad literarum argumentum respondebo, Atqz principio quod scribit Mgcia vrā se et amicorum literis fieri certiorem et ipsam etiam ex verisimilibus argumentis deprehendere, Regem Varschovie ad Conventum proxime indictum non affuturum, Sciat hoc idem etiam in suspicandum intulisse lrās D. Choienski, et fratris mei D. Gnesnen qui, quo Iuditio quibusqz verbis de ea re mihi scribunt Mgcia vrā ex scedis presentibus inclusis cognoscet

Verumtamen adduci ego nequaqz possum vt id certo credam Nam si in animo esset Mti sue velle pro illo tempore abesse, Piotrkovie nobis satius prescripsisset Conventum, cum intelligere potuisset congregationem sine se nostram, ad negotium Masovie conficiendum inutilem fore, preterea nō arbitror quenqz in tantum gratia apud Mtem suam et authoritate valere cui hoc suum consilium et institutum si verum est neglectis celatisqz nobis debeat detegere Atq

et illud minime mihi persuaderi potest vt ad persuasionem et libitum alicuius in eam sententiam declinare Mtas sua debeat ne veniat, sed si manendum illic decreuerit, in causa esse puto filii sui Principis nri auspicia ad que illum illic euehi et subleuari Rlis Mtas sedulo contendit, fieri tn potest quod subornati domini Lithuani ex industria negocium producent vt moram Regi faciant .

Quomodocunque tamen cedet ista res mihi profecto stat sententia proficiscendi ad Conuentum, Nam alioquin absentia mea inuidos et inimicos contra nos animare et efferre posset, periculumque fieret ne quidpiam aliqui sub absentia contra nos dicatur, vel fiat, quibus omnibus nos vbi aderimus ipsi prospicere et si opus fuerit strenue poterimus resistere. Neque enim adeo sumus vel consilio vel amicis vacui, vt hos qui nos oderunt, superiores fore censeamus. Et assentior ego quidem opinioni Mgtie vre quod absente rege sint futura turbulenta Conuentus negocia, et quod annone ceterarumque rerum caritas erit nimia, Sed contra puto celerrime que debent, confici et absolui posse, vtileque fore rebus nris et decorum nobis, si locum consultacionis in rep: non deseramus sed dignitatem authoritatemque nram publice et animose sustinemus tueamurque, Ad quod et illud mihi probatur quod videtur Mgtie fore non inutile si aliquo in loco ad conferendum inuicem congrediamur.

Et in hac plane sum ego sententia vt si colloqui prius quam Rerschlow remittatur velimus, ego ad Dobrovodam concedam idque faciam libenter sine aliqua cun-

cratione modo mihi suam de hoc voluntatem et sententiam explicet Mgcia Vra, nam et si quoque differre ad dioecesanum [particulare] Conventum rem voluerit, complectar etiam non invitus. utrumque tamen erit faciendum ego decrevi dare ad Mtem Regiam in hanc sententiam literas

Quod hic iam sit rumor iste pervulgatus Mtem suam cogitare et velle abesse à Conventu indicto neque hoc in bonam partem eos qui amant rempublicam accipere, contendamque Mti sue persuadere, vt si consultum velit saluti et tranquillitati regni sui non nos relinquat solos de subsidiis pacis consulere, cum absente se per nos aliud quam bellum decerni non possit, ex quo rediens quod solatium sit Mtas sua [habitura] fere ham vt circumspiciat.

Ea omnia vti sunt per dominum Andream filium qui apud me fuit, Dno Castellano Posnamien nunctiavi vt et ipse qd in ijs sit consilii capiendum cogitet et nobiscum per literas sepius colloquatur

Quod mihi manu propria scripsit Mgcia Vra probe intellexi et cognovi, ad id tamen quid respondeam plane nescio cum prospicere vel augurari adhuc nequeam quid vel metuendum vel sperandum de eo foret, quod et cum Rli Mti in Radom sum locutus cuiusque orationis et sermonis illic feceram Mgciam Vram participem et cum Mte regia cum antehac sepius tum non pridem per lras manu mea propria scriptas egi. Nam vtreque Mtes optimam spem dabant pollicebanturque se omni studio esse facturas ne vel ij promoveantur ad dignitates et officia Regni qui in Conventu Piotrconien preterito et aliis prioribus Conventibus turbabant Optimatum salubria consilia vel ad pau:

eorum hominum potestatem plurimi reipublice honores et Magistratuum emolumenta deferantur, vt et hii redigere non possint ad oppressionem rempublicam et illi temeritatis sue vindictam pro merito accipiant.

Et sane nihil dubito id quod nunc fecit Mtas Regia contra multorum sentenciam et rectum Judicium, victam precibus R lis Mtis et inuitam fecisse, attamen quorsum id emerget et ad quem exitum res deducetur videbimus, idque expectabimus non inuiti, vtinam salui et bene incolumes, recordatio enim egritudinis mee me admonet, quam sit vita grauis et molesta reipub: curam gerenti morbo aliquo esse impeditum, Recuperataque hec firmitudo e diuerso docet quam sit illo carere iucundum Etenim ita est vt et sepius scribo, me preter tumorem pedum ex descensu in reliquis corporis partibus dei benignitate esse restitutum Que recta valetudo quanto magis ad cumulum accedit, tanto mihi gratior est quod vt alios plurimos bonos ita et Mgciam vram id mihi plurimum et ex animo fauere video, Cui ego vicissim nihil est quod non optem optimum Siquidem et nunc et in longum adhuc tempus illam felicissimam esse et optime incolumem cum suis charissimis vxore et liberis vehementer desidero Dat

Iste vir optimus titulis nouis auctus non alia mihi racione videtur deuitare ne veniat istuc in presens in consilium cum vra M. et ceteris regni consiliariis nisi quod regia Mtas id illi non comittat hactenus et vt illi integrum esse quandoque possit, Culpare mea consilia si forte contingat illa quod deus auertat consequi malos euentus

Sigismundo primo Regi Polonie
Petrus Tomiczki Eps Cracouien
& Regni Polonie Vicecancellarius

Sacra Mtas et domine domine clementissime. Post humi:
lem seruitutis et orationum mearum commendacionem
Egritudo Mtis vre de qua hic non multo ante est rela:
tum Ingentem omnibus in REgno nobis dolorem et ani:
morum perturbationem attulit Nam sicuti omnes per=
eque charam habemus Mtis vre Salutem et illius in re:
gno diuturnum atque felix exoptamus esse Imperium ita
vnanimi quoque consensu de aduersa Mtis vre valetudine
grauiter et ex corde dolemus. Ego autem cum ex hoc ino:
pinato et tristi nuncio cepissem perplexo et molesto admo:
dum esse animo, consilium cepi eius ad Mtem vram
mittendi nuncii, qui et inuisat meo nomine Mtis vre
valetudinem, et seruitutem meam in illius gratiam de:
uoueat atque commendet, mihi vero in reditu aliquid ~~rur~~:
ius de Mte vra iucundum atque optatum referat, vt aut
ego in dubitate certus esse de Statu Mtis vre possim hu:
millime illi suplico vt de animi successu et progressu va:
letudinis sue ipsa mihi quicquid est perscribi mandet

Et tametsi quidem aduersam hanc Mtis vre valetudinem
non puto fore diuturnam, tn si vel propterea vel propter
negotia publica que istic remanent inperfecta non pos:
set Mtas vra ad nos tam breui tempore se conferre,
Satius esse duxerim vt Mtas vra hoc habendi Conuentus

generalis munus, in primam vel mediam Quadragesime dominicam seu aliud quoduis tempus, quo ipsa adesse posset differat et proroget, Namque vt prius etiam scripsi sub absentia Mtis vre nihil decerni poterit quod vel reipublice vtile vel Mti vre necessarium gratumque esse posset. Quodsi vero et id Mti vre secus quam mihi videatur, et Conuentum hunc sub absentia sua ita iam mutari nolit rogo plurimum Maiestatem vram vt Nunctios suos mature et ad tempus Varschouiam ad nos mittat qui Mtis vre primum excusent absentiam, deinde vero omnes ordines regni admoneant et exhortentur, quo depositis priuatis simultatibus et odiis diligenti cura in hoc incumbat et consulant, vt Masouie Nobiles ad ferenda equanimiter cum regno onera pertrahantur, preterea et tuendi defendendique regni bona atque vtilis aliqua ratio reperiatur, Capiatur item aliquod consilium ne extra regnum Mtis vre aliquis deinceps contra edictum Stipendia facere audeat, et si quid deinque vltra predicta Mtis vre videbitur, declarent et exponant

In his autem quicquid apud se statuet Mtas vra, quia mea puto interesse ne ante tempus ignorem plurimum illam rogo vt mihi de omnibus vti erunt scribi faciat Quod ego seruitute mea fida ac diligenti promereri Mti vre curabo Quam iterum atque iterum in illius gratiam humiliter commendo, deumque maioribus quam possum precibus exoro vt Mtem vram vna cum Serma eius Coninge et Illmis liberis sanam et saluam diutissime nobis et regno huic egro atque imbecilli foueat et conseruet Dat in Kielce die Conceptionis Sancte Marie domine nre Anno 1528

Petrus de Tomice Eps Cracouien & Regni Polo^e Vicecancellarius

Joanni Chogenski Archidiac^o Cracouien et Regio Secretario.

Venerabilis domine frater in Chro charme. Venerat huc
non multo ante seruitor domini Ludouici Secretarii Mtis
Re^lis qui ab illo literas nobis attulit Mtis Regie ad:
uersam valetudinem declarantes Qua re nos sumus
in magnum dolorem et animi perturbacionem coniecti
vti hii qui supra omnes mortales Mtem suam colimus
et obseruamus, cuiqz diuitissimiam salutem et felicissimos
quosqz successus dari exoptamus, vt pote ei ex quo omne
bonum reipublice Statum dependere scimus. Que res
ne nos diu perplexos mente teneat et angat, misimus istuc
hunc nrm nuntium qui diligentissime de Mtis sue va:
letudine exploret et ad nos certa queqz celerrime referat.
Ne autem aliquid nos de hoc et aliis latere per incuria
nuncii posset, rogamus vos plurimum, vt nobis plene oia
perscribatis, quo vz in Statu Mtas sua sit nunc collocata.
et si ad nos et Conuentum Varschevien est certo ventura
nec ne. Nam si forte vel per egritudinem vel per publicas
istius Ducatus occupationes, non posset ad desmilum pro:
ximi Conuentus diem ad nos reuerti, consultissimum ar:
bitramur vti ex literis nris quas ad Mtem suam dedi
cognoscetis, vt Conuentus dies prorogetur in id tempus
quo Mtas sua commode ad nos venire posset. Si autem
id ita mutandum Mti sue non videatur fecerit Mtas sua
rem commodissimam si nuncios suos matur hue mittat Na
nisi id tempori faciat sua Mtas, veremur ne non conue:
niant multi si presenciant neqz Mtem suam affuturam

neqz nuncios esse missos

Caeterum accepimus dominum Staphileum auditorem rote p[er]missionem quam super Canonicatu et prebenda domini Caspar Podlanczki Canonici Ecclesie nre Crac habuerat Nepoti suo cum moreretur legasse idqz vigore supplicationis sue quam longe ante mortem obtinuerat cuius exemplum ad presentibus ad vos mittimus Quod quia inhumanum est et hactenus apud nos inauditum curare vellemus ap[u]d Summum Pontificem et R[everendissi]mum dominum Cardinalem Protectorem Regni per dominu[m] Doctorem Rzeczicza nomine M[aies]tis sue Regie ne istiusmodi legibus Pragmatici Romani nos onerent et vexetiant, quas neqz ratio vlla, neqz bona consuetudo vspiam admittit Quare referatis hoc M[aies]ti sue et queratis ex ipsa an ita velit nos dare hec Doctori prenominato in mandatis et nos l[itte]ris v[est]ris de hoc et aliis certiores faciatis et bene valete sitisqz incolumis et felix Dat in Kielce etc

Petrus Tomiczki Ep[iscop]s Crac. Vicecancell
Ioanni Zamboczki Aulico regio

Generose domine amice char[issi]me, fama hic vulgo sparsa est M[aies]tem regiam adversa valetudine correptam esse et nequaqz ad Conuentum Varschouien[sem] venturam. Que res nos non mediocri dolore affecit. optamus enim votis omnibus dominumqz deum precibus nris indignis assidue fatigamus, vt M[aies]tem suam seruet nobis qz diutissime sospitem et felicem. Quia etiam plane vidimus q[uod] absqz scientia M[aies]tis sue in tanta rerum omnium confusione in tanta discordia omnium ordinum regni inter se, nihil pro bono et tranquillo Statu reipublice in futuro regni Conuentu constitui poterit

cupimus ex animo vt Mtas sua ad Conuentum Regni sui ve:
niat si id per valetudinem suam et res Lithuanicas que
forte nondum sunt composite facere ei licebit, et vt plenius
et certius de hiis omnibus hoc est tam de valetudine sue Mtis
quam etiam de illius ad nos aduentu scire possimus, Mitti:
mus istuc hunc puerum nrm quibus lras singularis nre
erga te beniuolencie testes, dedimus ad te perferendas ro:
gamusque te vt per illum et quam bene Mtas regia valeat
et quam spem de illius aduentu ad nos concipere debeamus
nobis perscribas et bene ac feliciter valeas ex Kielce

Petrus Tomiczki Eps Cracouien
Joanni Benedicti Vilnen et Varmien
Canco : phisico regio.

Venerabilis domine frater in Chro charme Anxii et sollicitj
existentes de egritudine Mtis regie qua nunc corrept:
ta esse dicitur et volentes certo experiri qualiter se habeat
sua Mtas et si dolor Sciaticus qui hactenus Mtem sua
non leuiter vt dicitur afflixit sit iam mitigatus nec ne
mittimus istuc hunc puerum nrm per quem rogamus
vos scribatis nobis quam recte valeat nunc sua Mtas et
si aduentum illius ad Conuentum Varschouien sperare
et expectare debeamus, optamus enim votis omnibus et
dominum deum assidue indigni oramus vt Mtas sua
sit quam diutissime nobis sospes ac incolumis, et vt sua
presencia carere nos diu non paciatur ad Conuentumque
regni sui venire dignaretur, Nam nos soli absque sua Mte
nichil pro bono et commodo reipublice constituere pote:
rimus, si quid preterea rerum nouarum istic est quas
nos scire oporteat nobis etiam perscribatis et bene valete
Dat

Petro Tomiczki Epo Cracouien
& Regni Polonie Vicecancello

Ioannes Zamboczki Aulicus regius

R[everendissi]me in Chro Pr et domine domine mi gracio[sissi]me. Post
solitas prefacionum vanitates etc fama que istic de aduer-
sa valetudine regia vulgo sparsa erat de qua R. D.
vra in literis suis ad me scriptis attigit, vera fuit, deflu-
xerat sue Mtti nescio quid mali in dextram coxam quod
eam adeo cruciabat ut innixa duobus rogatissima fron-
te vix se electulo mouebat, durabat malum illud con-
tinuum pene mensem, Interea omnes actiones intermisse
erant, et tam miserabilis rerum facies, ut inter regnum
esse quispiam suspicaretur, sed bene consuluit deus re-
bus nris, conualuit sua Mtas adeo ut reiuuenisse
videtur, sed nihil dubito quin ex eadem ipsa fama ex
qua de aduersa valetudine sue Mtis bonorum animi
consternati erant rursus bone valetudini restitute gra-
tulabuntur, quantum ad profectionem sue Mtis ad Var-
schouiensia Comitia attinet difficile diuinatu est preci-
pue nobis qui longe a secretis sumus et nichilominus se-
cretariorum titulo nos venditamus, tametsi nichil minus su-
mus, certum est ante festa Natalis domini, sed neque post
festa adeo repente se hinc moturam suam Mtem nam
motionis ne minimum quidem indicium apparet, Lit-
uani tam vulgus quam Proceres aperte negant iturum
Regem ad Comitia, quin eos qui iturum existimant
stulticie palam irrident, itaque quamquam ego de hisce rebus
nihil affirmem, tamen si leui pignore in alterutram
partem mihi certandum esset in ea parte pocius pignus
opponerem, que non iturum regem asseuerant, sed ista

deus gubernet cerciora et veriora intelliget Rma D°. vrã tum ex regiis, tum ex domini Archidiaconi literis. Status rerum Lithuanicarum est talis, vt michi Maximiliani Caesaris dictum multum simile vero videatur. aiebat. n. prouinciam prouincia terrucio vno non esse meliorem per quod innuere volebat vnamquanque prouinciam habere et mala et bona sua peculiaria. In Lithuania passim clamitant, non esse bonum ordinem, sed in hoc ipso nõ bono ordine regnant multi et triumphant qui alioqui vix digni essent quibus Cossutianarum tabernarum fundamenta crederentur. De neglectu iusticiae etiam lamentatur multi. at hoc ipsum negligi iusticiam multis profuit, itaque vt vbique terrarum, sic hic in Lithuania diuites regnant, pauperes fame pereunt, mediocres mussant, iudicant, maioribus se taciti inuident, sic se res habent, ego interim volo nolo, contentus esse sorte mea, quę sors qualis sit nemo sentit, nisi loculus meus Rmam D. vram florentem vegetam, incolumem, diutissime et felicissime deus seruet Ego me ei cum perpetua et constanti ac fideli mea seruitute commendo Dat Vilne XX die Decembris Anno domini M. D. XXviii°

Frogoz

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell
Chrophoro de Schidlovec Castellano et
Capito Cracouien. Regni Poloe Cancello

Magce domine, domine et amice honorandme. Litere Mgcie vre
quas ad me dedit manu sua scriptas periucunde mihi fu:
erunt, et grate tum q proprii illmis Caracteris literam
ostendebant, tum etiam q prudentissime deliberacionis et
singularis in rebus providencie siluam atqz raciocinacio:
nem mihi exhibuerunt ad quas quidem res, etsi puto dif:
ficile absolutam responsionem adaptare, sumatim tamen
ad literarum argumentum respondebo

Atqz principio quod scribit Mcia vra se et amicorum lris
fieri certiorem et ipsam etiam ex verisimilibus argumen:
tis deprehendere Regem Varschovie ad Conventum
proxime indictum non affuturum Sciat hoc idem etiam
mihi suspicandum intulisse lras D. Choienski et fris mei
domini Castellani Gnesnen qui quo indicio quibusqz
verbis de ea re mihi scribunt Mgcia vra ex scedis pre:
sentibus inclusis cognoscet Verumtamen adduci ego
nequaqz possum vt id credam certo, Nam si in animo esset
Mti sue velle pro illo tempore abesse Piotrcovie nobis
saluis perscripsisset Conventum, cum intelligere potuisset con:
gregationem sine se nram ad negocium Masovie conficiendi
inutilem fore. Preterea non arbitror quenqz in tantum
gracia apud Mtem suam et authoritate valere, cui hoc
suum consilium et institutum si verum est, neglectis ce:
latisqz nobis debeat delegere. Atqui et illud minime mihi
persuaderi potest, vt ad persuasionem et libitum alicuius in
eam sentenciam declinare Mtas sua debeat, ne veniat, sed
si manendum illic decreverit, in causa esse puto filii sui Pri:

opis mei auspicia atqꝫ illum illic euehi et sublimari Rlis Mtas sedulo contendit, fieri tamen potest, q subornati domini Lituam ex industria negocium producent vt moram regi faciant Quomodocũqꝫ tamen cedet ista res mihi profecto stat sentencia proficiscendi ad Conuentum, Nam alioqui absencia mea inuidos et inimicos contra nos animare et efferre posset periculumqꝫ fieret ne quidpiam aliem sub absentia contra nos dicatur vel fiat, quibus omnibus nos vbi aderimus ipsi prospicere, et si opus fuerit strenue poterimus resistere neqꝫ enim adeo sumus vel consilio vel amicis vacui vt hos qui nos oderunt superiores fore censeamus. Et assentior quidem ego opinioni Mgcie vre, q absente Rege sint futura turbulenta Conuentus negocia, et q annone ceterarumqꝫ rerum caritas erit nimia Sed contra puto celerrime que debent confici et absolui posse, vtileqꝫ fore rebus meis et decorum nobis, si locum consultacionis in republica non deseramus, sed dignitatem authoritatemqꝫ meam publice et amiciose sustineamus tueamurqꝫ, Ad quod et illud mi probatur quod videtur vre Mgcie fore non inutile si aliquo in loco ad conferendum inuicem congrediamur et in hac plane sum ego sentencia vt si colloqui prius qꝫ Rexsthorff remittatur velimus, ego ad Dobrowodam concedam idqꝫ faciam libenter sine aliqua cunctacione, modo mihi suam de hoc voluntatem et sentenciam explicet vra Mgcia, Nam etsi quoqꝫ differre ad Diocesanum Conuentu rem voluerit, complectar eciam non inuitus vtcũqꝫ tamen erit faciendum ego decreui dare ad Mtem regiam in hanc sentenciam literas, Quia hic iam sit rumor iste prouulgatus Mtem suam cogitare et velle abesse à Conuentu indicto neqꝫ hoc in bonam partem eos qui amant rempublicam accipere, contendamqꝫ Mti sue persuadere vt si consultum velit saluti et tranquillitati Regni sui, non nos relinquat solos de subsidiis pacis consulere, cum absente se per nos aliud qꝫ bellum decerni non possit, ex quo rediens quod solatium sit Mtas sua scribam vt circumspiciat

E, a omnia vti sunt per dominum Andream filium qui apud
me fuit domino Castellano Posnamien' nunctiaui, vt et ipse
quid in his sit consilii capiendum cogitet, et nobiscum per
literas sepius colloquatur

Petrus Tomiczki Eps Vicecancell.
Andree Krziczki Epo Plocensi

Rme in Chro pater et domine nepos charme. Et litere D. vre Rme et nunctius qui illas reddidit, plurimam mihi salutem nomine Rme D. vestre attulerunt, valetudinem insuper meam amica et accurata inuisentes oratione, quod equidem mihi et legere et audire supramodum fuit iucundum, ob idq3 tam beneuolum offitium, et amoris non vulgarem significationem, plurimas ago, et habeo Rme D. vre gratias, hecq3 ipsa virissim illi mutuo amore et beneuolentia mea, cumulate et sedulo referre curabo.

Quod autem scire cupit Rma D. vestra, qui nunc sit valetudinis mee status, vno atq3 altero verbo percipiat, me quidem cum ijs qui mecum nunc sunt, optime valere, sed non sine graui pestilentie metu, Cracouia emigrasse, amisso etiam illic vno ex familia viro equidem mihi et innocente, ex nomine doctore Matheo de Szamothuli, Secessi vero in hunc locum ista ductus ratione, vt et longius ab omni suspitione pestilentie abessem, et cum paucioribus in ea solitudine viuerem et versarer, non prius hinc discessurus, quam ad conuentum particularem obeundum me oporteat proficisci, de quo iam vti et de publico, quo loco sit futurus, literis Regiis sum certior factus, Ac cum ita quidem sit decretum, quod Varsouiam publice coire omnes debeamus, premittendi iam mihi erunt quoq3 aliqui, qui hospitia pro me deligant et occupent, quos dum ego expedire paro, Do. vestra Rma faciet mihi rem gratissimam, si per ministros suos quos Varsouie habebit, mei quoq3 in designandis et occupandis hospitiis haberi rationem curauerit

Ceterum quod ad D. Capitaneum Plocen. attinet vehementer doleo eum ita se aduersum D. vestram Rm. vti illa scribit inhumaniter

et non satis amice gerere, quem et commodi sui, et publice honesta-
tis causa expediret diligentem dare operam, ne in ulla re, a Rma
D. vestra, que primum in ista prouintia locum secundum Regem
obtinet, dissentiret. quod quamobrem ille negligat, et utrum volens
aut sciens offitiis recte administrande prouintie abutatur, me pe-
nitus latet, Illud certe non latet, sed est mihi perspectissimum, Homi-
nes eos plurimum opinione falli, et sententia decipi, quos Rma D.
vestra mihi attribuere scribit D. Capitaneum meo fretum patroci-
nio, acerbiorem et insolentiorem se quam par est in prouintiales si-
bi commissos prestare. Nam et ego mihi satis sum conscius, quod non
soleam unquam iniustam alicuius causam, et iniqua atque inhonesta
studia vel fouere ipse, vel apud Principem promouere, aut comen-
dare. et Rma D. vestra quoque, est locupletissima testis, me sem-
per quoad eius fieri potuit recti, et honesti rationem, atque finis te-
nere et obseruare consueuisse, cum in reliquis omnibus causis, tum
et in illa quoque lite et contentione, quam astante sibi D. vra. D. Ca-
pitaneus cum gentilibus suis contra filias domine Szieprska publice su-
sceperat. Sed ut ad prima redeam, mirifice ut scripsi doleo eunde
D. Capitaneum ut scribit D. vestra, et priuatim, et publice alium se,
quam oporteat istic agnosci passum esse, Sed sane illud curo magis quod
priuatim ad Rmam D. Vestram pertinet, nam quod publicitus et
vulgo fit contra illum querimonia, non usque adeo me mouet. sum
etenim plurimis iam expertus argumentis, prefectorum Regiorum
offitia, et compendiosas operas in magna inuidia apud populares
et odio haberi et positas esse solere, hoc tamen pregre fero, et apud
me statuo, ne illi in aliquo, in quo accusatus reus inueniatur, usquiam
adsim, quod idem quoque ad Rme D. vestrae offitium pertinere arbi-
tror, ut in iis que inditio eorum ad quos pertinet, non egisse recte
fuerit agnitus, aperte illum arguat et querentibus de illo assistat,
Ceterum que vel ambigua vel ex inuidia hominum sibi commissorum
contra illum prolata existimari possunt, non ita illi extemplo at-
tribuat, vel ascribat, ut ipse post modum consulto se, et data opera

a R. d. v. oppugnari credere et suspicari posset, Namque hoc pari ratione convenit, ne R.ma D. vestra cuilibet contra ipsum D. Capitaneum dicenti credat, atque illud quod dicentibus nonnullis odio sa quedam contra servitores suos fidem dare noluerit.

De contentiosa controversia domini Gamrath cum Sokolowski adolescente lectissimo et laudato, audire fuit mihi molestissimum, nam ea res non modo mihi videtur ipsum dominum Gamrath in multorum suspitionem reprehensionis plenam adducere posse, quod in exturban hoc adolescente de Prepositura Ecclesie Sancti Michaelis Plocen se declaret ingratum esse beneficiorum que à domino Joanne Leszinski, et domino Raphaele proxime premortuo. Epo Plocen acceperat, verum et ordinem nostrum ad obtrectationem et invidiam emulorum et malevolorum obnoxiam magis ex eo fare, quod clerici armis et dimicationibus indecoris de re Ecclesiastica experiri non verentur, qui humaniorem pre ceteris, et magis modestam Juris sui prosequendi tenere debeant rationem, Et cum quidem causam et contractum fateor mihi esse incognitum, sed quantum ex literis R.me d. vestre perspicere potui, possessione sacerdotii de quo fit contentio penes Sokolowski fuisse invenio, de qua illum depelli et ejici minime conveniebat, cum à Sententia R.me d. vestre provocationem que illi uti arbitror competebat legitime interposuerat. Quare opinor ego operepretium in hac re d. vestram R.mam facturam esse, si pro authoritate, et prudentia sua utrumque adversarium ab eiusmodi inimicitiis exercendis contineat, et odia eorum interea temporis leniat, concitatosque ad vindictam animos sistat, donec à necessariis et coniunctis utriusque res amice componatur, aut transigatur

Ceterum executores Testamenti d. Joannis Zemboczki iam pridem defuncti scire adusque nequeunt, qui conductor prebende illius Plocen isti fuerat, Quare illorum causa ego R. d. vestram rogo

plurimum
plus ut inter Canonicos Ecclesiae suae, quibus hoc occultum esse non poterat perquiri de hoc ipso conductore seu redemptore fructuum diligenter faciat, eumque auctoritate sua ordinaria compellat ut de perceptis et solutis proventibus eiusdem Canonicatus et Praebendae rationem faciat ac id quod debet in manus vestrae Reverendissimae D. reponat. Annum autem gratiae is qui fructus Canonicatus et Praebendae percepit et in possessione illius est, iure solvere tenetur. Eum autem esse intelligo dominum Golinski fratrem domini Capitanei Varsemien qui ex provisione Reverendissimae D. vestrae Canonicatum et Praebendam hanc obtinet, et de quo mihi Reverendissima D. vestra scripsit, quod velit ad arbitrium meum cum Canthkowski, qui provisione summi Pontificis nititur hanc Praebendam consequi transigere, ad quod illi vicissim cupio vestram Reverendissimam D. meo respondere nomine, quod scilicet voluntas Canthkowski transigere velit necne in ea re non est mihi perspecta, me tamen velle illius in hoc animum explorare et per literas Reverendissimam D. vestram postmodum facere de hoc certiorem, Si tamen iure suo uti voluerit, vetare hoc illi mihi non licebit. Nam tametsi ille directe mihi ~~modo~~ non famuletur, est tamen mihi propterea addictus quod predecessori et patri meo Reverendissimo domino Joanni Conarski Episcopo Cracovien et eius nepotibus offitiose per multum tempus inservierat Quamobrem defendere illum in re iusta et tueri puto esse mei offitii. In hac autem causa planum ius suum ipse esse ita ostendit, quod Sacerdotii apud sedem Apostolicam vacantis ius ex provisione summi Pontificis habet etsi non immediate quesivit, de cuiusmodi sacerdotiis ordinarii iure providere non possunt nec debent

De rebus Hungaricis hec ad me afferuntur, quod Rex Joannes pollicetur sibi indubie se Regnum suum esse brevi recuperaturum, Nam et D. Laski, de auxiliis Thurcorum affuturis certam illi spem attulit, et Augustinus quem huc veniens in Andrzeiow obviam habui, mihi retulit. Germanorum copias, de quibus iam toties erat dictum in summitas iter iam ad Regem ipsum facere. quod ipsum omnis quoque Castell

Poznanien[sis] literis suis hodie mihi perscripsit.
taliarum rerum rationem ex eo exemplo cognoscet R^ma D. V^ra
quod illi p[rese]ntibus inclusum mitto. Mitto et binas literas desiderii
Erasmi et Andreae Zebrzidowski, que heri sunt mihi reddite.
Que D. V^ra scire hinc preterea voluerit ab hoc puero suo Morawiecz
perquiret, qui et industrius est, et Cracoviae novissimis his diebus
erat. Ego vehementer opto D. Vestram R^mam felicem et inco-
lumem esse, meque amare prout amor, coniunctio, benevolentia
et necessitudo nostra mutua postulare videtur. Datum in Kielze

Andreas Cricius Eps Plocen
Petro Tomicio Epo Cracoviensi & Regni Polonie Vicecancell[ari]o.

R^me in Chro pater et domine mi colendissime. Hactenus me quantum
potui compressi, ne quid eorum, que inter me et D. [Nicol. Nissizki] Capitaneum Plocen
eveniebant Vestrae R^me D. declararem, partim quod sciebam eum
esse illi apprime dilectum, partim etiam quod ille quotienscumque an-
advertebat me re quapiam offensum, semper blanditiis et commen-
dationibus suis me demulcebat. Ut homo sum, vincibilior uno blando
verbulo etiam falso, quam universis machinis et terroribus. Nunc res
eo processit, ut facere nequaquam possim, quin V^rae R^me D. rationes utrius-
que nostrum detegam, obturemque aures ad l[ite]ras eius quas continue mi-
hi scribit blandiores, ne quid aliud addam, quam cantus est Syre-
narum. Primum autem mi R^me D. non ignorat ipsa magna ex parte,
quo conatu D. Capitaneum, et domum eius mihi demereri studui, qua
sedulitate illis in causa adversus D[omi]nam Sziepeska astiti, ut bona mea
Gorzno, cum magno meo dispendio, et subditorum fletu, hactenus ab illo
non abstuli, in decimis, et munusculis plus coniugi, et necessariis eius de-
di, quam omnibus hic aliis. Verum iam pridem due intercesserunt
cause quibus ab illo avelli fortasse, et si nollem, cogar, una privata,
altera publica, in his tamen uti volo consilio et precepto V^rae R^me
D. Proinde res omnes, uti sunt, in sinum eius fidelissime depo-

nam, et quam breuius potero perstringam, a causa priuata ordi-
ar. Cum antecessor meus Raphael erat aliquamdiu nec viuus, nec
mortuus, frater eius dnus Joannes multa ex decimis, et agris Episco-
palibus partim donauit, partim vendidit, oblato quopiam Lucello, eius
rei consultorem, et prede participem habuit D. Capitaneum, quas con-
cessiones suas cum à Capitulo confirmari petebant quasdam in vita,
nonnullas etiam post decessum Epi summo conatu et largitione, et capi-
tulum eo flecti non potuisset, in Scholasticum primum, et Dzregowski, de-
mum in multos alios, qui integro animo mihi et Ecc^e prospiciebant, ma-
gne ire furense et bagule intente, accessit iconomia nomine Regis
vigore cuius Scolasticus intrepido animo et decimas et bona tiranice
occupata eruit, multorumque sed potissimum dni Capitanei odium in se
deriuauit. Accesserunt nouissime bona Kimilci, que in hoc ductum capta-
bantur à domino Capitaneo per viam exemptionis, vt à me pro illis et
bona mea Gorzno ad vitam, et villam quandam aliam per commutacione
extorqueret. Nam ipsa bona Kimilci ita subiacent oppido meo Radziaz
vt nullo modo absque illis consistere posset. Vbi eorum possessor vellet
que cel. Dobrzinen emit ab heredibus feminis que sole supersunt. Vt et de
illis mihi gratificaretur, vt gratificatur libenter in omnibus, et villa
quandam per commutacionem à me obtineret, de quo lis pendet in
conuentum, talis in omnibus et per omnia, vt fuit filiarum dne Szrzepe-
szka, vnde etiam in scolasticum omnis redundauit suspicio. Siluit res
aliquandiu mutua simultate, donec ad mensam ex sermonibus quibusdam
in contencionem venientes, Dnus Capitaneus nulla habita mei, et ordi-
nis Ecc^i reuerentia, magno contemptu, et probris inhonestissimis Scolasti-
cum incessiit, ego qui alioquin tum summo merore affectus eram ex alla-
ta fama, primum de conclamata valetudine vra Rme D. deinde de
miserabili interitu nepotis mei in Lituania, multum etiam diuque illum pre-
catus, vt à conuicijs abstineret, tandem vt furor esse solet lesa sepius
paciencia, illum verbis acerrime cohercui non tamen sine magno aplau-
su tocius Ciuitatis, et omnium ordinum eius terre, quod magis vssit
hominem, quam ipsa mea cum illo velitatio. Qui quidem applausus dum

Kiynski

Felix Srzenski Castellanus

vndique in dies magis personaret, concurrentibus ad me quottidie
cum magnis gratiarum actionibus, non solum alienis, sed etiam necessa-
riis et gentibus eius complurib(us), impulit illum partim conscientia
partim etiam amicorum consilium, vt reconciliandi mei causa ad
me veniret, quo facto, redditum fuit inter nos in concordiam abrasa
et abolita omnis iracundiae nota, mansit nihilominus in Scholasticum,
et Dzirgowski fomes inimicitiae non extinctus, Orta est interim lis inter
ipsum Scolasticum, et D. Joannem Lieszczinski super Praepositura Sancti
Michaelis Plocen(sis), quam privigno suo Sokolowski ordinauerat sub quibus-
dam conditionibus, quas sibi non seruari Scolasticus querebatur. Ego
plus sex menses producebam rem, vt interim componere inter se potuis-
sent vbi vrgente Scholastico amplius producere non potuissem, aduo-
cato Capitulo, et Jurisperitis omnibus, cognitoque quod Sokolowski Prepo-
situram obtinebat nulla prouisione, vel titulo, sed ex solo contractu
cui nec accessit approbatio sedis Ap(osto)licae, neque est ex vtraque parte satis-
factum, ipsum contractum rescidi, et Scolasticus ad bona Praepositurae
cuius possessor iure et titulo esse non desierat, rediit. Appellatum fuit
per Nuncium domini Joannis ad dominum Archiep(iscopu)m, responsum a me
pro Ap(osto)lis tantum, fecisse me id quod iuris fuit, et functum me esse of-
ficio meo. vnde constare non posset admiserim ne, an refutauerim
appellationem ipsam. interim D. Joannes scribit in me literas famosas
ad plerosque huius terrae, orat dominum Capitaneum, vt bona Prae-
positurae e manibus Scholastici vindicet, Consulit me D. Capitaneus,
quid faceret, ego sedulo dehortor, quod res agatur iure, et ad officium
eius minime pertineret, discedo interea Poltouiam, venit ad me vise-
dum dominus Thesaurarius Regni, epulamur et conuiuamur triduo
suauissime, superuenit nuncius Succamerarium Andream de Golczewo Szieprski, instinctu et
cum familia domini Capitanei, possessionem Praepositurae vi occupasse,
fruges et omnia abduxisse, tulit indigno animo cum dominus Thesaura-
rius, tum et multi insignes qui tum affuerunt, certatimque ad tuen-
dum Scolasticum vnusquisque cum Capitaneo meo Poltouien(si) sese accin-
gebat. Ego, ne quid fieret per tumultum, continui meos, solum a domino

Castellano Dobrzinen postulaui, qui tunc etiam aderat, ut non dees-
set Prelato, et seruitori meo vbi res exigeret, idem postulauit et dns
Thesaurarius. Dominus Dobrzinen domum rediens, bona Preposituræ
arcessit, famulos Succamerarii abegit, colonisque ne cui preter Scholasti-
cum obedirent, et illi soli de censu responderent, precepit, Obser-
uauit Succamerarius quando iterum Dobrzinen illuc rediret, accepto
documento de illius aduentu, vires omnes quas potest, conflat, sed
potissimum ex familia domini Capitanei, insequitur Dobrzinen domo
dum abeuntem. aderat illi forte fortuna meus Wozniczki, quem
mihi V̄ra R̄ma D. applicauerat, iuuenis oleo tranquilior, mittit
eum ad Succamerarium quesitum, an se insequeretur, et quid se-
rei haberet, ille, nullo dato responso, hastam in nunctium innocen-
tem torquet, ac ut martellum, quod Epalis esset, cum multis in me
conuiciis conclamat, wlneratur vt intellexi letaliter Wozniczki,
Castellanus Dobrzinen — Postridie Wozniczki cohortem ingentem e uestigio comparat, ad bo-
na illa redit, censum à colonis eripit, et in Succamerarium diram
vindictam parat. Res ad me fama sola, et quidem serius perfer-
tur, audio filium Palatini Masouiæ, et multos alios tendere in Subsi-
dium Dobrzinen et Wozniczki, utrosque quos possum dehortor et contineo,
Mitto nocte intempesta nunctium celerrimum ad Suffraganeum me-
um Vt Dobrzinensem citra moram accedat, illum verbis meis sistat,
tam diu saltem, donec mutuo consulamus, quid facto opus sit, quan-
doquidem, contumelia mihi facta, et iniuria seruitoris mei, reddat
causam meam cum eius communem et coniunctam, quid facturus sit ad-
huc nescio, licet ambe partes scribant se velle obtemperare voluntati
meæ. Appenditur paulo ante sceda famosissima in Poltowsko nomine
A. B. C. in Scolasticum, et Capitaneum Poltouien, mihi etiam commina-
do, si vtrumque longius in arce mea seruarem, et eorum adulteria tolle-
rarem, que improbitas me valde et D. Thesaurarium exacerbauit. Sub-
ornatus erat et ante declamator primi nominis, qui me secreto de
hoc ipso adulterio admoneret, respondi homini me hactenus adulte-
rium vllum apud me neque scire, neque considerare, manente viro bono

cum uxore sua, et neque illo, neque fratribus et amicis utrisque aliquid co-
siderantibus, aut querentibus, audire me quidem multos multa loqui,
sed loqui de multis, et si omnes excludere et vitare deberem, de quibus
huiusmodi rumores ad me perferuntur, et illum maxime me vitare opor-
teret ob famam constupratae ab eo virginis sacrae. Adulterium lege
divina accusari non posse, nisi deprehensum, Sed et si deprehensa
vetuit dominus lapidari, nisi ab his, qui immunes essent a peccato, me con-
scium humanitatis meae, et nemine vel deprehendente vel accusante,
non posse, neque velle aliquem temere iudicare, servosque meos insignes
nihil de me mali meritos, nulloque unquam crimine notatos, nolle me pati
ullo parto abigi a me istis technis, in hostium et obtrectatorum gratiam
et eorum ignominia, quam eos subire oporteret. Subornatus deinde
ex aliis ex collegio fratrum meorum sanctulus quispiam, eadem illi
respondi, et quae fama esset de illo quoque, et de productis ab eo duobus
pueris in thoro alieno me scire exposui, utque rubore perfusus posthac
me mutuit quidem. et profecto mi Reverendissime domine, res est tollerata in-
digna, Mansit in ea Arce Raphael Episcopus cum publica concubina, et
grege muliercularum, et amasiorum, tot erant concubitus quod conges-
sus, tacitum et dissimulatum est, Tolleravit Dominus Episcopus Lubranski pu-
blicam et transfugam adulteram, passim sese omnibus prostituentem
in praefectura bonorum suorum citra notam ignominiae suae, et isti exi-
gunt a me, ut ad quorumlibet suspitionem, modo excludam, modo
removeam quoslibet, neque Joannes non bibens vinum, nec panem come-
dens, neque Christus bibens et comedens, et cum mulierculis connescens, ut
ait scriptura, obtrectationes vitare potuerunt, tantum† abest ut nos
infirmitate nostra circumdati, omnium obloquentibus subtrahere posse-
mus. Sed haec et alia multa cursum fiunt ut servitores mei, qui, ut ha-
ctenus novi, integerrima fide mihi inservire, et de damnis meis me
admonere solent, a me avelli possent, Ita est mos huius gentis, ita apud
omnes ut quisque magis gratia valuit, ita maxime odiis et obtrectatio-
nibus exponebatur, Idem etiam utinam non fiat apud nos. Venio ad
causam publicam. quando eram in Ploczka, nullus dies praeterit

†abest ut nos infirmitate nostra circumdati

quo non aliquis vel Nobilium, vel Plebeiorum venisset ad metamentatum sine de iniuria, sine de raptu, sine de aliquo alio. Excusam non esse operis mei officiales regios dirigere, et coherrere, haberet communem dominum, cuius correctioni talia subessent. Audiebam cursus in hoc esse primarium Senatorem terræ, atque adeo pastorem et Pontificem, vt publica crimina et excessus corriperet, pro communi bono et oppressorum iniuria sese opponeret, fecisse hoc illos qui vere Episcopi fuerunt etiam aduersus Reges et Principes. Obiiciebatur mihi sine videre plane, vt quidam, non magistratum, sed venatum gerant, vt quando oboleat vel Marsupium, vel equus, vel quidpiam tale apud aliquem qui tueri se non potest, præsertim apud Sacrificos, caluc questio Sal, aut Moneta Swidnicen, reperiatur etiam si non fuerit, damnetur, et deglubatur innocens, et id genus sexcenta. Monebar, ut saltem vræ Rmæ D. hoc declararem, quasi illa suo patrocinio horum malorum esset causa, id quod etiam multorum literis et testimonio comprobare possum. Comminatum est mihi à plerisque nisi me eum præstarem, quem publica omnium vox exigeret, me, et meam existimationem nullius apud omnes pensi futuram. Ego tamen interea neque Mti Regiæ, aut Reginali, vt mihi vtraque testis est locupletissima, neque D. vestræ Rmæ quicquam scripsi. admonebam tantum quæ potui, salua amicitia, et proditum est facere me pitte multa, vnde abeuntem me Plocka, ingens communis dolor, et fletus est prosequutus. prosequute illæ voces sacrorum Martinalium. Cur nos pater deseris, aut cui nos desolatos relinquis, Vt et mihi ipsi lacrimas exciuerint. Video passim omnes hoc meditari, id agere, vti sese ab his vexibus vindicent. qui et sunt necessariis, et in commune omnibus, præter paucos similes, sunt inuisi. Nunc tam in priuata, quam etiam publica causa, consilium imploro vræ Rmæ D. quæ secundum Deum est mihi instar numinis. In priuata causa non consulet opinor deesse seruitoribus meis tam indigne cæsis, et contumelijs affectis, et qui hæc omnia odia, et aduersitates mea causa sustinent innocenter, quas tamen ipsi sine me et repellerent statim facile, et par pari abunde referrent, nisi ego continerem. De publica causa, et

sedicionibus, que hic vigent, non opus est, ut me admoneat. demere
dos mihi esse ingratus, et offitiales regios, factionibus non me inmiscendum,
communem omnium patrem agendum, omnibus ex equo benevolentiam exhi-
bendam, neminem ledendum, que offitia sunt veri Christiani, et Ecc.iae Pre-
sidis, nam etiam is unicus est vitae et actionum mearum scopus, tantum
abest ut repugnem aliquid. Et quod ad Magistratus et offitiales Re-
gios attinet, de quo me iam sepius vestra R.ma D. admonuit, equidem
exhibetur illis a me suus honor, quamvis digniorem me ingratum gere-
re in hac terra, quam ullos alios arbitror, et fiat quodam modo prepo-
stere, ut qui primarii sunt consiliarii, et cardines reipublice offitialibus
Regiis quibuslibet, qui ministri sunt reipub. et tales presertim, quales
expediret non esse, ancillari et subservire cogantur, unde sensim omnis
decor et auctoritas ordinis Senatorii, et Pontificalis interiit, et non alin-
de magis odia et sediciones intestine prodeunt. Verum factionum in hac
terra ea est natura, et ratio, ut sive integritate, sive etiam ea arte, qua
utitur in bello gramatice participium, vitari a me nequaquam possint, citra
rerum et dignitatis mee iacturam, quando vel meum vel Ecc.e meae ne-
gotium agitur, et Sycophantissimi, ac impietatis notam, ubi offitium meum
ab omnibus, et publice privateque hominum querele exigunt, Neque ulla
alia res displicet in me magis domino Capitaneo, quam quod omnium eque
esse vellem in commune, eiusque partibus non totus adheream, Nam solo
vrae R.me D. patrocinio hic omnis eius existimatio et ptas fulta est,
unde sibi et aliis persuadebat me sibi futurum in omnibus ad nutum.
Neque ego id quidem dedignarer, nullum dispendium meum privatum respi-
ciens, si fieri posset, ut placendo illi omnibus non displicerem, et existima-
tionem bonam non amitterem, fit tamen a me sedulo, ut motus, et sedicio-
nes, que in illum fiunt, non prodeant ulterius, sed ut domi sopiantur. Scri-
bo hec impudentius fortassis tam prolixe, non eorsum, ut me adversi-
tatibus oppressum sentiam, Nam et dominus Capitaneus, et Succamera-
rius, reliquique eorum sequaces sese mihi per literas offitiosissime commen-
dare et dedere non cessant, maioremque habeo dificultatem in conti-
nendis amicis agminatim mihi se, et meis offerentibus, ne quid patet

quàm ut arceam hostilitates aliquas. Sed ut vra Rma D. fontem et rivorum omnium, que et prius permanarant ad illam, et deinceps permanare poterunt, intelligens, mihi paternum consilium praestare dignaretur, quo pacto possim et dignitatem meam retinere, Servitoribusque meis, ac publicae causae non deesse, ne nimia lenitate mea pro Epo vrsibrata vocer, et domini Capitanei condicionem non ledere, qui qualis, qualis est, versatilis, et inquietus plus nimio, semper necesse habens moliri et terebrare aliquid, nollem tamen illi per me quicque incomodari, hoc unum à vra Rma D. etiam atque etiam vehementer oro, et exposco, Cuius gratiae me, et servicia mea humilr commendo. Datum in Oppido meo Wisshkow die XXiiia Octobris. Anno domini Mo Do XXviiio.

Andreas Crziczki Eps Plocen
Petro Tomiczki Epo Cracouiensi
R. P. Vicecancell°. Auunculo

Rme in Chro pr et domine mi colenme. Reddidit mihi Olexi lras vestræ Rme D. cum nenys domini Joannis Lieszinski, quas cum suma molestia legi, neq; quid ad illas respondeam prorsus scio, tot modis sugillationum iam ab illo fatigatus, et præsertim cum intelligam illum imponere adhuc vræ Rmę D. specie simplicis probitatis, sicuti et mihi primo imposuit. Vnum scire dignetur Rmum dominum Archiepm Significasse mihi hisce diebus, se quidem comperisse me cum illo recte et fauorabilr egisse omnia, et in causa Præpositurae Sancti Michaëlis iuste et legittime processisse. Verum postulare se, beniuolentię et equanimitatis causa, vt mitterem ad se dominum Gamrath pro festo Sancti Andreæ, quod inter eos tractare vellet amicam concordiam, et is quam faueat illi, et quam non faueat mihi vra D. Rma non ignorat, vnde perpendere potest, quam iuste me ille accuset. Ego tametsi turpissime et damnosissime ab illo collusus, et insuper literis difamatoriis traductus, decreueram cum illo ius meum prosequi, mittam tamen adhuc ad Rmum dominum Archiepm ut postulat quod me vra Rma d. ad istas cum illo compositiones, que nullum vnquam finem habent, hortatur et monet, Ad priorem concordiam qua ambo manibus nostris subscripsimus, non adhibui ego neq; Italica, neq; Gamrathica consilia, sed solo domino Rambieski, cum illo ita volente, quem secum adduxerat, ut facilius me circumduxisset, sicut fecit, nam obligauerat domino Gamrath, et Carolo, in ipso articulo mortis d. Raphaëlis Epi fratris sui, clauem meam insignem Raczięsch ad biennium pro anno gratiæ defuncto domino Erasmo Epo debito, Simili molendinum, et decimas quasdam, rogauitq; me vt id loco anni gratiæ quem sibi debebam, ratum haberem, habui licet magno dispendio. Rogauit item vt debita Ecce, et Capitulo, quorum erat circiter mille flor. pro se soluerem, et loco illorum acciperem debita hic sibi derelicta

summe maioris, vnde etiam non parum lucri multum promittebat, annotauitque manu sua ipsorum debitorum supra mille flor., obligans se, si quid deesset, ad rationem mihi teneri, quorum pars in rerum natura non fuit, pars remissa ab illo postea creditoribus per secretam compositionem datis cum antidatis quitanciis, quando ego me Ecclesie, et Capitulo ad solucionem obstrinxeram. hoc an probum, an fraternum sit factum? vestra d. Rma iudicet, quorum omnium extat testimonium manus ipsius et aliquorum creditorum confessio. de quibus et aliis id genus multis, longum esset scribere. Hortari me dignetur vestra Rma d. et quidem recte et paterne, vt me ita hic geram, ut omnium mihi amorem et parem, sed res perardua est, et quam nemo mortalium adhuc est assequutus. quod prestare possum, fit à me sedulo, ut nulli iustam odii erga me causam prebeam, neque turpe duco, odio haberi ab his, qui odio sunt bonis omnibus. Hodie vado in Raczioasch. audio ad quingentos equites illic congregatos circumcirca ad prodeundum mihi obuiam, et ingrediendum mecum putantes mea aliquid interesse de hac tragedia, quam hic dnus Lieszinski aduersus dnum Gamrath excitauit cum magna penitudine istorum, qui hoc negotium aggressi sunt. Ego promisi ne quid istorum fieret, sed ut vtraque pars lesa contineret se tam diu ab ingressu in Raczioasch, donec capto cum Senioribus consilio de modo concordie eos illuc aduocarem sub certo equitum numero, Et spero illos ita facturos plusque illic exercitii, quam sanguinis effusum iri. Nouit Rma d. vestra tales congregationes que non raro fiunt apud nos partim ad limites, partim ad alia, quantam stragem, sed pocularium tantum edant. nam quod d. Lieszinski scribit iam multos ob hanc causam mactatos addere debuit boues et pullos, non homines, vtrumque vulnerati sint aliqui, modice tamen neque hoc nouum est tueri per amicos et Principes possessiones Sacerdotiorum, vt non solus in hoc dominus Gamrath sit vituperandus, et presertim vim passus. De aduentu Maiestatis Regie ad Conuentum nostrum, idem ego etiam olferi, quod scribit vestra Rma D. qui id consulunt nihil aliud, quam ut bellum vel potius tumultus intestinus fiat, student.

Sentio nova et pernitiosissima quedam molimina partim in ordinem nostrum Ecc[tium], partim in bonos alios, adversus has dominas vineas remedium esset tempori cogitandum, et sumendus animus his depravatissimis temporibus oportunus, neque cedendum malis, sed contra audacius eundem. de quibus omnibus coram latius. Commendo me gratie v[est]re R[everendissi]me D. quam d[omi]nus Deus servet semper sospitem et felicem. Ex Arce mea Poltovien[si] feria tertia in vigilia Sancte Catherine Virginis Anno domini M°. D°. XXVIII°.

Cricius. Tomicio.

Mi R[everendissi]me domine. Habui post scriptas has literas significationem a amicis meis, dominum Dobrzinen[sem] difficillimum esse ad continendum, ne ad Karziaesch mecum ingrediatur, vult enim coram me cum amicis et equitatu suo comparere quem habet instructissimum. Idem vult d[omi]nus Palatinus Masovie, qui non minorem habet comitatum, me maxime invito, quominus hunc libenter videam concordie causa, ita hic exosus sum omnibus. Pars adversa sentiens se confusse stationem, sublegavit ad me meum Suffraganeum, et Abbatem Plocen[sem] qui persuaderent duo, alterum vt in partem neutram declinarem, alterum ut a profectione ad Conventum me continerem, sed ut alibi dissidentes ad concordiam reducerem. De primo respondi, non fecisse me hactenus quicquam partiale, neque facturum esse, nisi coactus fuero. De secundo, traductum me esse per dominum Lieszinski, et quosdam alios, quasi huius turbe auctor fuerim, et nunc me, et meos penas dare. Si abessem a Conventu, traducerer magis, quasi timore perculsus abessem, ne quid eorum mihi contingeret, quod in Szroda plerisque contingebat. Deinde interesse mea quales amici pro bono reipublice, et Ecc[lesi]e deligantur. His omnibus convicti, et gratias mihi agentes discesserunt. Vado itaque in dei nomine, utcunque res cessura sit, duntaxat cum familia, et capitaneis meis, ita tamen provisus, vt in omni eventu tutus esse possim, illic videbimus vter vtri magis ope et gratia prestabit. Mi R[everendissi]me domine videri quidem he turbe possunt Ecc[lesi]o Presidi non usquequaque congruere. Sed

non omnibus temporibus temporibus omnia conuenit. Proindeque redemptor noster instruens discipulos suos, modo neque peram, neque baculum ferre, modo loculos habere, et ex duabus tunicis vnam vendere, et gladium emere iubet, et ipse nunc dat pacem suis, nunc testatur, se non pacem, sed gladium mittere venisse. Incidimus in hoc seculum, vt ista magis quam patientia et mansuetudo necessaria videantur ad statum Reipublicae et nostrum manutenendum. Et in hoc tam ampliter dotatae sunt Ecclesiae potius quam in luxum et quietem, et maiores nostri fortissimi Praesules ita olim religionem, cum tempestas ex Bohemia ingruebat, conseruarunt. nihil tamen committetur a me deo iuuante professione mea indignum. Supplico boni consulat, vestra Reuerendissima Dominatio etc. Has meas tumultuarias nenias, in quas velim nolim rapior fato quodam, siue huius prouinciae siue meo, nam sicut illam supra omnes mortales amo et obseruo, ita vereor ne delatores mei, quibus nimis aduersum me fidem praestare solet, gratiam eius imminuant.

Cricius Tomicio Episcop.

Reuerendissime in domino, domine colendissime. Ago maiores, quas possum, gratias vestrae Reuerendissimae Dominationi, quod cum alia multa, tum et ea, quae nouissime significauit, et consuluit Maiestas Regia, de conuentu nostro, mihi perscribere dignata sit, et placent mihi omnia, quae in hac re illi consultiora videntur. Ego exhortatus per dominum Choienski misi his diebus ad Maiestatem suam visendi et inuitandi illam ad me causa, nam et commodius iter hac esset illi faciendum. Suasi multis rationibus, ut ad Conuentum nostrum venire dignaretur. Sed suasi non minus ne Maiestas sua rebus incompositis illinc discedat, ita, ut si vtrumque Maiestas sua praestare non posset, alterum potius esset eligendum, nam, mea sententia, maior accederet animus nostris seditiosis et nouatoribus varia moliendi, dominiumque illud in ancipiti penderet. Si Maiestas sua id, quod illic aggressa est, non transigeret, suasique

vt si Mtas sua nequaquam ad nos tam cito venire posset, mitteret noie
suo dominum Castellanum Gnesnen cum aliquo ex dominis Lituanis,
qui et Mtem suam necessitate illius dominii excusaret, testareturque
aliquam erga nos illorum propensionem, et ad communem defensionem
statuendam nos exhortaretur, ut ea significatione deinceps aliquo
modo nostrorum animi, et ad salutaria consilia suscipienda excitaren-
tur. Consulere non ausus sum de producendo ulterius Conventu, ne, si
quid boni fieri deberet, sero fieret, tamen, ut dixi mihi hoc consilium Rme
vrae d. valde probatur, quod omnino utilius est, quam nos absque ca-
pite in tanta licentia, et rerum motibus consultare, et quasi in flucti-
bus absque nauclero navigare, unum maxime vereor, ne Mtas sua nos
de adventu suo promissis ducat, et interim nos consulere iubeat, qui si
in ea expectatione moraremur, frustra omne tempus, mea sententia
in mutuis conflictationibus consumeremus, tamen hoc me solatur, quod
audio in his omnibus terris maioris Poloniae nuncios esse designatos
cum insignes, tum probos. Ego hic idem pro parte mea curavi, et quos
volui, designari feci.

De turbis, que hic exorte erant, ut per me composite sint, nescio quis tam
cito, aut quam vere Rme d. vrae significavit. erat in istis ex utraque
parte exercitus, et ingens in sese fremitus, tamen benignitate dei ita
omnia sopivi ut volui, de quo nolo plura, nisi ad declarandum vrae Rme
d. me nihil perperam egisse, ut quidam calumniati sunt. Mitto illi li-
teras Capituli mei, de processu etiam in causa Prepositurae Sancti Mi-
chaelis, me nihil excessisse hoc vra Rma d. testimonium habeat,
quod dominus Archiepus Preposituram ipsam domino Gamrath adiudica-
vit, mihique gratias egit amplissimas, quod adversus istas secularium
temeritates, me tam intrepide opposuerim, neque permiserim hoc initio,
me, et meos in pugnum redigi. Dominum vero Lieszinski condemna-
vit et corripuit acriter de his omnibus que adversum me gessit
Supplico itaque vrae Rme d. ut si non meliorem, parem saltem de
his actionibus et innocentia mea habere velit existimationem, na

multa huc scribuntur de hac re, aliquibus que credere non possum.

Quod vero Rme d. vre non probatur illa mea Sententia, non omnibus temporibus omnia congruere, neqz patientiam et mansuetudinem semper conducere, et arma interdum Ecce presidi convenire. producitqz exemplum Chri, ut suos Aplos inermes esse voluerit, et relegat me ad divum Ambrosium, et alios scriptores Eccos. ad ea paucis respondendum duxi cum illius bona gratia, non quidem ut Thrasonem aliquem bellatorem prestare velim, qui nihil unqz neqz bellicum gessi neqz gerere velim, nisi eo adigat vel pietas, vel necessitas, sed partim reddende rois causa, de hac que in me est fides et sententia ut vult Aplus, partim quod apprime delector hisce diatribis, que et ingenium exercent, et ad vitam recte instituendam conducunt, neqz vram Rmam d. cui herbam in omnibus porrigo, sed dominum Maczieiowski, novum ac recentem pugilem, ad hanc arenam provoco.

Primum vero mi Rme domine, non inficior id totum quicquid de exarmatis Aplis, de patientia, et mansuetudine proditum est in Scripturis verum illa vicissim infitiari non potest, eundem Chrum, qui Aplos primus et pera et baculo exuerat, postea rursus et peram habendam, et gladium emendum illis precepisse, non ut palinodiam caneret, sed ut hac duplici Aplorum missione, duplicem Ecce statum designaret. in primo enim voluit suos omni humano presidio carere, ut fides eius sola ipsius virtute incrementum sumpsisse videretur, quemadmodum et premeditandum tunc vetuit, quid ante iudices et presides loquerentur, cum tamen nunc id nemini vitio dari possit, neqz tunc vel gladio vel pera opus fuisse videbatur, cum omnium omnia essent communia Quamvis et illo tempore Petrus Ananiam, et Zaphiram damnavit ad mortem corporis et anime ob fraudatam paucula pecunia Eccam, tantum abest ut etiam tum neglectui essent cum bona Ecce dicata, tum malorum coherctio. In secundo vero statu, ubi voluit suos totos et solo

diuino presidio dependere, sed uti etiam cura, et viribus suis, et iux-
ta diuinas et humanas leges vitam agere, Quemadmodum, vt inquit
hoc loco Chrysostomus, qui natare docent, primum manus supponunt,
et natantes altentius sustentant. Postea vero manus subducunt, et illos
seipsos sustentare iubent. Commisit verbis clarissimis habendas peras
et gladios, Vt hinc facessant omnes tropi, et alegorie moralisantium
quibus omnia omnifariam interpretari et inuolui possint, alioquin Eccl^a
que scripturarum habenas tenet, et est, Vt Apl̃us ait columna veritatis,
male vteretur, et bonis temporalibus, si et gladio illi vti non liceret. Cu
enim prohibitus fuit baculus, prohibita fuit simul et pera, proindeque,
vel vtrumque dimittendum esset, vel vtrumque retinendum, nunc tame
Ecc^a in hoc secundo Statu et licite possidet bona temporalia iuxta
verbum domini, et duos habet gladios, à qua seculares ptates vnum
accipiunt, et illa vtroque quando opus est vtitur. quod si hoc illi facere non
liceret, tota proculdubio tot seculis erraret via, quod piaculum est exi-
stimare. Que de pacientia et mansuetudine traduntur ab Ecc^tis scripto-
ribus, traduntur et ab Ethnicis ad frenandam hominum licentiam, cete-
rum longe aliud est tradere, aliud re ipsa prestare. Chr̃us precepit
alteram maxillam prebendam percucienti, non tamen illud ipse prestitit
apud Annam, quod non expedire videbat. Similé et Paulus apud Ana-
niam. Et cum dominus docuerit reum esse Gehenne, qui fratri suo
diceret fatue. Apl̃us tamen Gallatas eadem Epl̃a et fratres et fatuos
appellat citra crimen, quod ita res postulabat, Porro non omnis man-
suetudo, neque omni tempore conducit maxime presidibus, qui non adeo
sibi, quam his, quibus presunt, boni sunt vel mali iuxta munere sui ad
ministracionem. Quale autem munus sit Presidum Ecc^arum, satis tum
scriptura, tum vel ipsorum insignia declarant. quid enim designat.
Thiara bicornis aliud, quam vtriusque testamenti ad proterendos aduer-
sarios scientia, quid pedum seu baculus pastoralis altera parte incur-
uus, altera ferea cuspide acuminatus; nisi cum ptatem attrahendi de-
uios, non solum verbo et exemplo, sed vi etiam iuxta illud compelle intrare
tum vero Iurisdictionem feriendi et corrigendi quos oportet, vt scriptum e

Reges eos in virga ferrea. Quid denique famulitium, quod amplum Praesules Ecc^e conuenit, et oportet alere, num ad ingeniculationes et fruges consumendas potius quam ad sui et suorum praesidium alitur? quale autem praesidium est absque telis et armis? Si omnis omni tempore et in omnibus patientia et mansuetudo seruari deberet, concideret omnis in diuinis et humanis rebus pars et iustitiae ratio, quae tam in cohercendis malis, quam in fouendis bonis consistit. Proinde quoque Praeses Ec^cus recte non thiara solum scientiae, sed etiam baculo correctionis et quidem acuto est insignitus. Nam ait Hieremias, maledictus qui prohibet gladium suum a sanguine. Et Apostolus ad Epos et Pastores, in promptu habentes vlcisci omnem inobedienciam, non pati dixit. Quare expensis tot diuersis Sentenciis et rationibus scriptorum quando, et quatenus, et a quibus litigare, conuiciari, punire, belligerare, et rursus remittere, benedicere, et pati conueniat, necesse est, mea quidem sententia, ad subtilem illum fratrum Silogismum, bucella panis frangit ieiunium, et bucella panis non frangit ieiunium, deuenire, ut vere dicamus, arma Ec^co conueniunt, et arma Ec^co non conueniunt. Quemadmodum et medico venenum conuenit, et non conuenit, hoc tanquam salutis ministro, illud tanquam noxiorum humorum purgatori. Nam sicut corpus humanum variis et diuersis morbis expositum, variis et diuersis remediis opus habet, vt aliquando quidem leniri, et foueri, aliquando vero secari, et vri illud oporteat, ita corpus Ecc^e variis, et diuersis infirmitatibus partim totum in commune partim singulatim membra quaelibet obnoxia, variis et diuersis remediis indigent. et medici, qui sunt pastores et doctores testimonio Christi, cum dixit, sanis non opus esse medico, sed egrotis, variis et diuersis remediis hoc corpus foueant et medeantur necesse est, et fit quando non aliud magis, quam ferrum, aut ignis conducat vel ad curandum vel saltem ad precidendum id quod putridum est, et salutis deploratae. Sic Aplus, cum adhuc gladius secularis non venisset in ptatem Ec^eam optauit vt abscinderentur, qui Ecc^am conturbant. Sic olim, vt taceam veteres, optimi Praesules Andreas Posnanien, et duo Wladislamien, pullulantem in Regno nostro Heresim propulsarunt, multos insignes pacti

ad carceres, et palinodiam redigendo, partim ferro et igni mulctando
sic Julius Pontifex, cum tirannos et Sacrilegos deleuit, tam schisma perni-
tiosissimum non à fece curularia, sed à summis Cardinalibus et Epis,
fautoribus, Cesaribus, et Regibus, subortum, celerrime sustulit, et
ob hoc ab Hereticis adeo sugillatur, cuius fortitudinem utinam Leo potius
quam suam lenitatem, ne socordiam dicam, in hac nascente Ecclesiae calami-
tate sequutus fuisset, non eo loco esset rerum nostrarum summa, sic
neglecta solent incendia sumere vires, ut semel finiam. Cum gladius
noster Spiritualis adeò nunc habet, ut non solum contemptui, sed etiam
derisiculo sit improbis, Secularis vero, in comunes omnium hostes obtu-
sus, adeo in Ecclesiam dei, quam tueri deberet, acuitur, neque sane doctrine
aut legibus ullis paretur, omniaque sursum ac deorsum miscentur. Etiam
atque etiam affirmo, hoc demum esse tempus, quo censuit Christus ex du-
abus tunicis unam vendendam, et gladium alterum emendum, non enim
de uno, sed de duobus dixit, sufficit. neque Petrus, quod Malchum percus-
sit, correptus fuit, sed quod non iussus percussit, unde illa comminatio
omnis qui accipit gladium, nempe qui illum propria voluntate capit
et vibrat, non à potestate superiori traditum, quemadmodum et illud
nemo sibi sumat honorem, nisi vocatus, alioqui non recte predixisset
Christus, omnes gladio perituros, qui gladio uterentur, cum multi alr
decedunt, ut ait Augustinus, nec propterea tunc ferire gladio vetuit,
quem habere preceperat, quod numquam posthac esset feriendum, Sed
ut qui offerri voluit, non inuitus offerri videretur. De Principibus, et
potestatibus, dictum est ab Apostolo, quod omnes à deo, et dei ministri sunt
nec frustra gladium gerunt, nempe ad vindictam malorum, et
laudem bonorum. Episcopos vero et Pontifices, esse Principes, testatur ipse
Apostolus in Actis, et David Constitues eos Principes super omnem terram
et ministros dei idem Apostolus vocat. Sic nos existimet mundus, sicut mini-
stros dei. Concludo itaque cum Augustino. Nulla instancia precipientis,
Sed ratione dispensantis pro temporum diversitate, precepta, vel consilia
vel permissa mutantur, nullo vero tempore magis, quàm cum in-
stat tempestas, velis et remis omnibus esse incumbendum. Det rogo

veniam. vra Rma D. logis istis longis et incondit[is], quibus saltem cum aliud non est, libet cum illa pro voluptate mea confabulari, et nostram disiunctionem solari. Cuius bone gratiae me ex corde commendo. Ex arce mea Poltomien die xx^a Decembris. Anno domini M^o D^o. xxviii^o.

Cricius Tomicio

Rme mi domine, Venit huc ex Russia quidam non vulgaris ad fratrem suum qui nonnullorum insignium et singularem habet gratiam et multa novit secreta is narravit mihi mira de conspirationibus quibusdam novis, mira quidem non de omnibus sed de his de quibus vra Rma D. ~~magnam~~ nunquam suspicari posset, et quos secum quasi unum putat, internunctiis talibus qualium mores et ingenium maxime probare solet. turbatus vehementer, quod nusquam tuta fides. Volui hoc vrae Rme D. indicare, nec plura sapienti, ipsa enim pro sua prudentia et melius ista scire et ubi volet cautius providere poterit, quam ego vel intelligere vel consulere possem, cui me humiliter commendo. Ex Poltowska in vigilia S. Thome. Anno domini M^o D^o. xxviii^o

Petrus Tomiczki eps Crac Vicecancell
Andree Cricio epo Plocensi

Rme in Chro pater et domine, nepos charme. Accepi lras vestrae Rme D. quibus iterum innocentiam suam excusat circa ea que ob tuendum Jus domini Gamrathi Decani et Scolastici Ecce sue suscepta a se fuerunt, et acta, quam excusationem ego uti est facile admitto, et persuaderi mihi patior. Quamuis neque necessitas ulla exigebat, neque ego ut apud me fieret requirebam. Nanque ea que aliquando de his rebus ad vram Rmam D. scripsi, necessitudinis et commendationis nostrae mutuae offitio eram potius adductus, quam quod vel accusare factum vel actiones eius instituere dirigereque vellem preterea etiam quod gratam rem me facturum D vre Rme existimabam si id quod mecum dominus Joannes Lieschinski de illa per lras expostularat, cum illa communicassem. quod tamen offitium meum, quo animo vra Rma D. suscepisse mihi videatur, taceo in pns. Illud certe tacere non possum, quod scribit ad multos multa istuc scripta esse et quibus innuere velle videtur, me alienius aliquid de se credere existimari, quam vel virtus ipsius vel dignitas postulare videantur, tacere non possum, Nam et ob illa ipsa que istuc scripta esse commemorat ego incusari in me non possum, vanitatis non sum usque adeo studiosus, ut indigna aliqua vel dicere vel curare ad iniuriam alicuius debeam, et hoc quod de mea erga se existimatione mihi attribuit vra Rma d. non ex mea aliqua culpa causam dixit, sed ex seipsa, que ex eo quod vel ipsa diffidit, vel ab aliis inique de me suspicantibus audit, argumentum sibi facit in meo erga se amore et offitio addubitandi. Quare illam plurimum rogo, ne istiusmodi suspitionibus et hominum vocculis amplius se abduci in eam opinionem sinat, ut existimet me aliter de se sentire vel existimare

debere, quam et mihi convenit, et ipsa iuste mereatur.

De Pawlowski servitore d. vrae Rmae, tametsi et alias iam commendationem meam apud dnum Stanislaum Lanczkoronski Capitaneum Camenecen fecerim, faciam tamen et secundo adhuc, libenter tam apud illum quam apud alios patronos Ecclae Osswieczimen, et scribam ut optat, ad d Scolasticum et Vicarium meum Cracovien, ut per occasionem cum ~~illis~~ dictis patronis quos nancisci Cracoviae poterit meo nomine diligenter pro eo ipso Pawlowski agat

Restat ut vrae Rme D. ad ea respondeam, que pagina prolixa ad comprobandam opinionem suam ad me perscripsit, Sed equidem neque tempus hoc ad respondendum singulis satis aptum esse mihi videtur cum itineris et profectionis ad Conventum Varsovien suscipiende cura occupet et distrahat animum, neque ego etiam meae etati studium hoc prae exercitamentorum et disputationum convenieus esse putem. Quantum tamen ex summa scripti totius d vrae Rmae perspicere et colligere possum, nihil est quod mihi cum illius sententia amplius non conveniat, nisi quod illa armis materialibus Ecclesiam ordinem vti nonnunquam debere, ex doctrina Christi opinetur, Ego autem spiritualibus esse utendum ex eiusdem authoris sententia arbitrer, Nam quod ad illud attinet non omnia temporibus omnibus convenire; tantum abest vt in contrarium aliquid putem esse iniquum opinari quenquam debere in adversum, quinetiam et personarum et loci suam habendam esse a viro prudenti et perito rationem dignum et equum esse censeo, Adducor autem ego apostolorum exemplo vt prius scripsi, et sanctorum Patrum institutis atque doctrina, vt credam non vllo ferri genere sed vite innocentia, Justitia et modestia nos armatos et tutos esse debere. Nam et Apli ipsi Christi sententiam recte interpretati, relicto ferro ferro, fide, innocentia, mansuetudine, et patientia sola sunt semper vsi, et patres religionisque nrae bene instituende autores, non tantum scriptis sunt abunde testati, sed vite sue documento preclare ostenderunt, telorum omne genus a professione nra alienum esse

vtque idem ab omnibus credatur et obseruetur, quod illis et doctrina et spiritus rectus cognoscere atque sane intelligere permissit. Ecce concilium doctorum, presidium reperit vt pro ferri vsu, excommunicationis clipeus et pena ordini nostro defensio fieret, cum preterea profani homines potissimum reniti iam conantur, quod nostros videant Iurisdictionis sue fines egressos, et in illorum se professionem et actus liberius immiscere, sed ne non prestare videar, quod sum ab initio pollicitus finem his faciam et permittam D. vram Rmam arbitratu suo Sacre scripture sententia vti, me certe in ea esse et perseuerare iocundum et tutum videtur, quam tanto temporis spatio diligenter colui et seruaui. Ego hinc in Crastino Sancti Thome Cantuarien Bodzecinum versus discedo, vbi biduum commorabor, deinde in Ilsam proficiscar, et post modum illinc varsouiam recta iter faciam. Cupio felicem esse vram Rmam D. et optime incolumem vtque me amet, et non amplius de me diffidat, plurimum illam rogo. Ex Kielcze die Innocentium. Anno domini M.D. xxix.

Petrus Tomiczki Eps Cracouien Vicecancell Andree Crziczki Epo Plocen: Nepoti suo.

Rme in Chro pater et domine nepos charmme, Plurimas ago et habeo gratias vra Rme D. quod de conspiracionibus quibusdam in Russia factis, me admonuerit, de quibus iam ante quoque ego aliquid presenseram. Vbi vero scribit eas ipsas conspirationes fieri seu factas esse his intermunctiis quorum ego mores et ingenia maxime probare soleam, id credere non possum. Namque ego praua pro rectis, et iniqua pro equis ingenia vel homines versipelles et callidos, factionum et conspirationum studiosos pro probis ac integris, vel amare vel laudare non consueui. Venim ex tota fere mea acta vita, nouisse satis potest vra Rma D. me nunquam in eiusmodi rebus, recta et honesta sententia abusum esse, nisi cum forte falli et decipi quod humanitus euenire solet indicium meum ab aliquo contigerit, ac ista quidem omnia vti vti sunt, fero equo aio,

Impedire enim illa non possum, que si in lucem quandoque proferentur et
ad reipub. salutem et commoda pertinere mihi videbuntur, adiungam
me illis facile, et operam meam ad ea accomodabo non invitus, Sin
vero minus recta et proba erunt, sententiam meam pro virili tuebor
in contrarium, Cetera deo et Principi curanda relinquam, cuius maxime
interest rempub. incolumem, et seditionibus perniciosis vacuam esse.
Valeat et sit felix vestra Rma D. et me diligat. Datum in Kielce

Cognovi ex nonnullorum amicorum meorum literis que nuper mihi Vilna
sunt allate, Maiestatem Regiam ex persuasione nonnullorum Consiliariorum
Regni, cogitare a Conventu futuro Varsovie indicto, abesse, quod si ita
futurum esset, Ego certo mihi persuadeo, paucis omnem consultationem
illic absolvi posse. Neque enim aliud effici Maiestate sua absente vel decerni
posset quam bellica nobilium expeditio sine ulla collatione tributi, quod
tametsi domini Seculares nobis etiam absentibus, per se possent statuere.
Ego tamen me ad Conventum illum venire preparo et accingo, atque
ob id iam premitto meos Varsoviam nunctios, ut ea que opus sunt dispo-
nant et procurent oportune, felicissime valeat vestra Rma D. et me di-
ligat atque habeat commendatum.

Andreas Cricius Eps Plocen.
Petro Tomiczki Epo Cracovien. Vicecancell°.

Rme mi domine, domine mi colendissime. Nescio fato ne aliquo an occupatione d.
Chojenski factum sit, ut litere vestre Rme d. ad me, et mee ad illam sint
nunctiis nostris tradite, mox igitur expediui hunc meum puerum ad illam
cum ipsis literis, et rogo ut meas mihi remittere dignetur, apperui ante
faciem solum putans in superscriptione illius errorem commissum esse. Sed
literas omnes vidi ad Rmam d. vestram pertinere, quas omnes intactas mit-
to solum exemplum legi literarum ad Consiliarios, et quantum coniicio hec res
est quam metui, ne vero Maiestas Regia ducat nos vana spe adventus sui

vnde multi tardius venient, et multa alia incommeditia fiet, non du-
bito meas literas eiusdem tenoris esse, Itaque oro vram Rmam D. vt si
quid illi seorsim sit scriptum, mecum communicare non grauetur, verum
de aduentu Regio hoc et pueri hic persuasissimum habent, Matrem suam
non venturam esse, et ita ex his aliorum amicorum conijcio, oro item
vram Rmam d. significare mihi dignetur, quo die varsoviam ingredi di-
gnabitur. Scriptum est mihi ex Szroda inter alia, dominum Posnanien Castel-
lanum non venturum, et plerosque alios, vtcunque est ego spero quod decer-
nemus aliquam aliam defensionem, quam bellum, quid alii cursuri sint ne-
scio, verum nos ad bellum nequaquam consentiemus, Mi Rme d. que prius
scripsi de malorum conspirationibus et nusquam tutam fidem, idem nunc
repeto aduersus quas pestes nihil conducibilius puto, excelso et infracto
animo, habeant sibi monachi suas patientias et mansuetudines, quas neque
ipsi habent, quando se et sua tueri volunt, neque dubitet vra Rma do.
quin vbi animum intendere et modico plus acuere dignabitur, totum hoc
desiderium peccatorum peribit incidentque in foueam quam faciunt. Comme-
do meam seruitutem in gratiam vrae Rme Dis. quam iterum oro
vt quando et quo die varsoviam ingredi dignabitur mihi perscribat,
et si quid habeat noui. Ex arce mea Poltomien die Innocentum.
Anno domini Mo. Do. xxviiio

Petrus Tomiczki Eps Cracouien
Andree Cricio Epo Plocensi

Rme in Chro pater et domine, nepos charmme. Nudiustercius nocte intempesta puer meus ex Lituania rediens literas dtis vestrae Rme pro meis mihi attulit, quas dum ego confidenter et sola tantummodo Rmi nota inspecta, que in initio inscriptionis collocari solet, resignassem, non prius agnoui non meas esse qm bona iam primę paginę lrarum domini Choieski parte perlecta, vbi responsionis argumentum ad mearum lrarum rationem nihil facere videbatur. In quam imprudentiam cum errore alieno non mea culpa me viderem esse deductum, minus id grauiter tuli, qm si aliter euenisset. Nanque satis confidebam vram Rmam D. erroris causa cognita, id quod accidit boni et ęqui consulturam. Decreueram autem ego Nuncium meum iam cum hisce literis ad d vram Rmam mittere, nisi puer eius tam oportune aduenisset et anticipasset factum meum, per quem ipsum puerum omnes eas lras, que ad me fuerunt per errorem allate, dnam vre Rme remitto, et de meis tam celeriter ad me transmissis, ago et habeo illi magnas gratias

Mihi Mtas Regia declarauit voluntatem suam, quod abesse ab hoc proximo Conuentu nro omnino velit, propter impedimenta negotiorum illius reipub. Magni Ducatus Lituaniae, que qm magna cura inchoata essent nollet Mtas sua relinquere imperfecta, hanc tamen suam sententiam et voluntatem aperire me adhuc nemini voluit Mtas sua, fortasse quod metuat, ne non conueniatur a multis ad Conuentum si eam presenserit, et de hoc quidem quid alii statuant vel cogitent, plane ignoro, de me equidem hoc certum est mihi consilium, Vt omnino eam Varszouiam, et hac rone, et meo offitio, et mandato Mtis Regie satisfaciam, quam cito at Varszeuie sim futurus, sum adhuc incertus, Nanque itineris mei ronem nondum satis recte cum diebus contuli, Sed tamen ita cogito, Vt uel tercio

vel quarto ad summum die post festum Sanctorum trium Regum Varsoviam applicare possem.

De conspirationibus factis, aliquid in eam sententiam prout scribit vestra Rma d°. Dnus Choienski etiam ad me p̄tibus literis scripsit, quod ego cum aliis, tum cum vra eximius, vre Rme D. communicabo

De domino Luca de Gorka Castellano Posnamien quod scribit D°. vra Rma, ego iam antea quoqz cognovi ex ipsius literis, q scilicet cogitet non venire ad Conventum ubi Regem non adfuturum intelligat Ego tamen si commode potero, meis illum literis exhortabor ut veniat, Cupio bene et feliciter valere d. vram Rmam illamqz ut me amet plurimum rogo. Datum

Sigismundo primo regi Polonie Petrus Tomiczki eps Cracovien Vicecancellarius.

SAcra Regia Mtas et domine, domine clementme.

Post servitutis et orationum mearum humilem commendationem. Accepi ex amicorum sermonibus et literis, Dnum Hieronymum Laski cum hic nuper in Regno Mtis vra esset, multaqz loca hac atqz illac percurreret, plurima ad iniuriam et contumeliam meam esse palam prosequutum, Sed maxime ob id graviter de me esse questum, q me scilicet impediente et contradicente, Marienburgen Capitaneatum non fuerit a Mte vra assequutus. Quamobrem inimicitias mihi aperte denunciasse, et istius rei iacturam ex ultione et periculo meo dicitur repetere velle, Ac tametsi ego quidem circa Capitaneatum predictum nihil ex invidia, vel odio uti est cognitum Mti vre contra illum vel suaserim vel fecerim et hoc solum egerim apud Mtem vram, ne Ds. Palatinus Posnamien bonus et antiquus servitor et Consiliarius vre Mtis illo ipso Capitaneatu Mariemburgen, absqz ulla culpa et demerito suo privaretur, quia tamen illum hominem temerarium et desperate

esse, libidiniq[ue] et insolentiae sue nunc magis q[uam] ro[ti] ulli obtemperare
intelligo, vereor, ne quid alieni contra salutem dignitatemq[ue] meam per-
petraret, Namq[ue] et hereditatem suam omnem obligavit et inscripsit, par-
tem domino Joanni Chelmski pro sex milibus flor[enorum] numeratis, par-
tem domino Mielieczki, et domino Colaczkowski, partem uxori sue,
una duntaxat villa sibi libera, et ab omni obligatione vacua reli-
cta, preterea video q[uod] multa mala committuntur apud nos propter im-
punitatem, q[uo]d patrocinia que auxilium et favorem sceleratis impertiunt,
augent in dies magis audaciam et scelera improborum, Et sane ego
omnem spem meę defensionis contra impios conatus dicti hominis in
M[aies]te v[est]ra habeo collocatam. Cuius ad nos adventum tanto alacriore
animo experto, q[uan]to magis confido illam authoritatis suę protectionem
mihi ita accommodataram esse ut ego in tuto esse possem, quod ad me
attinet, dabo operam diligentem, ne quid per vim et apertam iniuri-
am in me admitti possit. Ceterum de occultis vitę meę periculis et in-
sidiis ad dei Omnipotentis iuditium et custodiam refero, equissimo la-
turus animo quicquid quod provideri a me non possit admissu divine
M[aies]tatis suę mihi contigerit, Me et meam humilem servitutem commendo
M[aies]ti v[est]re Ser[enissi]me, quam d[omi]nus deus cum suis omnibus sospitet et prosperet
in omnibus. Ex Kielcze

Petrus Tomiczki Ep[iscopu]s Cracovien[sis]: Vicecancell[arius]
Stanislao Gomolinski Notario terre Siradien[sis]

GEnerose et c[etera]. Agimus et habemus vobis magnas gratias, q[uod] de hostilitatibus
et insidiis, que adversus nos struuntur, aut forte iam structe et meditate
sunt, per dominum Judicem Cracovien[sem] primum, deinde per d[ominos] Zamoyski
et Jzdbienski Canonicos Ecc[lesi]ę nostrę nos premonueritis et feceritis certiores,
Curabimusq[ue] hanc v[est]ram erga nos propensionem et benivolentiam officiis
amicitię et gratificatione n[ost]ra per omnem occ[asi]o[n]em semper referre. Sed ca-
vebimus ita ut admonetis pro virili n[ost]ra, ne nostri inimici vi aliqua aperte no-
bis nocere possint, Ceterum de occultis vite n[ost]rę insidiis ad dei Omnipotentis

interitum et custodiam nos referrimus, et qdo in ea tempora incidimus, vt
et nos ~~tempori~~ Episcopi tuti et securi in hoc regno nostro Chriano et libero esse non
possimus, feremus equissimo animo, quicquid, qd provideri a nobis humano inge-
nio et consilio non possit, permissu divine Mtis sue nobis contigerit. feliciss^me^
valete, in Kielcze die Conceptionis Mariae, Anno domini M° D° XXVIII°.

Ioannes Garnkowski Eps Cuiavien
Petro Tomicio Epo Cracovien. Vicecancell^o^

R^me^ domine, domine mi et patrone colen^me^. Post debitam perpetuamque ob-
sequiorum meorum in gratiam R^me^ D^is^ vrae commendationem, Quum sci-
am D. vestram R^mam^ non habere istic cerevisiam suo palato fortasse respo-
dentem, mitto de Premislien duo vasa, que vtinam placeat sitque ei salutaris
quam d. vram R^mam^ prestet incolumem deus in longum evum, Cui me
officiumque meum, si cui est futurum vsui commendo ex corde,

Hic non habemus novi quicquam, quod enim dominus de Lasko inter Polonos
presertimque in terra Siradien gloriabundus iactet, atque sydera efferat suas
operas apud Thurcum Reipub. nostre plusquam vtiles, itidemque quantum valeat
gratia et authoritate apud Imperatorem ipsum idque genus, vbi etiam in-
vehitur in vram D. R^mam^, reor hec apud eam non haberi inter nova,
Hec autem mihi nuper retulit dnus Iudex Cracovien, qui venit de Siradia,
remque habuit compertam, quum ex aliis, tum vero etiam ex ipsius domini
Palatini literis ad quosdam illius provincie indigenas, presertimque ad D^num^
Gomolinski Notarium terre Siradien, vbi et nomen d. vrae R^me^ expressit
In hec verba, si inquit, hec Epus Cracovien fuisset, cantaretur per vni-
versum Regnum, Te deum laudamus, etc.

Hec ego pro fide et observantia mea, quam R^me^ D. vre debeo, referre volui,
cuius gratie me iterum iterumque commendo

Intelliget etiam R^ma^ D^o^ vestra ex literis Augustini ad me datis, et partibus

inclusis, quot et quante copie gentium germanorum veniant ad Serenissimum dominum Joannem Regem Hungarie. Si quidem vera hec sint que scribit ille manu propria etc. Cracovie vii Novembris Anno domini M° d° xxix°

Petrus Tomiczki Eps Crac Vicecancell
Joanni Carnkowski Epo Premisliensi

Rme. Et Nuntius et lre vre d. quibus mihi salutem perscribit et nuntiat fuerunt mihi gratissime. pro quo illius offitio, et vna pro duabus vasis cerusie Premisliensis mihi dono missis plurimas ago et habeo vre Rme d. gratias, Curaboque vicissim et ego, vt par gratia à me tante vestre Rme benivolentie habeatur et referatur. Sed et illud, quod de d. Laski minus equa de me sentienti d. vestra Rma adscripsit, tametsi prius iam ex literis domini Judicis Cracovien ad me datis cognoveram pergratus et libens legi vel propterea solum, quod exinde me honoremque meum charum esse et vestre Rme perspexi. Predicat ille quod sentit quodque sibi licere putat, quia à nemine prohibetur, Cuius me sermones qualescumque tanto minus movent, quanto magis ego sum mihi conscius, me à recta et honesta vite ratione non aberrare, sed hunc pre me fero semper animum et voluntatem, vt et principi meo, et reipublice fida quoque et proba vti me decet, subministrem consilia et offitia deferam

Petrus Tomiczki Eps Cracovien. Vicecancell
Nicolao de Niszcice Castello Sieprcen. Capito
Plocensi

Generose domine, amice charissime, Agimus et habemus vobis magnas gratias, quod nos literis et Nuntio vro visere, et id quod angebat animum vestrum ex narratione Zebrzidowski, perscribere nobis volueritis, Vt autem levemus vos ea sollicitudine et metu quem de nobis concepistis sciatis quod d. Laski cum paulo ante ex Thurcia rediisset, et hinc inde per Regnum discurreret obligans bona sua, et undique corradens pecuniam fertur nobis coram multis hominibus interminatus fuisse asserens se de nobis vlcisci velle

quod illum in assequendo Capitaneatu Mariemburgen impediveximus, Id quod nos in Conventu particulari Prossemen palam retulimus, et ad omnium qui ibitum aderant noticiam deduximus ubi tricamus ille, excusavit quidem illum sed nihil adversum nos est locutus, nam facile par pari illis retulis semus, Non enim adeo fracti et deiecti animi sumus Ut cedere velimus malevolencium audaciae et improbitati. Et proinde nihil eiusmodi intérminationes auxiliarias metuentes Varszoviam nullis externis copiis stipati sed cum solis duntaxat familiaribus nostris in dei nomine proficiscimur quo et per Oppida Warka et Czirsko iter faciemus, et ad diem Sabbati proximum illuc deo bene iuvante applicabimus.

Andreas de Thanzin:

De Capitaneatu Plocen certo nobis persuademus M^tem^ Regiam nihil facturam esse contra promissa sua, est enim Princeps admodum constans in verbis et promissis suis, quare estote bono animo et valete feliciter. Datum in Ilsza etc.

Andreas Cricius Eps Plocen Petro Tomiczki epo Cracoviensi Vicecancellario.

Domine mi R^me^, Eximitur officio suo dominus Capitaneus Plocen per dominum Castellanum Dobrzinen, qui proficiscens ad M^tem^ Regialem petiit a me commendari, quod homini utrumque erga me benemerito denegavi, Ut cum eius l(itte)rae quas ad hoc misso tum d. Choie(n)ski, cui contrarium scripsi, et ipsamet M^tas^ Regialis testimonio esse possunt, hoc ideo scribo, quia nonnulli ex servitoribus R^mae^ d. v(est)rae dixerunt alicubi, me illam valde offendere inimicitia cum domino Capit(ane)o quasi cum illa fuit, non ipse causam prebuerit, non habita r(ati)one v(est)rae R^mae^ d. et mei in se officii, propterea veritus ne vel illa suspicetur vel aliquis persuadeat, aliquid meae opere in hoc negotio intercessisse Supplico dignetur hanc fidem mihi prestare me prorsus immunem esse de quo lacius coram

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell Bone Regine Polonie: Duci Barensi

Sacra Regialis M^tas^ et domina dna clementis^me^,

Cum esset hic per hos dies D. Nicolaus Nisczizki Capitaneus Plocen, declaravi illi amplissimam M^tis^ vre liberalitatem et munificentiam in eum conceptam, quod scilicet pro gratia sua Regiali M^tas^ vra finito tempore sue administrationis et exactis pecuniis suis quibus Arcem Plocen cum nonnullis bonis ad illam spectantibus redemerat annum nihilominus adhuc illi muneris et gubernationis illic prorogare decreverit, quod cum ille cum summa iucunditate et gratitudine animi audiuit et excepit et cum etiam hoc nomine immortales M^ti^ vre sermone egisset gratias hec verba simul est proloquutus, se omni studio et cura cum omnibus etiam cognatis suis, et amicis operam esse daturum vt hoc M^tis^ vre de se iudicium et liberalitatem, diligentissimis offitiis suis et seruitute tum denique optima illius Captus administratione semper demereatur. Et illi qui famam, et innocentiam suam, iniquis et impiis criminationibus apud M^tem^ vram traducere et comminuere sunt conati, eo ipso iniqui et iniusti calumniatores agnoscantur, Adhec pecijt perscribi à me et exponi M^ti^ vre, hanc esse in ampliandis et augendis commodis Capitaneatus Plocen deliberationem suam et institutum, Si hoc idem M^ti^ vre uideri et placere possit, Vt Oppidum Mlawa, ad bona Plocen pertinens et grandi ære alieno hypotecatum propria pecunia redimeret, et eliberaret, traderetque illud in ptem M^ti^ vre cum omnibus redditibus exinde prouenientibus, ipse vero eam pecuniam solutam asscriptam sibi haberet in Arce Plocen propter habitandi illic cum vxore et liberis commoditatem, M^ti^ autem vre exinde in singulos annos ducentas marcas penderet, redditibus Mlawe, adhec M^ti^ vre relictis. Quare rogat M^tem^ vram vt habita super eo deliberatione diligenti faciat eum deinde instituti et voluntatis sue per me certiorem, et hoc

sibi de se polliceri dignaretur, quod hanc condicionem proponat in me-
dium: non tam commodi sui querendi gratia, quam ut Mtis vre gratiam
sibi conciliare et cumulare possit, Nam et de florenis sexingentis per tri-
ginta grossos computatis quos illi Mtas Regia adhuc in Ploczko debe-
ri non ignorat et ego sum testis, constituet cum Mte vra Serma cum
fele in regnum redierit, unde illos arripere deberet. Quod quidem suum
studium et observantiam erga Mtem vram ille gerendis rebus et
offitiis administrationis per decursum temporum locupletius declarabit
Ego tamen interim quia confido omnia ex commodo et voluntate Mtis
vre diligenter illum esse facturum, plurimum eum commendo Mti
vestre, et supplico, ut quod sibi iam admittere velle semel animum
munus administrandi destinarit, ratum et firmum etiam esse dignetur.

De me, et quo hinc sim discessurus, ea que vulgo inclamatur pestilentia
glisente, nihil adhuc certi scribere possum Mti vestre, quocunque tamen
abire me contigerit, faciam posthac certiorem Mtem vram, Nam hic me
esse labe et contagione hac durante non fuerit tutum; Interea loci me,
et servitutem meam in gratiam Mtis vestre suppliciter commendo, illamque
esse felicissimam, sospitem, et incolumem cum omnibus suis charissimis li-
beris et Serenissimo Coniuge vehementer desydero.

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell
Chrforo de Schidlovec Castell° et Capit°
Cracovien : Regni Polonie Cancellario.

Magce domine, domine et amice honoranme. Heri ad mediam fere noctem puer meus ex Lituania rediit, et fratris et quorundam amicorum meorum mihi attulit lras. Nam Regie et Reginalis Mtis lras que mihi fuerunt inscripte Dominus Choienski per imprudentiam Nunctio domini Epi Plocen qui eodem tempore illinc discedebat, tradidit, que vero illi debebantur, meus ad me attulit, Quare ego certi nihil de adventu Mtis Regie ad nos Magti vre polliceri possum, quantum tamen ex his amicorum meorum literis perspicere potui Mtem suam omnino venturam ad nos hoc tempore non existimo Id. quod Magcia vra ex suis literis quas per ptem Nunctium illi mitto, melius poterit cognoscere, In qua re quomodocunque succedet, ego sententiam de eundo ad Conventum Varsovien non mitto, Quinetiam Magam vram plurimum rogo, Ut illo ad tempus et mature veniat, convenit enim nos et offitio in hac re mo, et mandato Mtis Regie satisfacere. et ego quidem intra duos aut ad summum tres dies hinc discedam, et ita iter faciam, Ut Varsoviam Sabbato proximo post festum Sanctorum trium Regum venire possim.

Quod ad dominum Subiudicem Sandomirien attinet, doleo illi negotium tantum in re parem momenti datum, et miror vehementer impotenciam eorum qui ea que non ex arbitrio et sententia sua in Conventu Nobilitatis libere diriguntur ad iniuriam suam rapere volunt. Ego tamen domino Subiudici quoad eius fieri poterit, neque consilio, neque opera mea decero tum cum facto opus esse videbitur. Commendo me amori et benivolentie fraterne Magtis vre, cui ut dnus deus tribuat hunc novum annum, et alios multos sequentes faustum et felicem, eamque cum suis omnibus, quam diutissime sanam et felicem conservet vehementer desidero. Datum in Bodzecjm. etc.

Sigismundo primo Regi Poloniȩ Petrus Tomiczki Eps Cracouiensis Et Regni Poloniȩ Vicecancellarius

SACRA M^tas^ domine, et domine clementissime.

Post perpetuȩ seruitutis et orationum mearum in gratiam M^tis^ vestrȩ humilem commendationem. Electi sunt quor viri Nobiles in Conuentu Sandomirien preterito, ad Subiudicatum terrȩ Sendomirien, inter quos designatus etiam est dominus Paulus Lipniczki vir multorum proborum hominum iudicio et testimonio, bonus, et Iuris communis non ignarus, quem tametsi sciam commendari à pluribus dominis, vrȩ M^ti^, ego tamen qui cupio plurimum, vt viri iusti et timentes deum ad publica officia preficerentur, commendo etiam illum ex animo, vrȩ M^ti^. Rogoque illam plurimum sufficere illum dignetur in locu Subiudicis demortui, vt omnes homines cognoscant M^tem^ vram velle habere in officiis Iudiciariis. homines probos, et veritatem ac iusticiam amantes, que certe hodie apud nos multum claudicat, Commendo me rursus et paruitatem meam grȩ M^tis^ vestrȩ, quam dominus deus in omnibus eius actionibus prosperet et fortunet, sanamque et felicem nobis quamdiutissime in sua gratia conseruet. Datum in Bodzeczin. etc.

Negocia Prussie

Petrus Eps Cracouien Vicecancell
Mauricio Epo Varmiensi

Rme in Chro pater et domine frater et amice charissime et honoran^me.
Accepi lras Rme d. vre decima die Januarii ad me scriptas, ex quibus
illud precipue singulari iocunditate me afficiebat, quod operam meam, qua,
lis qualis fuit, in promouendis rebus eius apud Ram Mtem habitum, ta
grato animo exceperit. dabit forsitan olim deus occasionem, vt Roma
na vra maiores officii et mutue nostre beneuolentie fructus a me experi
atur, ex quo pro tam exiguis, et prope nullis, se tam gratum exhibit.
De re monetaria, que sit Regie Mtis mens et voluntas, simul de loco
et tempore Conuentui designato, intelliget ex literis ipsius Mtis Regie,
que in hoc ipso negotio ad Rmam d. vram mittuntur) Quod scribit a Mgco
domino Castellano Cracouien, se obiurgatam esse, quia Conuentibus interesse
non solet. Pace eius dictum esse velim, iure et merito mihi obiurgata
esse videtur Rma d. vra, tametsi id amice et humaniter ab eo,
dem Mgco domino Castellano, factum esse non dubitem, Sumque et ipse
in ea sententia, ne deinceps in posterum talem actum vnquam negligat
Quomodo enim terrarum Prussie res commode et apposite hic a nobis

tractari possunt. Cum Rma d. vra vel ceteri earum Seniores, qui talium rerum notitiam habent, hinc absunt. Re vera et Gdanensium et Thorunensium atque Elbingensium negocia, que sunt non vilis pars reipublice Prutene, facilius fortasse et perfectius nunc absoluta fuisset si antea ipsa Rma d. vra, aut saltem aliqui ordinis Senatorii hic nobiscum hoc sisiphi saxum voluerunt. Sed ut ut nunc factum est existimo Rmam d. vram sic corruptam, tandem ad futuros mos conventus ventitare presertim quod per tot annos in Epatu suo vastato et vexato, quadantenus se iam recolligere potuit. De aliis rebus omnibus de quibus scribit, providebitur (si deus volet) per Riam Mtem dominum nostrum clementissimum tempore suo.

Res novas que hesterno die allate sunt nobis ex Venetiis et ex augusta a dominis foggeris in sceda pntibus inclusa mitto vre Rme D quam feliciter valere cupio, eidemque me ex animo commendo. Datum Petrico. die XXIIIIa Januarii. Anno domini. M°. D°. XXVIII°.

Legatio a Sigismundo primo rege Polonie ad Conventum Elbingen: qui indictus fuit pro feria secunda post festum Purificationis Sancte Marie.

Post denunctiatam Regie Mtis Salutem et gratiam, hijs qui in Conventu aderunt. Sic exordiatur

REGIA Mtas dominus noster gratiosissimus, utpote optimus et providentissimus Princeps (quod d. vre non ignorat) satis superque erat iam pridem sollicita, ut in universa Prussia talis moneta cuderetur, que non detrimento, sed potius augmento, tam publice quam private rei futura foret.

De cuius monete cudende ratione, egit quidem (quod satis constat) sua Mtas accurate cum Illri domino Prussie etc. Duce coram tunc cum apud suam Mtem Gdani fuisset neque per suam Mtem tum stetit, quominus res tunc ad effectum deducta esset, eodem Illri domino Duce, causante se tractatibus illis, qui tum super ea re habebantur, acquiescere minime posse, tantisper, dum cum subiectis et Consiliariis suis super eadem ipsa re deliberaret et constitueret..

Nihilominus eidem rei Monetarie constituende causa designatus erat Conventus. primum Elbingi, demum alter in Culmen, in neutro tamen talium Conventuum, quicquam de eadem re monetaria constitutum est, propter causas, quas nunc repetere, non est operepretium.

Postremo dum sua Mtas Conventum Regni sui Petricovie agit, miserat Illris dominus dux Prussie legatos suos illuc cum propter alia negocia sua, tum maxime propter rem monetariam, de qua hactenus tantopere laboratum est, stabiliendam.

Sed quia nemo d. vrarum, ex his terris Prussie ibidem Petricovie tunc aderat. Ideo, cum dictis legatis super eadem re monetaria, non videbatur sue Mti aliquid transigere.

Tamen quia sua Mtas. omnino in hoc est, ut eo negotio hoc est Monetario tandem extrema manus apponatur. Designavit hunc Conventum. hic Elbingi, die hodierna. volens et mandans. ut d. vre. in hoc ipso Conventu (cum de ceteris reipub. rebus Regni Polonie et harum terrarum Prussie necessariis, tum precipue, collatis Consiliis et deliberationibus cum Illris domini Prussie Ducis legatis ad hoc huc missis de ratione monete in utraque dicione, tam sue Mtis quam Illr. d. Ducis constituende et cudende, videlicet quo valore et estimatione ac forma, numus percuti debeat) tractetis, consulatis, deliberetis, et concludatis, nec committatis ea in re ulteriores dilationes fieri.

Q[uod] si ex deliberationibus, ratiocinationibusq[ue] v[est]ris, quas de eo negotio v[est]ris s[ecundu]m habituri estis, Vobis de valore et estimatione atq[ue] forma nummi conve-nire non poterint, tunc sua M[aies]tas iam mandat et precipit (id, cuius etiã statim in initio huius negocii mencionem fecerat) Vt in vtraq[ue] dicione eius valoris eiusq[ue] estimationis nummi percuciantur, qua in regno suo Polonie cuduntur, et prout ea p[ar]te Gedani erat tractatum et constitutum.

Illud tamen sua M[aies]tas precipue censet, Vt duplex genus nummi cudatur, vz[ideli]t solidi et es minutum qui obuli vocantur. Et hoc est primum et pre-cipuum sue M[aies]tatis mandatum in hoc Conventu peragendum, quod negligi vel surda aure preteriri non vult M[aies]tas sua.

Est preterea aliud non minoris momenti negotium, quod sua M[aies]tas d[ominationibus] v[est]ris per me proponendum et significandum duxit. Id vero est h[uius]modi.

Non est dubium d[ominationibus] vestris, quantis incommodis, et dispendiis cum maiores sue M[aies]tatis, tum etiam ipsam modernam M[aies]tem affecerunt prisca bella et cedes, atq[ue] vastitates que durante cruciferorum in Prussia ordine sus-cipere et quieti ocioq[ue] vestro consulens infinitos sumptus sua M[aies]tas facere cogebatur. Presertim cum ille ipse ordo, non aliis ferme temporibus sua[m] M[aies]tem et terras has bello laressere solitus erat, nisi cum simul aut Tartarico, aut Moscovitico bello implicitam suam M[aies]tem esse perspiciebat.

Quamq[ua]m autem deo optimo maximo vindice, nuper eundem ordinem ex his terris funditus sustulerit sua M[aies]tas

Tamen reliquie eius tot artibus, tot calumniis et querelis, tum apud Cesa-ream M[aies]tem, tum apud Ser[enissi]mum d[ominum] Ferdinandum Hungarie et Bohe-miae Regem, et vniversos Germanie Principes et populos auxilia queren-tes has terras subruere, et in veteres tumultus, atq[ue] in eundem redu-cere conantur, Vt de eorum machinationibus, sua M[aies]tas, tot nunctiis et literis ab amicis et necessariis suis admonita non iniuria commoneat

et ad prospiciendum futuris casibus animum adiciat

Quare vltra amicorum Regum et Principum auxilia que sibi ad resistendum talibus insidiis sua Mtas iam conciliare cepit, magnum et firmum presidium regno suo et terris his, esse sumptum arbitratur, Si se etiam pitaneo milite, et domesticis armis instrueret

Et superioribus quidem bellis, externus milles facile, ex Bohemia, Moravia atque Slesia, pecunia conducebatur, eo, quod ille ipse gentes, tunc à domesticis et Principum suorum bellis vacabant

Nunc cum et ipsa Coesarea Mtas, et Serenus dominus Ferdinandus Rex, ad ea bella que cum adversariis suis nunc gerunt, earundem gentium opera vtuntur. Ideo de presidio quod ex dictis gentibus sua Mtas habere solebat nihil modo spei relictum est sue Mti, quin si sua Mtas quieti et tranquillitati regni sui et maxime harum terrarum prospicere et consulere velit, prout vult, necesse est, vt sibi iam aliunde et non ex illis terris, presidia militaria comparet, ne hostis ipse, qui nihil intentatum relinquit Regnum sue Mtis et precipue has terras imparatas et ocio difluentes, adoriatur

In tantis igitur dificultatibus et insidiis, que, et illinc vt supra dictum est, et aliis vndique instant, Non aliud potius atque efficatius presidium ac tutamen animadvertat sua Mtas, quam si terrarum harum gentes, in armis, ad omnes subditos casus presto habeat

Ideo sua Mtas vobis omnibus et singulis mandat, vt viris, equis, armis, tormentis bellicis, commeatu, curribus, ita instructi sitis, vt ingruente quovis hoste, fortiter et strenue ei resistere valeatis. Qua in re sue Mtis et patrie, ac vestrum omnium saluti, decori, dignitati, atque securitati plurimum inservietis. Ipsa namque Mtas Regia, prout iam vsque à maioribus suis factitabat vos ut fidos subditos suos opibus, facultatibus, auctoritate ac protectione sua nequaquam deseret

Sigismundus primus Rex Poloniae Mauricio Epo Varmiensi

Rx de

etc. Probamus non vulgariter studium et sollicitudinem p. vrae, de com bono terrarum nostrarum, quam ex novissimis eius literis ad nos missis, intelleximus, consiliumque eius, de cudenda in Terris Prussiae moneta, nobis placet, quo etiam vehementer utemur, et talis valoris monetam cudendam mandabimus, qualem Gdani ex authoritate p. tis vrae, et reliquorum terrarum Prussiae Consiliariorum nostrorum con, stituerantus, nisi forte in hoc proximo Conventu, quem (ad Ill. ris domini Prussiae Ducis nunc ad Silesiam profecti peticionem) Elbingi ad feriam secundam post dominicam Oculi transposuimus, aliter et utilius per p. vram reliquosque Consiliarios nostros illic futuros, tum cum per legatos predicti domini Ducis, super ea re constitueretur, tunc facile ex hoc essemus contenti, alioquin, si vobis utrisque in eo ipso Conventu Elbingen. futuro de ea re non convenerit. Et novissime pre, teriti Elbingen. Conventus propositiones ad effectum prodire non pote, rint, non aliter rem monetariam instituemus, nisi eo modo quem p. vra prout supra expressum est, consulit. Volumus enim omnino ut in ista ipsa futura monete cusione dignitati et commodis, cum regni nostri, tum etiam reliquarum terrarum nostrarum efficaciter succurratur. P. vram bene valere optamus.

..

Sigismundo primo regi Polonię
Petrus Tomiczki Eps Cracouiensis R.P. Vicecancell.

SACRA M^tas^ domine, et domine clementis^me^.

Post perpetuę seruitutis et orationum mearum humilem commendacom. Domini Consiliarii terrarum Prussię, mittunt ad vram M^tem^ hunc dominum Franciscum Canonicum Varmien vt illi recenseret ordine, que acta sunt in Conuentu Elbingen nuper habito, de rone cudende monete, de qua nequaquam conuenire cum Nunctiis Ill^ris^ domini Ducis Prussię potuerunt. Rogaruntque me ijdem domini Consiliarii vt causam et sententiam eorum iustam quam cõceperunt de ea ipsa moneta cudenda meis literis vre M^ti^ commendarem. Rogarunt me preterea multi illorum priuatim, vt similiter causas et partes eorum vre M^ti^ commendarem, Ego tametsi sciam necessariam non esse vllam commendacom cuiusquam, apud M^tem^ vram iustissimum et sapientissimum Principem, nollens tamen dictorum dominorum iustis et honestis postulatis deesse. Rogo humiliter M^tem^ vram, dignetur rem secum mature expendere, quam illi publica vtilitate permoti proponunt, et id tandem de rone cudende monete cõstituere, quod melius et vtilius esse censerit, Ill^ris^ enim dominus Dux Prussię cupit habere leuem monetam, vt ex ea maius lucrum habere possit, Sed hic plus prospicienda est vtilitas multorum, quam vnius. In reliquis etiam priuatis subditorum suorum actionibus, quas idem dominus Franciscus exponet, dignetur M^tas^ vra se benignam illis exhibere, et que iusta et honesta esse videbuntur, gratiose illis concedere. Sere^me^ Rex accepi nuper lras vrę M^tis^ datas in Mezerz die Annunctiationis beatę Marię quibus per eum cubicularium, qui mihi illas reddidit breui respondebo, simul et aliqua alia perscribam, que necessaria esse putabo, Interim vero commendo rursus me et meam perpetuam seruitutem suppliciter vrę M^ti^, quam deus optimus maximus quam diutissime cum suis omnibus incolumem et felicem conseruet. Dat. in Bodzęczin feria tercia ante D. Palmarum Anno domini

Sigismundo primo regi Polonie
P. T. eps Crac. R. P. Vicecancel

Sacra Mtas domine, et domine clementissime.

Post servitutis et orationum mearum in gratiam Sacre Mtis vestre humilem
commendacionem. Inter alia que aget apud Mtem vestram nomine domino-
rum Consiliariorum terrarum Prussie, is dominus Franciscus Canonicus
varmiensis, actuum etiam illum scio de Castro Slochow et petiturus, ut
illud Mtas vra domino Palatino Pomeranie in administrationem dare
dignaretur, ait enim dominum Czema commotum ac perculsum clamo-
ribus et querelis quas fecerint Nuncii terrarum in Conventu Piotrcomien
preterito, contra illum sponte eodem Castro cedere velle, nollens sustine-
re odia Nobilitatis nostre Polone, Ego tamen nescio si id facere velit ipse
D. Czema necne, et si quidem ipse cedere sponte sua voluerit eodem Castro
censerem dandum et committendum illud esse domino Palatino Pomera-
nie, alioquin, non videretur mihi, ut bonus et non inutilis servitor Mtis
vestre absque ulla iusta causa exauctorari deberet. Id quod ego gratie
et sapientissimo iudicio Mtis vestre relinquo. Cui me iterum atque ite-
rum humiliter commendo, et quam valere cum suis omnibus felicis-
sime desidero. Datum in Bodzecin. etc.

Mandata a Sigismundo primo Rege Polonie: per oratorem regium. ciuibus Gdanensibus exponenda.

Post denunctiatam gratiam Regiam dicendum

Sacra Mtas Regia, dominus noster clementissimus, in tribus preteritis harum Terrarum Conuentionibus, missis pro more legatis, indicari et palam fieri fecit, ingentia Reipublice Christiane pericula, necnon et multifarias sediciones hactenus subortas, et in dies passim suppullullantes, quibus quidem factum est, ut ante exactum fere septennium insignis sue Mtis Ciuitas Gdanum exautoratis atque adeo oppressis Magistratu, et Ciuibus primatibus, uilium et plebeiarum personarum regimini facta fuerit obnoxia

Quapropter etiam Sacra Mtas Regia tanquam sollicitissimus et subditorum suorum amantissimus Rex, posthabita primum charissima consorte sua, cum unico eodemque dilectissimo filio, toto item Regno suo quod tum partim per Tartaros inuasum, grauissimum pertulit detrimentum. Postremo etiam relicto charissimo suo ex fratre nepote felicissime memorie Rege Lodouico, cuius quidem miserando casui, nisi hoc Gdanen negotium obstitisset, commodum forsitan fuisset prospectum, nunc uero quantum calamitatis, cum Nobiliss. Regis obitum, uel ipsum orbem Christianum, nedum hoc inclitum Poloniæ Regnum, sit insecutum in diesque sequatur, cuiusmodi etiam in confinibus sedeat uicinus, id Sacra Mtas Regia uobis tanquam fidelibus suis et prudentibus subditis pensitandum relinquit. His inquam omnibus post se relictis Mtas Regia, quo scilicet Ciuitatem hanc bono regimini, Magistratumque pristino suo ordini restitueret, pro Regia sua clementia in has terras, in hancque ipsam Ciuitatem, commigrare non dubitauit.

Sed nihilo secius, nunc uicissim ad S. Mtis Regiæ auditum peruenit, idque

quottidie fere et fidedigne Senatum Gdanen pretactum, sue Juris, ditionis, ita non esse compotem, quemadmodum id Sacra Mtas Regia rite ordinatum post se reliquit. Vbi vero Rex, Dux, et quevis alia ptas in ditione sua subditis suis existit inferior, nec illos dicto habet audientes quid ad id Mtas Regia habeat animi, quid presumptionis, Vos ipsi arbitremini,

Habet quidem tenetque S. M. R. in recenti memoria, quantam Senatus Gdanen nomine ipsius Ciuitatis, fidem et obedientiam sepe fecerit exhiberi, de quo etiam eius Mti neutiquam est dubium. Ceterum, Mti tamen sue non satis fit, Viros duntaxat Consulares et plurimos etiam haud dubie Cives hanc fidei et obedientie integritatem prestare, nisi idem de vniuersitate quoque Ciuium credibiliter dicatur, Adeo, ut si forsitan in his malis et tumultuosis temporibus, ipsam Ciuitatem hostiliter impeti contingeret. Mtas sua Regia, sibi tuto possit polliceri vnanimem et fidelem Ciuium a maximo vsque ad minimum, aduersus hostem resistentiam, id quod de ipsis certe dici Mti Regie, haud mediocrem adferet animi letitiam,

Verum enimuero, id quod grauato certe ferendum est animo, animaduertitur indies, maior rebellio, atque in negotio monetario in primis. In quo cum non minus S. M. R. mandata quam dominorum Consiliariorum in Prussia decreta negligantur, Senatus culpam plebi tribuit, quod scilicet illam in obedientia continere nequeat, quo vel solo indicio quis non videt, Senatus autoritatem contemni. Quod quidem monetarium negotium cum concordibus votis in hoc sit susceptum, ut vili, adulterina, et peregrina moneta abrogata, adeoque pro incremento tum Vrbis Gdanen, tum omnium terrarum Prussie, in eius locum proba restituatur, idque per rebellionem plebeiam quominus effectum suum sortiatur, debeat remorari, dubium non est, plebem potestati non parere. Et adhuc de insigni obedientia gloriamur, id quod certe non minus est ridiculum, quam si quis rem, quam tamen in manu non habet, glorietur esse suam

Quia vero Mtas Regia certo novit, quasdam personas e damni Consulares, commodum suum privatum in hoc monetario negotio secutas, in contemptum sue Jurisdictionis, Plebi nimiam laxasse licenciam, hortatur nos Mtas sua Regia, et mandat serio, ut disquisitis, adeoque et inventis modis et viis ad id idoneis, authoritatem vestram vobis, à Sacra sua Mte traditam, ita tueamini, Vt sacra Mtas sua, Civitatem suam Vobis concreditam, in certa securitate habeat, ne Mtas sua huius Civitatis parande, singularem sollicitudinem et operam, tanta ut predictum est rerum iactura, susceptam, in cassum et sine fructu suscepisse, videatur, iterum atque iterum precipiens Vt autoritatem vestram retinere studeatis, et modis omnibus tueamini

Audivit etiam S. M. R. vrm, ex proxima Conventione Mariemburgen ad sue Mtis legationem, per Generosum Fabianum Zteme legatum suum, responsum, idque eiusmodi, quale Mtas ipsius à vobis minime expectasset, quippe que in animum non induxerat, tam fidele suum consilium, tam exiguo vestro responso iri compensatum, inde presertim loci vnde ut pote Civitate maritima, tumultus inprimis forent metuendi, Quia istud potius sibi de vobis persuaserat Mtas sua Regia Vos, qui nuper vite et rerum vrarum pericula vix adeo evaseratis, futuros primos, qui huic tam sollicite Mtis sue deliberationi subscriberetis. Quibusque si forte casus quispiam hostilis, ingrueret, hoc remedio in primis erat succurrendum, preceteris vero id Mtis Regiae animum male habet, et adfert suspicionem, nescio quam, quod sezt Senatus, inconsulta plebe, nec comonicata illi prius mente. Mtis Regiae, ad legacionem responderit.

Quapropter precipit Sacra M. Regia, et serio quidem, ut vos, quibus S. M. sua Civitatem hanc gubernandam et tuendam, Vt dictum est concredidit, quique sue Mtis atque harum terrarum commodum promovere, atque incomodum avertere invrati estis, et pre ceteris debetis ad dandum pro futura proxima in his terris Conventione pro festo Sancti Michaëlis proximo celebranda, alia, atque huic tumultuoso seculo magis

accommodata responsa preparetis ne fiat, ut ceteri sue Mtis fideles subditi, atque in hac parte iam prompti et benivoli vro exemplo in similitudinem pertrahantur prebeantque ullam secus quam Mtas Regia vellet de vobis suspicandi occasionem.

Adhec subditorum nonnullorum Civium Gdanen querelis ad auditum Mtis sue Regie delatum est, vel verum aliquos vel saltem Officiales vestros in administranda civibus iusticia torpescere, et habere apud illos non nihil momenti delectum personarum, multos etiam quo iure quave iniuria sepe molestare, ut non dicam opprimere, Vobis igitur Sacra M. sua, serio et districte precipit, ut iusticiam pre oculis habentes authoritate et offitio vro ita utamini, ut unicuique, citra personarum respectum iuste iudicetis, nec quenquam preter ius molestari permittatis, ut sic et Civitas in concordia et intestina tranquilitate contineatur, et Mtas regia aliis ijsque magis arduis districta curis, hac occon crebrioribus querelis non inquietatur.

Petr. Tomic. eps Crac. Vicecancell
Achatio Ceme Succamero Pomerae
Sluchowien et Stargardien Capito

Generose domine, amice charme. Scripsimus diligenter Mti Regie, pro Joanne Nimpcz. et Joanne Same, quos nobis commendastis, speramusque quod nostra commendatio et intercessio, erit utrique illorum utilis et fructuosa. Quod autem ad rem vram attinet, nihil penitus metuatis, nec soliciti sitis. Et si enim sint aliqua dicta contra vos in Conventu Piotrcowien preterito, que confixerunt inimici vri adversus vos, omnia tamen illa facile cohercuimus et sopivimus. Sciebamus enim rem insiinctam fuisse, et hoc eo modo. Dominus Archieps antiquus herus et fautor vester, magno studio laborat ut possit nepoti suo iuniori Stanislao, conciliare in matrimonium Ducem Masovie, quam ut in aliqua arce honesta Regia collocare posset, nam suam nullam habet, rogavit Mtem Regiam enixe, annuere dignaretur, ut is ipse

nepos ipsius, teneret et haberet Arcem Slochow modo obligatorio in ea suma
dotis quam eidem duci Mtas sua de Ducatu Masoviae dari deberet, cum
vero id illi Mtas sua negasset, nobis etiam ad id cooperantibus excitavit
Nunctios terrestres ut clamarent et peterent ut arx ipsa Slochow que sem-
per in manibus Polonorum fuisset, alicui ex Polonis in administrationem
concederetur, Sed cum et id quoque ea via non obtinuisset putabamus re-
hanc hoc modo bene absolutam, pro bono et commodo vestro fuisse, verum
cum esset nuper apud nos Franciscus Cancellarius domini Epi Cul-
men, qui missus est ad Mtem Regiam nunctius, nomine dominorum
Consiliariorum terrarum Prussie, retulit nobis secrete, quod vos perculsi
vehementer clamoribus illis, qui fuerunt adversum vos excitati in Co-
ventu Piotrcovien preterito, et nolentes sustinere tantum odium dominoru
Polonorum, timentesque ne ad importunam illorum instanciam, Mtas
Regia Capitaneatu Slochovien vos privaret, velletis sponte illi cede
et inter alios omnes, illum domino Palatino Pomeraniae favere, et pro-
pterea scripsisse nonnullos dominos Prutenos, ac etiam nostrates Mti
sue Regiae pro eodem domino Palatino Pomeraniae ut ei Capitanea-
tum ipsum Slochovien dare, ita prout vos illum tenetis, dignaretur.
Nos etiam rogavit idem Franciscus, ut similiter pro ipso domino Palatino
partes et preces nras interponeremus, Mirati sumus tam subitam meta-
morphosim, persuadere tamen nobis nunquam potuimus, ut crederemus vos
adeo fracto et deiecto animo esse, ut tam insignem arcem, ad vanos
communis vulgi et imperite multitudinis clamores resignare sponte vra
deberetis, non relata presertim prius hac sua fatua deliberatione ad
nos, quare scripsimus valde caute Mti Regie, narrando id quod Fran-
ciscus retulit, quod vgt vos sponte vra Capitaneatu Slochovien exonerare
velletis, quod tamen nos nullo pacto crederemus et si ita esset in rei
veritate compertum, quod scilicet vos sponte vra cedere eodem Capita-
neatu velletis, rogavimus, ut in eo Mtas sua domino Palatino Pomera-
niae gratiam suam exhiberet alioquin obsecravimus ut illum vobis
invitis Mtas sua non auferret, et credo Mtem suam consilium nostrum
in hoc secuturam esse, male certe faciunt domini Pruthemi, quod no

veniunt ad nostros Conventus, quos maiores eorum Nuncii numquam negligebant, multa enim dici solent et agi in eis que ommitterentur, vel facile sopirentur si illi adessent, Vos etiam male fecistis quod nobis de rebus et his novis que ad nos nuper delate sunt, deliberationibus vris nihil scripsistis, hortamurque vos et optamus, vt nos de mente et voluntate vra in his ipsis rebus et deliberationibus vestris, quamprimum faciatis certiores, vt sciamus si vos in Capitaneatu Slochovien. qui secundus est post Mariemburgen. in terris istis Prussie tueri ita vt hactenus fecimus, aut alterum quempiam ad illum assequendum adiuuare debeamus, Est commune prouerbium apud nos Polonos, Kto szie thrusku boy, thyn do liassa nie chodz, Intelligenti satis, Volumus autem vt hec que confidenter ad vos in pñs scribimus, nemini pandatis, preter avunculum vestrum, sed secrete teneatis, et bene valete, Datum

Petrus Tomicius epūs Crac. Vicecancell Achatio Ceme Succamer° Pomeranie: Slochovien. et Stargardien. Capitaneo.

GEnerose domine amice charissime, Accepimus literas vras quibus nobis qua rone et respectu Prefecturam Slochovien. dimittere velletis, significatis. Et equidem doluimus id vos institutum et consilium cepisse, vt solis tantummodo malevolorum et obtrectatorum calumnijs et criminationibus offensi, que tamen omnia et Regia Mtas, et optimi quique Primores Regni, non merito vestro, sed inuidia inimicorum vestrorum ficta et disseminata certo credunt, debeatis tam honorifica vos prefectura et Magistratu abdicare, quinimo videtur nobis ea re Mtis Regie ratio et institutum interturbari, compararique illius Mti non modica in pollicitationibus et excusationibus dificultas, Que, cum instaret inimici vri vos de hac prefectura deijcere, vt ipsi ea potirentur, hac attulerat excusationem quod vobis ad vitam illam iam semel addixerat, neque vellet promissa sua rupta et irrita facere, et ea rone dificille esse Mti sue, si abdicare vos velletis in eam quam cum domino Palatino Pomeranie fecistis tractacionem assentiri, essent enim qui

post abdicationem vr̃am impedient omnia alia consilia, et Conue-
tiones vestras, Tamen hoc libenter audiuimus q in hac re ipsi ad
Mtem Regiam proficiscimini, quam non putamus passuram vos ex-
tare cum eritis pn̄tes, et exposueritis illius Mti negotium vestrum,
vos tantummodo, eius Mti voluntati optemperetis, et non patiamini
vos vel abduci, vel deterreri a recto consilio iniquorum hominum
voculis

Scripseramus antea diligenter ad Mtem Regiam, de liberatione Jo-
annis Niempcz, verum hactenus tacita tulimus de ipso omnia, Nunc
iterum diligentissime et omni studio adhibito. Supplicamus illius
Mti, et Mtem Reginalem in Subsidium precandi per lr̃as vocaui-
mus, ut misereri tandem et Carcerati dolori, et liberorum et vxoris
eius calamitati, dignaretur. Neque sane diffidamus Mtem suam preces
nostras et omnium Consiliariorum suorum, istius Provinciae sue Russiae
idem petentium, aversaturam esse amplius, adiecto hoc, ut vos illic
curam negocium opera et diligentia vr̃a adiuuetis. Scitis enim,
Principem nostrum in omnibus difficilem esse, et cunctatorem diuturnum

Praeterea de Joanne meller studiose egimus per literas cum sua Mte, ut
illi det immunitatem Mtas sua et libera abdicandi se magistratu
in quem est cooptatus potestatem illi tribuat, hoc etiam non dubita-
mus Maitem suam facile facturum esse cum ita adhuc homine
iuvenem et inexpertem rerum cognouerit. Vos tñ quia cum expli-
castis nobis an ad Senatorum vel Scabinorum munus sit euectus, Mti
Regiae pn̄tes declarabitis. Et ipsi optime valeat diu feliciter Datum

Sigismundo primo Regi Polonie

P. Tomicius eps Vicecancell.

Sacra Regia M^tas et domine, domine clementiss^me

Post humilem servitutis et orationum mearum commendationem, Proficiscitur istuc ad M^tem v̄ram Generosus D. Acharius Czema, servus et Prefectus M^tis v̄re Ser^me. Expositurus illi curas, molestias, et sollicitudines suas, quas ex invidia malevolorum hominum ob Prefecturam Slochomien. graves assidue patitur, et cum summo dolore perferre. oppugnatur enim quottidie iniquis, nefariis et inauditis illorum criminationibus, quas profecto salva dignitate et honore suo non putat se diutius perpeti et sustinere posse, nisi authoritate M^tis v̄re Ser^me sublevetur. Quam quidem M^tem v̄ram et ille veniens suppliciter exorare decrevit, et ego nunc eius causa illi supplico, ut adesse sibi simul et consilio et auxilio M^tas v̄ra dignetur, authoritateque sua, improborum emulorum et obtrectatorum avertat et depellat ab illo criminationes, ut is homo quietus, et qui in illa provincia M^tis v̄re Ser^me, ob virtutes et militaris discipline experientiam, tum denique fidem probatam, est pernecessarius, possit aliquando varius iniuria et infamie iaculis devitatis, iucundam et securam transigere vitam

Verum ille presens M^ti v̄re coram exponet negotium suum prolixius et magis dilucide, suggeretque simul r̄onem et modum quo sibi M^tas v̄ra ferre debeat auxilium. Ego tantummodo illius querele summam attigi, quia non putabam fore operepretium illo proficiscente, aliud q̄m comendationem meis inferre literis, quam iterum repeto, et M^tem v̄ram Ser^mam enixe rogo, causam ipsius D. Czeme ita suscipere et tractare dignetur, ut et illius meritorum, et mearum precum ratio, a M^te v̄ra habita esse videatur.

Ceterum Ser^{mo} Rex, Scripseram alias ad M^{tem} V^{ram} illi cum ple,
risque aliis M^{tis} V^{rae} Consiliariis supplicans Vt Joannem Niempez Ciue
et Subditum suum Gedanen. vinculis soluere, et carcere liberare di,
gnaretur, quem durum et acerbum nimium, multo iam tempore susti,
net. In quo tamen hactenus M^{tas} vestra precibus meis est reluctata,
et reliquorum omnium petita silencio preteriit. Nunc demum ego multo,
rum impulsus precibus, et partim vincti calamitate, partim etiam
miserabilis eius vxoris et liberorum orbitate, et summa egestate permotus
Et equidem maioribus quam possum precibus Supplico iterum M^{ti} vestre
Ser^{me}, renouare ad misericordiam animum dignetur, et meas om,
niumque ex illa Prouintia M^{tis} V^{rae} Consiliariorum, idem petencium
preces, nolit auersari, Jubeat iam tandem M^{tas} V^{ra} solui hominem
aspero hoc et acerbo carceris genere, Sicientibusque et prope iam luctu
et parentis desiderio, fame denique ipsa, pereuntibus liberis, parente
qui victum subministret, restituere dignetur. Non liberans illum qui,
dem prorsus et delictum relinquens eius impunitum. Sed penam
illi aliquo pacto moderans, Vt ille ob facinus et temeritatem suam ita
patiatur, et tamen id liberis et vxori qui culpa sunt vacui, non af,
ferat detrimentum. Quam quidem moderacionem, tametsi M^{tem} V^{ram}
pro summa sua sapiencia, sciam melius tenere quam ceteri vel reperire
vel cogitare possent, tamen quia et hec quam domini Consiliarii il,
lius Prouincie Prussie, communi consensu proponunt, non caret equa, con,
ueniente et modesta racione, mihi quoque apta et idonea videtur, ad eam
que M^{tis} V^{rae} animum acclinari vehementer optarem. Vt scilicet sons iste
Joannes Niempez liberatus putrido et aspero carcere, relegetur vel depor,
tetur in aliquem alium locum vel Ciuitatem M^{tis} V^{rae} a Ciuitate Ge,
danen. distantem, vadibus Sponsoribusque cum cautione datis de pre,
standis omnibus que sibi circumscribere M^{tas} V^{ra} dignabitur, vti
est, ne in Ciuitatem suam Gedanen. vnquam reuertatur, neue alior,
sum ad habitandum ex loco in quem erit deportatus concedat, et
alia id genus que talibus iniungi et prefiniri solent. Vbi cum ille
erit, liberos et vxorem a miseria et calamitate vtique liberabit. M^{ti}

tamen Vestre nihilominus vindicta et punitione alligabitur, cuius obnoxius. Cui mea sententia nihil interest hoc vel illo supplicio afficiatur is quem vita semel donare M.tas vestra dignata est, dummodo illo prorsus non careat, Et certe non carebit. Si ita M.tas v.ra ut ego peto, facere dignabitur, Nam si intelligerem ea commutatione supplicii aliquid auctoritati et dignitati M.tis v.rę detrahi, certe non peterem Nunc quia aliter sentio, impensius peto, et si impetro, M.ti vestrę Ser.me sum semper immortales gratias pro ea clementia acturus.

Preterea Joannes Moler Civis Gedanen. in Senatum nuper cooptatus, et ad munia civitatis obeunda prepositus, quia ob juvenem adhuc ętatem et parvam admodum in rebus experientiam, diffidit se oneribus et consultationi publice satisfacere, illaque pro dignitate et magnitudine sua sustinere et administrare posse, petit a M.te v.ra immunitatem et ut ab his excusari liberque esse adhuc hoc ętatis tempore possit, pro quo eliberando etiam ego M.ti v.rę supplico. Est siquidem magnopere ęqua et decens postulatio, ut ad civitatum obeunda munera et gubernacula sustinenda, natu maiores deligantur, minores inviti non adigantur.

Que omnia cum ex sermone D. Czemę latius et enucleatius intelliget M.tas v.ra perpendere poterit, me nihil nisi quod est ęquitate et pietate illius dignum, petere. Ceterum quod et sua clementia et authoritate et meis precibus dignum arbitrabitur, statuet et concedet M.tas v.ra Ser.ma, nam quodcunque illi videbitur, ego sum ęquissimo animo accepturus. Valeat per quam optime M.tas v.ra Ser.ma, et sit semper cum liberis suis et Ser.ma Coniuge felicissima. Cui iterum atque iterum servitutem meam humiliter commendo. Dat.

Bone Regine Polonie
P. Tomic. eps. C. Vicecancel.

SER^ma Princeps et domina, domina clementiss^ma.

Post humilem servitutis et orationum mearum commendationem. Dedi has ad M^tem Regiam dominum meum clementissimum, supplicans illius M^ti ut Joannem Niempcz Civem Gedanen (qui quod obnoxius illius nefarie Gedanen conjurationis et in Luteri sectam prevaricationis fuerat in carcerem durum conditus) ad aliud genus supplicii traducat quod punitionem illi quidem non minuat, sed ad liberorum et misere uxoris, que iam luctu et desyderio mariti plane perit solacium et traducendam vitam, conducere possit. Ista enim mihi et omnibus communiter illius Provintie Prussie proceribus et Consiliariis M^tis sue, convenientior et humanior supplicii ratio videtur, et qua calamitas et egestas liberorum, qui culpa varant, fame tamen pereunt, sublevari possit, ut iste ex Gedano in alium locum vel Civitatem arbitratu Regie M^tis relegetur vel deportetur, maneatque illic cum uxore et liberis ex prescripto M^tis sue data, ad hoc idonea et sufficienti fideiussorum et sponsorum cautione. Cui rei impetrande, quia non putabam me sine adiumento M^tis V^re Ser^me ita sufficere ut compos fieri possem, illam obnixe rogo ut Regie M^tis animum, in petitionis nostre sententiam inclinare dignetur. utque id quod ego et alii communi consensu petimus, impetrare valeamus. Una enim opera si hoc perficit M^tas V^ra, et me sibi ad perpetuam servitutem devinciet, et liberos et uxorem vincti et mancipati hominis a gravi calamitate liberabit. Quam equidem ego felicissimam et optime cum suis liberis Ser^mo que Coniuge incolumem et sospitem esse vehementer desydero, illique me et servitutem meam rursus suppliciter commendo. Datum.

Petrus Tomiczki eps Crac. Vicecancell
Georgio de Baizen Palat^o Marienburgen

MAg^ce domine, amice charissime ac honorande. Tametsi alias et coram et per literas diligenter cum Regia M^te egimus, de miseri illius Niempcz Joannis, liberatione, tamen et nunc ad postulata D. vestre iteravimus preces nostras magno quidem studio et Oratione prolixa, adiuncta etiam petitioni nostre M^tis Reginalis authoritate, neque diffidimus M^tem suam Regiam tandem precibus nostris et reliquorum qui id contendunt, locum daturam, hac scilicet commutandi supplicii ratione inita quam et d. vestra scripsit et nos suggessimus illius M^ti. Et sane quod id sit tardius quam nos vellemus, boni consulendum est. Est siquidem Princeps noster eo ingenio eaque natura preditus qui in suppliciis inferrendis alicui difficulter adducitur, que tamen si intulerit, non facile neque cito remittere solet.

Nos per multum tempus gravi egritudine affecti, lecto decubuimus, Nunc tamen iam rursus dei benignitate liberati, nisi quod paululum tumor pedum nobis est molestus, bona et optata perfruimur valetudine. qua etiam semper frui D. vestram et esse felicem vehementer optamus, eiusque amicitie et amori nos ex animo commendamus. Datum in Kiel, etc.

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancel.
Joanni Niempcz civi Gedanen. incarcerato

Famate domine, amice noster dilecte. Gravissime et molesto semper tulimus animo casum hunc vrum in quem vos imprudentem, adversa fortuna coniecit. Et dedimus equidem diligentem operam cum multis alijs Regie Mtis Consiliarijs vt nos in pristinam libertatem vindicare potuissemus, sed hactenus frustra egimus repugnante fortuna et Principis animo indinato, Nunc iterum diligenter et copiose scripsimus ad suam Mtem et Sermam dominam Reginam, Et speramus omnino nos voti nostri fieri compotes, si quidem ad suam Mtem in Lituaniam D. Czema amicus noster proficiscitur, qui curabit diligenter negocium ad effectum perducere nostris precibus adhibitis, vos interim boni animi esse et quod preter spem et voluntatem accidit, equo animo ad tempus ferre cupimus, Namque et id in meliorem fortunam iuuante deo vti cetera solent, commutabitur. bene valete, melius sperate, nrique sitis memores. Datum.

Sigismundo primo regi Polonie
Petr. Tomic. Eps Crac. Vicecancel.

Sacra Regia Mtas, domine et domine clementissime.

Post servitutis et orationum mearum in gratiam Mtis vestre humilem commendacionem. Domini Consiliarij terrarum Prussie, rogant Mtem vram pro Joanne Niempcz, vt liberum eum facere velit a carcere et captiuitate, et concedere ei liberam mansionem in terris Prussie, ea lege, vt nullo vnquam tempore Ciuitatem Gedanen adeat, me etiam rogarunt, ut pro eo partes meas interponerem ad Sacram Mtem vram, habet iam pridem Mtas vra continuas intercessiones pro homine illo a magnis Principibus et summatibus vris, et nescio

certe cum sit donatus vita, cur tam diu torqueri tedio carceris et negligencia virtus et rei familiaris sue debeat videretur que mihi, ut eum Mtas vra liberum mittere vellit sub caucione fideiussoria sufficienti de sistendo eo quandocunque Mtas vestra mandaverit, et ut manere in aliqua Civitate aut Oppido Mtis vre in Prussia, et negociari mtem in Regno et dominiis illius possit, nihil enim hoc modo esset metuendum de illo et rogo enixe Mtem vram, hanc gratiam homini pauperi et oppresso, facere dignetur. Iste etiam alter Joannes Same nauta proscriptus de Gedano supplicat humiliter, ut hanc gratiam obtinere possit à Mte vra, ut liberam per mare navigandi habeat facultatem et si quando vi ventorum impelleretur cum navi sua ad mare dicionis Gedanen, quod ibi stare possit, ita tamen, ut in medio milliari Civitatem ipsam Gedanen, non accedat. Rem iustam et satis equam petere mihi videtur idem nauta, et proinde supplico Mti vestre, precibus eius benigne annuere, litteras que ei concedere dignetur, quibus munitus, possit navigacionem suam solitam libere exercere, citra tamen ullum preiudicium Civium Gedanen. et ut eisdem suis litteris declarare velit Mtas vestra, quod captivitas ad quam fuit iusta sentencia Mtis vestre condemnatus et coniectus, non noceat in posterum fame honori et bone existimationi illius liberorumque ipsius, Me et meam humilem servitutem, iterum atque iterum commendo Mti vestre Sermae, et eam cum suis omnibus felicissime et diutissime valere desydero Datum in Bodzecin, feria secunda Pasche. Anno domini M° D° xxviii°.

Petr. Tomic. Eps Crac. Vicecancell Joanni Choienski Archidiac° Crac Secretario regio

Venlis domine frater in Chro Charissime. Scribimus Mti Regiæ, intercedentes pro Joanne Niempcz, ut liber tandem sub cautione fideiussoria dimitteretur, quo miser non contabesceret in squallore carceris, et uxorem ac liberos, sua industria et negociandi peritia nutrire possit. Scribimus item et pro isto nauta Joanne Sanie, qui condemnatus similiter fuit ad carceres, sed postea benignitate Mtis Regiæ dimissus, is petit ut possit libere navigare per maria, et victum sibi querere, et si quando vi ventorum pelleretur ad mare Gedanen, ut ibi libere stare possit, cum navi sua, Ciuitatem tamen Gedanen intra unum medium milliare non adeat. Rogamus vos, adiuvetis apud Mtem Regiam preces nostras quas facimus pro ambobus his miseris captiuis, et bene valete. Datum in Bodzecin feria ii. Paschæ. Anno domini.

Petr. Tomic. Eps Crac. R.P. Vicecancell Gdanensibus.

Famati domini, amici charmi. literas vras ad Mtem Regiam scriptas, de Joanne Niempcz reddidi Mti suæ, que declarat vobis nitissime suis literis deliberacionem et voluntatem suam super his de quibus dubitastis et certo vobis persuadeatis, quod Mtas sua hominem illum ita aspernari et detineri faceret, quod nunquam postea poterit vobis ullum negotium facessere, quacunque in re opera et patrocinio nostro commodare vobis et rebus vestris et Ciuitati vræ poterimus, nihil unquam pretermittemus, bene valete. Datum etc.

est autem ... anno 1526.

Petr. Tomic. Eps Crac. Vicecancell Achatio Czeme Succamer° Pomeranie Slochouien et Stargardien Capitaneo.

scripta 1526.

GEnerose domine amice charissime. Dolemus ex animo quod perturbauerint vos plurimum litere Regie Mtis, que forte rigidius et asperius erant scripte, quam fuerit voluntas Mtis sue. Nos, vt scitis non scripsimus literas illas nec ex nostra officina emanarunt. Vtcunque tamen est, certo vobis persuadeatis, cum iam feceritis satis mandato Mtis sue, nullam indignationem Mtem suam erga vos habere, dormiatisque secure in vtramque aurem. verum opus erit, vt hominem illum ita seruetis et custodiatis, prout vult et precipit Mtas sua, de aliis captiuis quorum vxores vos continuis precibus et querelis fatigant, nihil mutare in presens vult Mtas sua a priori suo instituto, prout ex literis Mtis sue cognoscetis. Itaque conformetis vos in hiis et aliis voluntati et imperio Mtis sue fecimus operam et diligentiam nostram, vt vnum captiuum vestrum liberum faceremus Joannem Same. Sed grauatur plurimum Mtas sua, in relaxando aliquo eorum captiuorum, qui sunt deputati ad carceres, veretur enim, ne si vnum dimitti faceret, alii similem gratiam illis impendi postularent. Itaque expectetis adhuc paulisper cum isto captiuo, alio enim tempore accedente occasione honesta, liberum vobis illum faciemus. Jam tandem certiores facti sumus Serenissimum D. Ludouicum, Hungarie et Bohemie etc. Regem in funesto illo et infausto conflictu cum Thurcis interiisse cum multis Epis et proceribus Regnorum suorum. Cesaremque Thurcorum Budum vsque venisse, eamque cepisse, et exussisse, arce salua et illesa relicta, missisque gentibus suis, pestum et alia oppida vicina ac villas cremasse et spoliasse, Jamque ex Buda traiecto Danubio retrocessisse Varadinum Petri versus, In quo vel Belgrado forte est hiematurus, quare tota Hungaria adeo nunc concussa et consternata est, vt si dei benignitate, et Principum Christianorum ope adiuta non fuerit, breui actum erit de illa, nam maior pars dominorum Hungarorum in illa miserabili clade interiit, alii qui supersunt, sunt hincinde

dispersi, nec licuit illis hactenus propter hostem qui eos nunc ab inui-
cem secrevit in unum convenire, bene valete. Datum etc.

Sigismundo primo regi Polonie
P Tomicius eps vicecancell

Sacra Regia Mtas et domine, domine clementiss.me
Post humilem servitutis et orationum mearum commendacionem. Cum re-
disset nuper dominus Jodocus Ludovicus Decius qui munus monetarium
cui erat in Prussia prefectus, officiose et diligenter est exorsus, in-
dustrie vero atque fideliter perferit et instituit, multa mecum que
ad hanc rem pertinent est locutus. precipue tamen hoc maximi mome-
nti esse dixit et ad Regni utilitatem Mtisque vre commodum perti-
nere, ut quemadmodum est cautum et decretum a Mte vra iusta
Polone et Ruthenice monete fieri estimationem, ita daretur etiam
ab illa vicissim opera et eius commercium et usus utrobique fiat et
feratur. Etenim retulit Prefectos et Notarios Camere Bidgostien
aliosque officiales et Capitaneos Mtis vestre incepisse illam reprobare
quo exemplo ceteri deterriti, illius quoque usum et commercium fugi-
unt. Non sine magno et hominum negociatorum et illius rei nummarie
detrimento. Quare mittit istuc ad Mtem vestram cum literis ea de
re nuncium, quibus etiam ego has meas adiunxi iisque ipsis Mtem ve-
stram plurimum rogo, ut pro sua Regnique sui utilitate authoritatem
Regiam interponere dignetur et edicere iubere, ut tam polonam
quam Ruthenicam monetham omnem accipiant, cuius valor seu estimacio
utriusque sit proba et iusta. Precipue tamen domino Thesaurario dare
in mandatis velit Mtas vra ut prefectis officiorum nominatim pre-
cipiat et edicat, ut deinceps hanc monetam novam Prussie accipiat
ac eam refutare non audeant, nam ab illorum authoritate et con-
suetudine tamque a ministris vestre Mtis ceterorum hominum pendet
de hac re iudicium. Hac autem re Mtas vra Serenissima plurimum et
sibi et dominisque suis procul dubio commodabit. Cui ego me, et ser-

vitutem meam iterum commendo, et felicissimam esse, atque in multos annos incolumem, cum omnibus liberis et Serenissima sua coniuge vehementer desydero. Datum Cracovie etc.

Sigismundo primo Regni Polonie
Petrus Tomiczki Eps Cracovien Vicecancellar. et Schidlowicius

Sacra Regia Mtas et domine domine clementissime

Post humilem servitutis et observancie nostre commendacionem. Cum nuper fuisset nobis declaratum, quod impedientibus Civitatibus terrarum Prussie, presertim vero Gedanen. Usus monete que omnium ordinum consensu cepta est cudi Thorunii, cessaret, idque videretur nobis non modo ad publicum detrimentum pertinere, verum etiam contemptum in authoritate Mtis vestre et decretis publicis inducere, Scripseramus tum ad Cives Gedanen et Thorunen, illos amice cohortantes, ne in impediendo monete eius nove cursu decreta publica ledant, et in authoritatem Mtis vestre committant. A quibus rursus in eam fere sententiam est nobis rescriptum, ut et Mti vestre est non multo ante per nuncium Civium Gedanen significatum, nonnulleque rationes adducte, propter quas ad usum publicum monetam perducere se non posse affirmarent. Ex quibus ea nobis non postrema neque minoris momenti visa est, quod Illustris dominus Dux Prussie, neque ipse equivalentem cudat monetam, neque hanc que cuditur in dominiis Mtis vre in usum suorum adducere curet. Quare nos et publici commodi studio et causis istis a Gedanen propositis permoti, contulimus inter nos quid in hac re Mti vestre suggerendum suadendumque foret, ac cum diu causarum varietas, que in monetario hoc negocio contingunt, dubium nobis faceret animum, tandem hoc unum utilissimum visum est nobis consilium, ut Conventus in terris Prussie a Mte vra indicatur, in Mariemburgk aut Grawdencz et severe precipiatur omnibus ordinibus earundem terrarum Prussie, ut ad eum venire non negligant, nunciique alicuius authori-

tatis per Mtem vram ad illum mittantur, et presertim Romus dominus Epus Wladislavien, et D. Petrus Sluzewski Castellanus Junivladislavien et Capitaneus Dibowien, Sed et Illx dominus Dux Russie vorandus necessario nobis videtur, ut vel ipse veniat, vel nuctios mittat cum plena facultate suscipiendi approbandiqz ea que omnium ordinum consensu decernentur. Nam si ille non prestabit, que instituentur, frustra ceteri hec conabuntur retinere. Quia vero ipse d. Dux Prussie iam dudum postulavit dari sibi mutuo aliquam summa argenti pro operis initio, censemus et consulimus illum exaudiendu esse in parte, ut negotium proficiat citius, et alii subditi Mtis vestre non habeant occasionem transferendi causam in ipsum. Ubi enim ille negotium posuerit in executionem, certissimum est reliquos minus posse refragari, qui hinc summunt excusationem, quod moneta nova in terris domini Ducis non recipitur. Ceterum de conventu celebrando maturo consilio videtur opus esse, ut pro festo Sancti Jacobi indicatur, propter has causas subsequentes. Primum quod Consules Thornien Civitatis interesse nolunt estimationi seu probe monetarie, cum absqz illis uti presidentibus et ad hoc munus cum domino Palatino Pomeranie designatis, periculosum sit estimare aut probare monetam (licet notu sit illam probam et bonam esse) pateret enim semper calumnie locus si hi ad quos pertinet prntes non essent estimationi. Secundo quod Gedanen ferie seu nundine instant pro die Sancti Dominici, quo tempore multi indigene et externi illuc confluunt, ac nisi tollatur prius error monete nove exponende, metuendum foret, ne hominum commercia negotiorumqz transigendorum rones confundantur. Tercio quod stantibus sic rebus moneta nova foris exportatur, error in populo crescit et contemptus occasio prebetur. Quarto, quod publicato sic undiqz errore isto, futurum est, quod hec nova moneta spernatur, et novus error sit in solvendis censibus, commerciisqz hominum exercendis, cum non mediocri eorum iactura, qui hactenus decreta publica observaverit. Sed hec et alia huc pertinentia perscripsit Do. Jostus Ludovicus Mti vre, cuius lras, si quid amplius cognoscere in hac re dignabitur

relegere apud se mandabit. Verum in dictio Conventus istinc erit necessario declaranda, missis recta ad Ill. do. Ducem, et omnes ordines terrarum Prussiae tabellariis cum literis Mtis vestrae, Instructio vero ad eundem Conventum, huc ad nos mittatur. et nuntii designentur, idque absque mora, quia eo processit negotium Ut periculum sit in mora minime contemnendum. Hec nos scripsimus pro offitio et fide nostra, quam et Mti vestrae, et reipub. debemus. Quare illam rogamus Ut animadvertere ad commodum suum et sue reipub. dignetur, et id circa hoc monetarium negotium constituere, quod magis utile et diuturnum esse possit. Commendamus nos runsus et servitutem nostram in gratiam Mtis vestrae Sermae, quam felicissimam esse et in plurimos annos cum Serma coniuge et liberis incolumem vehementer desideramus. Datum Cracoviae nona die Junii Anno domini M°. D°. xxix°.

P. Tomic. Eps. C. Viceecancell Maurititio Epo Varmien

Rme in Chro pater et domine, frater et amice charissime ac honoran. Accepi literas dominationis vrae Rmae, quibus declarat cum magno hominum fieri incommodo et detrimento publico, quod moneta per Mtem Regiam, et totum istius Provinciae Senatum istic instituta, à Gedanen nunc reprobetur. Quam rem equidem ego gravi et molesto fero animo et miror vehementer, quod Gedanen compendii et emolumenti sui privati causa, monetae estimationem quam Mtas Regia cum Consiliariis publici commodi causa decrevit, temere ausit mutare, puto enim Mtem Regiam indigne hoc illorum factum laturam esse. Et ego ipse prout est equum adnitar diligenter apud Mtem suam, Ut illos non patiatur tam audentes esse deinceps in publicis decretis arbitratu suo abrogandis. Si modo hoc iam illis per Nunctium quem nuper Vilnam ad Mtem suam miserant non est imperatum. Audio enim illum non cum gratia Mtis suae illinc dimissum esse, ac uti iam dixi ego dabo operam

quantum in me erit, ut M^tas sua rata et firma esse iubeat communia decreta, V^re quoque D. quarum interest pro offitio quisque suo commoda et utilitatem publicam tuebuntur. Cupio felicem esse D. v^ram et in multos annos incolumem, eiusque amori et benevolentie me ex animo commendo. Datum Cracoviae XX. Maij.

Petr. Tomic. ep̄s Crac. Vicecancel.
Alberto Marchioni Brandeburgen.
Et Duci in Prussia

Ill^me Princeps et domine, domine honorand^me.

Accepi l^ras Ill^tis vestrae, ex quibus sententiam et deliberatiōm illius de tota rōne rei monetariae abunde perspexi, simulque cognovi, quid et Gedanen. circa hanc rem novis conatibus animique impressione ad retractanda publica decreta augmentur et prudenter provideat Ill^tas v^ra, in quibus tametsi certa omnia et ē repub. facile possunt esse quae sentit Ill^ta v^ra, mihi tn̄ vel sola vigilantia illius et sollicitudo communibus de rebus vehementer satisfacit. Et Gedanen. quidem nuncii sicuti scripsit Ill^ta v^ra huc ad nos missi, conati sunt nobis multis rōnibus persuadere constitutiōm novae monetae magno incommodo publicas et illorum et caeterorum illius Provinciae homi-num rōnes compressisse, maxime vero in eo, quod nova moneta eademque estimatione et pondere maior sit veteri in numero et valore marcae coequata, quam rem ipsi et in commerciis et in prestatione popularium tributorum, grandem perturbatiōm, damnumque non vulgare censent induxisse. Quae profecto illorum rōnes et argumenta, tametsi mihi eiusmodi considerationis ignaro et plane rudi. Speciem quandam et verissimilitudinem habere in se videbantur, persuadere tamen mihi nequaquam potuerunt, ut pro arbitrio tantummodo Gedanensium ea abroganda esse vel ipse censerem vel suaderem M^ti Regiae, quae cō-muni deliberatione omnium ordinum Prussiae et inprimis Ill^ta v^rae con-sensu publice fuerant decreta, authoritateque Regiae M^tis confirmata

Quare scripsi diligenter ea de re ad suam Mtem et in his que ad publica commoda necessitatesque communes pertinent, nihil innouare dignetur, nisi prius sententiam Consiliariorum suorum illius Prouinciae et Illmae V. Rae iudicium et assensum poscat et requirat, ad quorum omnium consultationem publicam etiam ea que Gedanen. nuper ad nos retulerunt reijcienda esse censui et suasi, Puto enim ea certa utilia firmaque semper fore in omni repub. que communi deliberatione et consensu fiunt et decernuntur. Illo autem tempore cum id in consultationem Illmae V. Rae referet Mtas Regia, dignabitur Illma V. Ra pro sua singulari prudentia simul ea velle et suadere, que vel ad constituenda publica commoda, vel ad tuendam Mtis Regiae authoritatem pertinere necessario videbuntur. Interea me gratia et beneuolentia sua complecti dignetur. Ego enim ad illius voluntatem cum omni officio et animo obsequenti presto sum semper futurus. Cupio felicissimam esse Illmam V. Ram et cum suis omnibus quam diutissime saluam et incolumem, Cui me ex animo commendo. Datum Cracouiae etc.

Petr. Tomic. Eps Crac. Vicecancell
Alberto Marchioni B. Duci prussie

Illme Princeps et domine, domine honorandme. Post studii officiorumque meorum commendationem. Accepi literas Illmae V. Rae, quibus me hortatur, ut de re monetaria bene constituenda, curam et operam meam impendam, Quod equidem ego et mea sponte et monitu Illmae V. Rae amplius summo studio et sollicitudine sum semper prosequutus, et nunc etiam prosequi et attendere non desii. Verum quia hec res, propterea quod magni momenti sit, quodque longa et salubri deliberatione indigeat, ad alium Conuentum ut arbitror per Mtem Regiam et Consiliarios differetur, qui Conuentus Cracouien. absoluta noui Regis coronatione habebitur. ego etiam in illud tempus omnia mea consilia et opera referendam esse censui, Ubi quantum vel ingenio vel authoritate

valuero adnitar sedulo, vt cum dignitate Mtis Regie, Illi vrę et commodo publico negotium transigatur.

De Coronatione autem Sermi nominis Regis, que futura est ad vigesimam diem februarii, Regia Mtas propediem faciet certiorem Illtem vram.

Ceterum ego pro antidoto contra pestilentem sudorem mihi misso plurimas ago Illti vestre gras, Nam id munus vel ob id solum quod ab Illte vra sit missum, est mihi longe gratissimum.

Quod ad negotium Joannis Sliemcz attinet, nihil intentatum relinqua vt mea opera et patrocinio tam illi afflicto subueniam, quam voluntati Illti vestrę satisfaciam, modo facultas tanta mihi quanta voluntas est, adesse in hac re possit. Commendo me rursus et studium meum Illti vestre, quam sanam saluam et quam diutissime incolumem esse vehementer desydero Datum

De moneta Swidnicen transcudenda Deque falsa ac adulterina eliminanda in prussia.

Vniuersis et singulis Principibus tam Spualibus quam Secularibus. Rmis ac Reueren, in Chro patribus, dominis Archiepis, Epis, ac eorundem Capitulis, necnon Magcis, Generosis, Nobilibus, Famatis et Prouidis. Palatinis, Castellanis, Capitaneis, Tenutariis et eorum quibuscunque aliis dignitariis et officialibus, et eorum vices geren, Nobilibus, heredibus Aduocatis, Scultetis, Ciuitatumque et oppidorum nostrorum, et quorumcunque Subditorum nostrorum, Magris Ciuium, Consulibusque ac communitatibus, et gnaliter omnibus Subditis nostris cuiuscunque status, condicionis et pre-

eminentie exitibus in Regno et terris nostris Prussie et Masovie
vbilibet constitutis, ad quos presentes litere nostre peruenerint, et ad
quorum notitiam verisimile infrascriptum edictum perlatum fuerit
Syncere et fidelibus nostris dilectis. Salutem et gratiam nostram Re-
giam, Syncere et fideles dilecti. Manifestum vobis et cuilibet vestrum
facimus per presentes, quia nos partim ipsi considerantes, partim per Sub-
ditos nostros edocti, que intrinsecus terras nostras Prussie atterunt
et exinaniunt, et vicinis quibusdam in vilipendium redigunt, ac
ea sistere et frenare, bonamque cautelam illis adhibere volentes, qui-
bus stantibus etiam absque vllo externo hoste, facile ipse terre nostre
Prussie deficere ac in preceps venire possint, simul ac inter ea
ipsa nobiscum reputantes, plurima damna et incommoda Subditorum
nostrorum, predictas terras nostras Prussie incolentium, que in moneta
earundem terrarum levi, et a nonnullis propterea facile adulterata
illis inferuntur, De voluntate maturoque consilio et vnanimi consensu
Illustris Principis domini Alberti Marchionis Brandeburgensis in Prussia et
Ducis etc. Nepotis nostri charissimi, ac etiam Reverendorum, Magnificorum,
Generosorum, Nobilium, Prelatorum, Baronum, Palatinorum, Castellanorum,
Succamerariorum, Capitaneorum, officialium, ac totius Nobilitatis
necnon omnium Consiliariorum nostrorum, tam Regni quam terrarum Prus-
sie, ac etiam maiorum et minorum Ciuitatum earundem, iampridem
pro commodo et incremento omnium et singulorum dominiorum nostrorum
presertim ad euitandum in casu monete perpetuam iacturam, et irre-
cuperabile damnum predictarum terrarum Prussie, id cauendum fu-
isse primus vt noua moneta in grossis, solidis, denariis in valore et grano
nostre monete Polone respondens cuderetur, que tam in Prussia, quam in
Regno nostro, necnon Ducatibus ac Vniuersis dominiis districtibusque
nostris, in vsu esset, dandoque et percipiendo caperetur omnibus peregrinis
exoticis et adulterinis monetis, quibus terre ipse Prussie, pro maiori par-
te in non modicam earundem iacturam, replete et occupate videban-
tur penitus abrogatis et prohibitis. Vnde officinam nostram monetariam
Thorunensem, non sine magno impendio et graui dispendio nostro institutam

catenus promouimus ac diligenter ordinauimus, quod grossi, solidi et dena-
rii, partim iam sunt excusi, partim deinceps excudantur. Proinde ut usus
nove istius monete in Regnum, Ducatus, terras, districtus, et populos nostros
invehatur, et in usum hominum inducatur quedam salubres ac pernecessa-
rie constitutiones et ordinationes per prefatum Ducem in Prussia etc. nepo-
tem nostrum, ac Consiliarios nostros, tam de terrigenis quam de Civitatibus
terrarum Prussie facte, ac per nos approbate et publicate sunt. Que
tametsi hactenus per quedam intervenientia impedimenta, effectum
ac progressum suum non sunt sortite, nobis, dominiis, ac Subditis nostris,
notabilia incommoda damnaque non pauca acciderunt, quibus om-
nibus (sicuti merito debemus) auctoritate nostra Regia et gratioso pro-
spectu occurrere, volentes, et providere, ne deinceps aliquis (quicunque
is fuerit) ignorantiam suam pretexens, contra hoc mandatum ac e-
dictum nostrum, nobis, dominiis nostris, ac populis, damna gravamina
ac iacturam subministrare audeat, aut contumaciter alia vel moneta
vel marca quam admissa quovismodo uti, aut prohibitam monetam in
usum hominum inducere presumat. Nos omnibus et singulis supradictis
et presertim his qui vendendo, emendo ac pertranseundo, terris nostris
utuntur, cuiuscunque conditionis et preeminentie existentibus, iterum
potestate et authoritate Regia strictissime et severissime precipientes ma-
damus, ut presentem nostram ordinationem, constitutionem et mandatum
firmiter observetis, atque ut ab omnibus Subditis nostris ubilibet inviolabiliter
observetur diligenter curetis. In primis autem et specialiter prohibitas esse
volumus, ac presentibus inhibemus, omnes peregrinas exoticas ac adulteri-
nas monetas, inter quas Swidnicen (cuius nos usum interdiximus) pri-
mas tenet, gross. quoque ~~permutuatos~~ punctuatos, quos Tippel groschen vocant, necnon
solidos Gdani novissime excussos, que et qui ut antea, ita nunc et
deinceps (iuxta prohibitionem priorem) penitus abrogate et abrogati
esse et in nullo usu permanere debebunt. Ita ut nemo ex Subditis no-
stris aut etiam advenis, in terris nostris alia moneta quam nostra,
que in officinis nostris Cracovien ac Thorunen, Insuper Illris domini Al-
berti Marchionis Brandeburgen in Prussia etc. Ducis nepotis nostri charissimi.

Necnon quarundam Ciuitatum quibus iuxta priuilegia earum, monetam in valore, grano, pectis, forma, effigie, et numero, equalem cudere permissum est, officinis excuditur. Grossis insuper, et solidis Pruthenicis antiquis ante se, re: Frederici Mgri gnalis, ac sepe dicti moderni Ducis in Prussia tempora percussis, tam in emptionis venditionis quam omnibus aliis contractibus et censibus uti audeat sub penis infra descriptis. Volumus preterea, et seuerissime mandamus, quatinus iuxta veterem terrarum Prussie vsum et consuetudinem, omnes et singuli terrarum earundem, tam Incole, quam aduene qui in ea negotiationes ac permutationes suas aliaque Comercia agunt, aut per eam proficiscuntur numerum veteris consuete marce teneant, Vt in emptionis, venditionis, omnibusque aliis contractibus et censibus, in marcam Pruthenicam, viginti noui, aut totidem antiqui, ante se, re: Frederici Magri generalis tempora percussi et Polonici grossi. Solidi preterea noui sexaginta vel totidem antiqui, (iuxta Culmen priuilegii tenorem) computentur, numerentur, dentur et recipiantur, et tres solidi talem vnum grossum, et sex noui denarii solidum constituant. Grossi quoque Illr(mi) Frederici se, re, olim Magri gnalis ac Alberti moderni Ducis in Prussia etc. Similiter omnes antiqui denarii Pruthenici, pro festo Sancte Trinitatis proximo, que est duodecima dies mensis Iunii penitus et omnino prohibiti et abrogati esse debebunt. Ita tamen quod interea vsque ad prefatum festum iam dicti grossi, modo qui sequitur in vsum et transitum maneant Vt per sedecim, denarios nouos, per hoc tempus vel capiantur et dentur, vel in officinam monetariam tam per hoc tempus, quam deinceps permutentur. Similiter debet etiam cum antiquis denariis obseruari, qui tamen post festum Sancte Trinitatis prefatum, in vsu amplius esse non debebunt, sed duntaxat in monetariam officinam deportari. Denarii autem antiqui in terris Prussie cusi, extunc debent in monetariis officinis vel distinctibus ad hoc deputatis iuxta pondus tali modo permutari Vt quantum pondus antiquorum denariorum quis attulerit, tantum ponderis nouorum denariorum vel eorum equiualens in gross. et solidis ei redderetur. Et quod huiusmodi grossi et denarii intra hinc à data presentium

ad festum Natiuitatis Christi proximum in officinas monetarias deporte- tur. Nam post huius temporis expirationem prefectus officine mone- tarie, vel eius viresgeren ulterius ad eorundem permutationem vel Cambitionem obligati esse non debebunt. Idque ab vniuersis subditis nostris et aduenis cuiuscumque status et conditionis existant, inuiolabiliter teneri et obseruari volumus et districtius mandamus, sub pecuniarum et mercium ammissione, necnon centum florenorum aureorum Hungaricalium pena, ab omnibus et singulis, qui contra hoc vniuersale manda- tum nostrum, vel verbo vel facto venire presumpserint, exigenda et irremissibiliter persoluenda. Si vero aliquis vel huiusmodi pecuniarum mulctam dare non possent. Ille vel illi in corpore secundum dominum cognitionem puniri debent. Proinde vobis Episcopis ac eorum Capitulis, Pala- tinis, Castellanis, Sutramerariis, Capitaneis, ac quorumcumque locorum officialibus, et eorum viresgeren, Proconsulibus, Consulibus aliisque Ciuitatum et Oppidorum prefectis, in terris nostris vbilibet constitutis seuere precipimus et mandamus, vt hoc nostrum decretum et edictum in omnibus locis publicis, ad que homines frequenter conuenire solent, de- nunciari, proclamari et publicari faciatis, ne quis ignorantiam preten- dens aliquid contra eam constitutionem quid puniendum veniret, commit- tat, ac poenas suprascriptas incurrat. Vos vero Episcopi ac eorum Capitu- la, Palatini, Castellani, Sutramerarii, Capitanei et officiales, tam Spi- rituales quam Seculares ac eorum viresgeren, in custodiendo mandato nostro et peruestigandis locis omnibus, ne quis eandem prohibitionem ac edictum nostrum transgrediatur, curam et diligentiam adhibeatis, et quoscumque deprehenderitis vel in minima quaque re contra hanc ordina- tionem nostram exercuisse vel egisse, illorum res iuxta prescriptum modum capiatis, necnon huiusmodi inobedientes personas obstringatis, ac apud vos usque ad informationem nostram detineatis sub poena centum florenorum Hungaricalium, auri boni et iusti ponderis, toties, quotiens com- perti et conuicti fueritis, huiusmodi mandatum nostrum transgressi esse, fisco nostro applicandorum. Simili seueritate precipientes, mandamus vobis Proconsulibus et Consulibus maiorum et minorum Ciuitatum, ne vllo

aliqui

pacto contra hoc mandatum et edictum nostrum quicquam attentetis aut permittatis, quod Concives vestri attentent, contra vos de comunitate, Proconsulibus et Consulibus vestris id nequaquam facere admittatis sub prefata ac omni privilegiorum vestrorum Jurium, libertatum, concessionum et quicquid id genus est, quo aut vos, aut comunitas ipsa publice aut privatim quispiam gaudet ammissionis poena. Si vero aliqua earundem Civitatum proprio ac temerario ausu, in contemptum et vilipendium nostre Regie Maiestatis, potestatis, regalium, superioritatis, et mandati, contumaciter facta, ab observatione huiusmodi ordinationis nostrae, recedere et deficere presumpserit, hanc alie sub prefata poena nequaquam sequantur, Sed in observantia prefatarum constitutionum, ac huius mandati nostri obedienter perseverantes, nobis cum primis id significent, tunc nos contra tales prevaricatores et inobedientes Civitates sic nos vindicare pena geremus ut et ipse et alii in universum cognoscant, nobis earum inobedientem contumatiam displicuisse, nec nos talia ulla via tolleraturos sed per omnem indignationem obviaturos. hoc mandatum ac edictum nostrum, debet ubique in terris nostris Prussie ab omnibus statibus et Civitatibus simul eodem tempore pro die divi Stanislai, que est octava dies Mensis Maii huius anni proclamari, affigi et publicari, pro gratia nostra secus non facturi. Datum Cracoviae in generali Conventu felicis Coronationis Serenissimi filii nostri domini Sigismundi Secundi, feria secunda proxima post Dominicam Invocavit. Anno domini. M°. D°. xxx°. Regni nostri anno xxiiii

Ad mandatum Regiae Maiestatis proprium

De Moneta in Prussia per ducem cudenda: et recipienda per subditos regios

Vniversis & singulis Regni nostri & dominiorum nostrorum, cuiuscunque sta-
tus & conditionis fuerint, Subditis nostris sincere et fidelibus dilectis, gra-
tiam nostram Regiam. Sinceri & fideles dilecti. Quia quum annis supe-
rioribus in dominiis nostris Prussiae existentes tam Illis. Domini Alberti Mar-
chionis Brandenburgen. Ducis in Prussia &c. Nepotis nostri charissimi.
quam omnium Consiliariorum nostrorum accedente consilio, ad extirpan-
dum, adulterinas & externas monetas, quibus tam prefata dominia
quam Regnum nostrum Poloniae, repleta fuerant (confirmantes nos decre-
tis & Statutis Conventus generalis Petercoviae de anno M°. D°. XXVIII°.
omnium Regni nostri ordinum consensu approbatis) de nova in Prussia
instituenda moneta, mature consultassemus & conclusissemus, & ut deinceps
Subditorum nostrorum negotia, negociationes, & commercia, tanto faciliora
forent, eandem monetam in pondere & grano monete Regni nostri Poloniae
equivalentem tam in officina nostra Regia Thorunen. sub signis nostris.
quam in Monte Regio Illmi D. Ducis in Prussia &c. Civitate sub signis eius-
dem D. Ducis cudendam, constituissemus, ut quum unum sit & generale
dominium per Regna & Dominia nostra, una & generalis etiam foret ubique
usualis moneta, prout de his omnibus per Consiliarios nostros terrarum
Prussiae simul cum eiusdem Illustris D. Ducis in Prussia &c. Consiliariis
conventus constitutiones & decreta recessusque Conventuum aliquot, lati-
us declaratum existit. Novissime vero in Conventu Cracovien., de anno
domini M°. D°. XXX. Post felicem Serenissimi filii nostri in hoc regnum,
erectionem, & coronationem celebrato, per Maiestatem nostram simul & prefatum
Illustrem D. Albertum Marchionem Brandeburgen., & in Prussia Ducem &c.
Nepotem nostrum charissimum omnium Regni nostri, ac dominiorum nostro-
rum ordinum accedente consilio & consensu laudata & approbata, pro-
ut hec omnia specialius, literae universales, tam nostrae Maiestatis, quam ipsius Illus-

Do Ducis etc. ex eodem Conventu emanate (ad quas presentes referimus) disponunt. Nihilominus tamen certis edocti relationibus comperimus tam in Regno nostro, quam aliis dominiis nostris, nonnullos existere, qui in contemptum mandatorum et constitutionum nostrarum ignorantiam pretexentes, huiusmodi monetam hactenus recipere recusarunt, pro suo libitu in eadem valorem alium constituentes. Nos igitur ne quis omnino sit qui huiusmodi mandatorum nostrorum ignorantia adiutus, cum nostra Regia indignitate, et aliorum Subditorum nostrorum damno, suo utatur iudicio et voluntate, Denuo presentes literas universales et mandata emittere decrevimus. Mandantes universis et singulis nostris Subditis, cuiuscunque status, conditionis, officii, dignitatis, preeminentie, et regiminis sint, ut visis presentibus, huiusmodi constitutiones in Civitatibus, oppidis, villis, ac aliis omnibus locis universisque iurisdictioni subiectis, per universum Regnum nostrum, Ducatum Masoviae, terras Prussiae, et reliqua dominia nostra publicari et proclamari faciant, ita ut tam nostra Thoruniensis, quam Illustris D. Alberti Ducis in Prussia nomine excussa moneta, equivalenter cum Polonica recipiatur, videlicet denarii seu oboli, pro obolis Polonicis decem et octo in grossum computando, solidi per sex denarios, et tres solidos pro grosso uno, Item grossi nomine tam Illustris D. Ducis quam nostri grossum Polonicalem. Argentei vero minores pro tribus grossis, et maiores pro sex grossis polonicalibus exponantur et recipiantur ab omnibus, sive indigenis et incolis, sive alienigenis et exteris, in Regno et dominiis nostris commorantibus et ~~ignorantibus~~ negotiantibus. Exoticas vero et externas monetas omnino prohibitas, et in nullo usu esse volumus, iuxta priores a nostra Maiestate desuper emanatas literas, quas hic tanquam pro insertis habere volumus. Eo duntaxat excepto quia iam in subdivisionem temporibus et pro foro satis pecuniarum in denariis minutis et solidis excusum sit. Ne leviori igitur moneta Regna et dominia nostra expleantur. Volumus ut tam in nostra Thoruniensi officina quam aliis omnibus in locis a cudendis denariis et solidis deinceps cessetur, et secus non fiat. Reliqua vero omnia et singula confirmata et rata esse omnino volumus, sub pena in dictis literis contenta, videlicet toties quoties compertum fuerit sive Subditi nostri sint sive exteri, qui hoc mandatum nostrum

transgressi fuerint, toties ab illis centum florenorum in auro Hungaricali
iusti ponderis irremissibiliter exigantur, quorum medietatem ad fiscum
nostrum applicari, aliam medietatem dignitatis prefatis officialibus seu
magistratui executionem facientibus, dari omnino volumus negligentes
autem in huiusmodi mandatorum et constitutionum executione, si ad nostram
aurem delati fuerint nobis ipsis puniendos reservamus. Quapropter omnibus
et singulis suprascriptis subditis nostris sive aliis omnibus ubilibet per Regnum
et dominia nostra existentibus ad quos presentes pervenerint, sive publice affixe
sive de more proclamate fuerint districte precipimus et mandamus, ut huiusmo-
di constitutiones et mandata nostra omnino observent et observari absque re-
nitentia faciant, sub gravi indignatione nostra et poena suprascripta aliter
pro gratia nostra facere non ausuri. Datum Cracoviæ feria quarta
Conductus Paschæ undecima Aprilis. M°. D°. XXXI°. Regni nostri
anno XXV.

636a

Desunt

Hic in initio huius libri, ponantur lrę regię:
Ad duos Consiliarios regni, ad Capitaneos: ad Nobiles
ad Nuncios scripte, ~~ex~~ Quibus Conuentus tam
particulares, ac generales in Varsovia est indictus
simul et legatio ad eosdem Conuentus particulares missa

Omitte lrę ad Incolas ducatus Masouie scripte
ut in Conuentu particulari Varssouiensi conuenirent:
postea in generali Varssouiensi, ad consulendum ac
ad ferenda onera regni accederent

Hec ex Registro dni Choienski,
aut a do. doctore Cromero petantur

305.

636b.

Annus domini 1529.

Legatio a Sigismundo primo Rege Poloniae ad Conuentum terrestrem Ducatus Masouiae, in Varssouia indictum, qui praecessit generalem Regni Conuentum: etiam illic in Varssouia institutum. Et per solos Consiliarios absente Rege actum. Rex tunc Vilnae erat.

Post nunctiatam Salutem et gratiam nomine Sacrae Maiestatis Regiae, vniuersis Officialibus et Nobilibus in Conuentu Varschouien congregatis, Nuntius in hunc modum verba faciet.

Quo iure, quaue iustitia Ducatus iste Masouiae, in Sacram Maiestatem Regiam et Regnum Poloniae deciderit, quidque Regnicolae fieri et effici instantissimis precibus et clamoribus in negotio huius Ducatus a Maiestate sua Regia postulauerint, et nunc etiam rogare et instare non cessent, iam satis abunde et copiose tam per varios et insignes Nuntios, quam per literas Regias, ac etiam in praesentia Maiestatis Regiae tam hic Varschouiae, quam in Cracouien et Piotrkouien Conuentibus coram Nuntiis vestrarum D. verbis et multis sermonibus explanatum et expositum esse nemo ignorat. Et quo ordine, qua denique clementia Maiestatis Regiae integro hoc biennio cum vestris D. agitatum sit, superuacaneum censeo repetere.

Quia vero Maiestas sua Regia videt et experitur, quod benignitas et clementia sua in abusum et leuitatem dignitatis, et Maiestatis suae Regiae, a vestris D. traducta est, omnesque legationes et literae Maiestatis suae in cassum abiere, et hactenus non nisi diffugiis et dilationibus laboratum est, et usque huc negotium

hoc Curatus absque fine protractum. que res videtur non mediocriter lede re famam et laudem M^tis sue, que ab vniversis externis etiam infideli, bus hominibus uti prudens iustus, et pius Princeps Christianus à suis Subdi, tis amari, Cuius non mandatis solum sed nutibus etiam subditos vniver, sos parere obsecundareque passim dici et predicari nemo nescit.

Cum autem M^tas Regia pro immensa prudentia sua expendat peri, cula et necessitates in quibus Regnum et Dominia M^tis sue hoc tempore constituta sunt. videnseque id quod nemo non uidet quantis calamitatibus vniversus orbis Christianus concutiatur, que bella, que mortalitates que flumina sanguine Christiano manantia qui conatus Principum Chri, anorum atrocissime bellis inuicem decertancium. Ex quibus liquet, que spes esse potest de ipsorum concordia Vt resistant infidelium paganoru fortune et desiderio, quibus ianua aperta est ad occupandas facili nego, tio istas hic prouincias. Nam Thurcus nactus occasionem ex bellis Chri, anorum occupauit non contemnendam partem Regni Hungariae alioqui diuitis et potentis, Et nunc etiam satagit artibus suis quod reliquum est Regni illius deuorare, que res si illi ex voto (quod deus auertat) succedet, facille quisque intelligere potest, quoniam citra negotium hoc malum, dimanabit in vicinas quasque Regiones, sed potissimum in dominia M^tis Regiae

Accedit ad hoc non minus malum, quod Thartari Precopen, qui ob intestinam discordiam hoc anno non potuerunt vastare dominia M^tis Regiae in ma, gna copia, iam tandem inierunt concordiam, et cum Zawolensibus perpetue concordie federa tractare et conficere dicuntur, vel hac potis, simum ratione, que Christianos sed presertim dominia M^tis Regiae maio, ri potentia ferro, et igne vastari et ex illis predas agere more suo pos, sent.

Ad tantam igitur vim infidelium reprimendam, Dominia M^tis Regiae plus satis afflicta, Sufficere non valent. Et iam terra Podoliae tota et

Russiæ maior pars excursionibus et predis Tartarorum deserta ia-
cet, non procul abest vt hoc quoque malum serpat ad hunc Ducatum Ma-
soviæ illis terris iam deficientibus

Quibus malis et periculis, vt salubri consilio occurri aliqua rone tempe-
stiue possit, Sacra Mtas Regia ex consilii sententia, Conventum Regni,
in hac Ciuitate sua Varschouia, ad proximum Sanctorum trium Regum
festum, agendum instituit.

Et hanc Ciuitatem Conventui designare dignata est Mtas sua, ea potis-
simum ratione, vt negotio huius Ducatus citra vllum preiudicium sub-
ditorum suorum ex hoc Ducatu, iam tandem finem faceret, quo vniuer-
si Mtis sue subditi animis et viribus vniti, hostium infidelium potenciæ
et crudelitati, facilius et vtilius, sub felici regimine Mtis sue, resistere pos-
sent, vtque communi periculo et necessitati, communibus suffragiis vna
occurratur.

Proinde Sacra Mtas Regia hortatur vestras D, atque in primis Consi-
liarios suos, deinde etiam vniuersam Nobilitatem huius Ducatus vt
tam de his que nomine Mtis Regiæ exposui, quam de aliis reipublice neces-
sitatibus et periculis, hic prius simul conferant. Et nuncios cum plena
facultate et ptate ex medio sui deligant, qui cum Consiliariis Mtis Re-
giæ huius Ducatus, ad futurum Conventum Regni venient, Et ubi
Mtas Regia cum Consiliariis ac nunctiis terrarum Regni, et cum cõ-
siliariis et nunctiis huius Ducatus sui vnanimi sententia et voto, posito in
primis negocio huius Ducatus in bono ordine et fine, Deinde id statuere
et concludere possit et valeat, quod esset ad laudem et gloriam no-
minis dei, ad Mtis sue Regiæ perpetuam famam, et immortalem
gloriam, Subditis vero eius Mtis vniuersis, ad mutuam charitatem, cõ-
cordiam, iusticiam, pacem, vtilitatem, et dominiorum Mtis sue propaga-
tionem.

Voluit autem Mtas sua vras D. certiores reddere, quod non amplius paciatur ullis allegationibus nunciorum vestrorum negoria reipublice negligi, et cum incommodo maximo suorum dominiorum in longum rem haberi, sed wlt, ut Ducatus hic Regno iam absque ulterioribus dilationibus cum effectu incorporetur et uniatur, iura etenim et privilegia vra iuxta literas et promissa sua, in robore conservabit et literis etiam suis si opus fuerit confirmare non negabit. Wltque Mtas sua, ut alios Subditos, ita vras quoque D. in omnibus iuribus, libertatibus et privilegiis licitis et honestis. In pace denique et iusticia conservare

Legatio a Sigismundo Primo rege Polonie ad Conuentum generalem regni Polonie in Varssouia indictum

Post nunciatam salutem et gratiam Mtis Regiae vniversis in Conventu Varsovien congregatis, nuncii ad ipsos in hunc sensum verba facient

Ab eo tempore quo Mtas Regia ingressa est magnum Ducatum Lithuaniae, omni studio et labore curavit, ut negotia illius Ducatus ad bonum ordinem redigere, et causas actionesque quo integris sex annis, quibus illinc Mtas sua aberat cognoscere, et secundum quod iustum esset, citius quam homines sperarent determinare potuisset, nullum pene diem profestum, per hoc tempus intermittendo, quo non aliquid tractaret agereturve, Eo omnes conatus suos intendens et dirigens, ut positis illic in ducatu rebus in ordine, consopitisque Subditorum mutuis altercationibus et actionibus, atque controversiis ad bonum finem deductis tanto maturius ad regnum hoc suum et ad hunc Conventum redire potuisset.

C quoniam inter alia, que illic Mtas sua summa diligentia egit, hoc maxime satagebat, et in animo suo perficere constituit, quo subditos suos illius Ducatus, in eum modum et ordinem reducere potuisset, ut adversus communes cum Regno hostes, mutuis et paribus viribus quotannis resistatur, ob quam rem ex Sententia conficiendam statuerat Vilnę Conventum circa festum Penteco'sten, ubi prudentia et authoritate sua effecit, quod in toto Ducatu illo universa bona singularum personarum conscriberentur. Idque mox perfici curavit Mtas sua, et designatis in eam provinciam Notariis ad statutum diem sibi regestra apportari, et sub iuramento fideli exhiberi mandavit.

Et dum bona ipsa visitantur conscribunturque Mtas R. interim ab actionibus et curis nunquam quievit

Cumque sic solicita esset Mtas sua, totque ac tantos labores, sine intermissione sustinuerit volens et maxime cupiens omnia atque in primis ipsam formulam et modum defensionis contra communem hostem, ad optatam calcem deducere

Statuit item alium Conventum eisdem Subditis Ducatus sui ad festum Sancti Martini proxime lapsum, in quo bona ipsa conscripta debito modo estimarentur et taxarentur, ut expensis facultatibus universi Ducatus, id tandem pro sustinenda assidua et perhenni defensione statueretur, quod facultas incollarum illius Ducatus diuturno tempore ferre posset. Dumque circa ista, Mtas sua diu noctuque sudaret, incidit egritudinem talem, que ad nullam actionem eius Mtem sineret, immo que ad minimum motum corporis durius Mtem suam affligeret destilu quodam, ut medici dicebant à capite in coxa dolorem intensum generante

Qua causa cessatum erat à perficiendis istis maioribus negotiis, minora interim per Dominos Consiliarios disponentibus et perficientibus

Tandem post viginti et aliquot dies, Mtas R. resumpta dei benignitate, et ope medicorum sanitate, etiamnum non omnino tuta ab inclementia et asperitate aeris, Cui ne se ullo modo Mtas sua exponat, medici consulunt et obsecrantur. Negotium tamen prefatum defensionis resumpsit, et incessanter ex Regestris bonorum conscriptorum rationes colligit, computum fieri facit unde liquere posset, quibus copiis perpetuo stipendio, hostibus infidelibus ab hoc Ducatu resisti sit possibile.

Et quamvis ratio hec defensionis ut pote nova et insolita, tam exiguo tempore, quo illic agit Mtas Regia perfici non potuit, utque bono indiget consilio, quo diligenter in omnem euentum prouisa et constabilita, desyderatum commodum afferre valeat

Mtas tamen Regia reliquum eius rei curande et consumande, quam tam optimo exordio incepit, et progressu demonstrato, Dominis Senatoribus magni Ducatus Lituanie committere voluit, et ipsamet ad hunc Conventum uti ab initio animo conceperat, venire iam parabat

Quod ubi domini Consiliarii Lituanie persenserunt, non sine merore questi sunt Mti sue Regie, quod illos tam subito patria sua orbare vellet, relictis imo posthabitis, tot et tantis Ducatus sui magnis et periculosis necessitatibus, ponentes ob oculos aduersitates damna et pericula innumera que discessum Mtis R. procul omni dubio essent sequutura

Supplicaruntque maximis precibus Mti Regie, ne se ab eis tam cito subduceret, sed cepta negotia ad suum et dominiorum suorum ac Christiane Reipublice commodum, perficeret, ad optatumque portum et finem deduceret. Unde ipsi scire et experiri ac gloriari possent, se quoque habere dominum et Principem, qui eorum (ne intereant) curam ageret. Asserentes se etiam ab antecessoribus non degenerasse, sed illorum vestigia sequutos fide et obediendi promptitudine non hoc demeruisse, ut ex domino hospitem habeant, et non in patria, Sed foris pacem tranquillitatem et omnium optima iusticiam querere cogantur

Comemorarunt insuper ipsi, quod perpetuis sex annis, non fuit illis datum frui conspectu et presentia Maiestatis suæ Regiæ, unde infinitas Actiones, causas, controversias et dificultates nasci fuit necesse. Tamen cum alia maiora negotia Regni Poloniæ, presentiam et moram Maiestatis suæ postulassent, tulerunt patienter et æquis animis tam longo tempore absentiam Maiestatis suæ, propter quam, tot et tanta exorta sunt negotia in eo Ducatu, quæ ubi illa, absque fine debito relinqueret Maiestas Regia, iam Ducatum ipsum desponderet, mole tot periculorum et negotiorum ruiturum et interiturum

Neque sibi persuadere vellent, ut domini Poloni, cum quibus ut iam olim communem dominum, ita etiam quæque adversa et prospera indivisa semper habuerunt, et etiam habituri sint deinceps, ad Incolarum magni Ducatus Lituaniæ calamitatem et detrimentum ac etiam ut nunc sunt tempora ad eorum interitum importune efflagitarent a Maiestate Regia, ut relicto hoc Ducatu absque ceptorum negotiorum consumatione se ad Regnum reciperet, Nam tale desyderium, et similes conatus derogarent plurimum, veteri illo inter hæc Dominia amori et favori, et concordiæ mutuis beneficiis et offitiis iam diu Sanctissime insite et constabilitate

Maiestas itaque Regia, pro prudentia sua, animo revolvens hec et alia forsan hijs maiora, que in medium nunc afferre incantum esset. Expendensque quantum commodum sit allatura Dominiis Maiestatis suæ, cepta ratio defensionis in illo Ducatu, quantum denique dispendii et calamitatis atque periculi dependeat Ducatui, ex abitione Maiestatis suæ, comperit satius esse, ut illic adhuc paululum subsistat. Et quod bonis avibus cepit, finire non cesset.

Quando presertim ut medicorum est sententia, sub eo hiemis tempore non posset Maiestas sua, absque sanitatis suæ periculo, tantum itineris pertransire, quamvis ubi alia non obstarent Maiestas sua, pro suo, quem erga Dominia sua gerit perpetuo amore, nihili penderet, etiam vitam suam periculis quibusque exponere, Pro pace, tranquilitate, et commodo dominiorum et Subditorum suorum.

Hortatur itaque Mtas Regia vras D. et rogat, ut hanc absentiam Mtis suae aequo animo ferre, et boni consulere velitis, ac depositis privatis simultatibus et odiis, si quae pullulant, pro gratia Mtis suae R. proque amore Reipublicae, et communis huius patriae diligenti studio et cura in hoc incumbant et consulant, ut nobiles Masoviae ad ferenda aequanimiter cum Regno onera pertrahantur. Utque etiam tuendi et defendendi Regni, bona atque utilis aliqua ratio, per vras D. inveniatur et statuatur.

Mtas quoque R. dabit operam, ut interea dum hic consultabunt D.ues vrae investigare valeat, quibus copiis quottidie Ducatus Lituaniae adversus hostes, Tartaros, fines suos firmare poterit, de quo curabit v. D.es hic etiam in Conventu facere certiores, et ita agere, ut mutuis et concordibus viribus ac animis, communi et perpetuo hosti resistatur. De quo vrae quoque D.s hic consulere velint, et modos quaerere, quibus defensio aliqua certa et solida regni inveniri et institui possit.

Quod incolas Masoviae attinet, habet Mtas Regia, spem pene certam quod illi posthabitis diffugiis et dilationibus, iam tandem ad Regni corpus, sua sponte accedent, quod ubi facere adhuc reluctaverint. Scitmotos illos wlt Mtas R. se nihil praetermissurum adversus ipsos exequi, quicquid ex consilio vrarum D. sancitum fuerit.

Nam Mtas Regia Conventum Regni hic instituit, potissimum ea causa, ut facilius negotium istius Ducatus ad optatum effectum deduci posset, et Conventus particulares ac generalem tempestive in hoc Ducatu celebrandos instituit, quo praecluderet illis viam amplius elabendi a praestando debito, per quod Regno accedere et incorporari tenentur.

Et quoniam superiori anno in praeterito Conventu decretum erat, ne aliquis ex Subditis Mtis R., extra Regnum militaturus stipendia facere audeat, emisitque Mtas Regia edicta sua hoc vetantia

que per vniversum Regnum promulgata sunt, fuere tamen nonnulli et nunc etiam forte sunt, qui non sine maximo dedecore et dispendio editorum mtis sue, ea ipsa edita et mandata transgredi et contemnere non verentur. Postulat mtas Regia, ut vrae D. consilium prebeant mti sue, quomodo tam audaces pro demeritis castigare debeat. Et qua pena afficiendi erunt illi, qui deinceps tanta audacia non vereantur transgredi mandata et edicta mtis R. ac decreta Conventus gnalis

Nam mtas sua nollet prebere vllam iustam occonem, non Principi non Regi tantum, sed ne quidem cuipiam mortalium, dissensionis, disturbii, et inimicitiae, et cum ab initio visum esset, neutram partem istorum Regum dissidentium iuvare vel impedire, vellet mtas sua vti Christianum Principem decet, hoc quod pollicita est, re ipsa non verbis tantum prestare

Quicquid preterea vrae Ds. mti sue Regiae decens honestum et reipub. vtile consilio assequuti fuerint, tam in iurium reformationem, et in fundorum estimatione, quam in aliis Regni necessitatibus et periculis, id mtas Regia gratia, favore, et auctoritate sua, approbare dignabi

Neque dubium est vllum, mti sue huius postulationis et desiderii sui vras D. rationem bonam habituras, atque se tales erga mtem suam, nunc in presentibus negociis exhibituras, quales fidei sinceritas, et obediendi promptitudo requirit et a proavis iam olim fecit insignes eos, atque ad hec culmina, pro vniuscuiusque virtute et mtis R. gratia, gloriose perduxit

Mtas autem R. ut hactenus omnes et singulos ex vris D. gratia sua prosequuta est, ita demum, pro isto quem hic prestituri estis obsequendi studio singulorum ex vris D. honorem et fortunas augere, pro gratia sua R. dignabitur et pollicetur

Pars Secretior legationis ad Consiliarios in eodem Conventu Varssoviensis

Nuper significarunt nobis Mag^cus Petrus Cmitha de Wißnicze, Curiae me, marschalcus, quemadmodum Capitanei exercitus, et Arcis Scepusien Ser^mi Regis Ferdinandi scripserint subditis nris in Scepusio, mandantes illis ut vias per quas exercitus esset iturus preparent, Victumque exerci, tui pro pecuniis subministrent, ac insuper centum pedites cum pixidi, bus pro tuitione quarundam fodinarum mitterent

Delatus est etiam rumor ad nos non incerto authore, Gencium vero Se, r^mi Regis Ferdinandi hoc esse constans et perpetuum institutum, Ser^m Regem Joannem, velle persequi etiam in Regnum Poloniae, si ad illud casu aliquo adverso iterum declinaret, eamque illic, in exercitu esse omnium vocem, quasi iam pro explorato habeant Ser^mum Regem Joannem ad id necessitatis et infortunii perventurum

Quod ad mandata et imperia Capitaneorum attinet, commisimus et mandavimus Mag^co Marsalco nostro, ut per medium aliquorum viro, rum Strenuorum hortaretur in primis ipsos Capitaneos, ne talibus pe, rceptionibus disrumpant mutuam pacem et concordiam inter ista vi, cina et amica Regna, et ubi illi monitis acquiescere renuerent, in, vestigare et inquirere curarent ab eisdem Capitaneis, an hoc iussu sui Principis facerent necne: ut scire possemus, quomodo nos hac in re gerere debeamus,

Iste articulus est annotatus manu Tomicii Epi: in mar: gine legationis regie: asscripta. et ad respondendum regie parata

~~Non putant domini, quod Rex Joannes aliquo suo quantumcunque adverso casu coactus ad Regnum hoc conferre se ulterius deberet, nam cum anno preterito ad illud declinasset, pauca admodum ac ferme nulla humanitatis et ~~hostilitatis~~ hospitalitatis officia sunt illi exhibita. Si tamen~~

~~ad eam necessitatem et infortunium perueniret, et gentes Regis Ferdinandi illum persequerentur, aut si eadem gentes Regis Ferdinandi pergerent vrgere subditos Mtis Regiae, ut uias repararent, commeatum ad se et exercitum suum ducerent, ac centum pedites cum pixidibus mitteret etc. Non aliud consilium salubrius domini excogitare potuerunt, in tali euentu, qum ut Mtas sua propere ad Regnum suum rediret, et capto consilio cum Consiliariis suis id ageret quod pro sustinenda dignitate sua Regia et tuitione Regni sui magis opportunum esse censeret. Interim autem vt Mtas sua mitteret Nuntios suos ad vtrumque Regem, et illos ad concordiam reducere curaret~~

Proinde opus erit nos habere rem paratam et communi Regnicolarum nostrorum voto et consilio conclusam in eum euentum, ubi Exercitus Serenissimi Regis Ferdinandi Regnum et Subditos nostros inuadere pergeret, quid tum agendum, et qualiter resistendum foret, ne damnum simul et ignominiam sustinere improuisi cogamur cum perpetua nota Polonicae nationis

Quia etiam cum Nuntiis Vaiwodae Valachiae, qui hic apud nos fuerunt, constituimus Conuentum pro futuro tempore veris cito post festa Sancti Paschatis super iniuriis et damnis hinc inde illatis celebran, ad quem optat Palatinus ut aliquos designaremus, qui nullum interesse haberent ad negotia illa de quibus Judicium fieri debet. Nam et se non absimiles in eum Conuentum mittere pollicetur. De quo ut Palatinus Podoliae, Castellanus Leopolien Consiliarii quoque nostri conferant, et nobis suggerant, quis videretur ad eam rem magis oportunus et idoneus

Et quoniam multae sunt exortae differentiae int omnes Subditos nostros, tam ex Regno, qum ex Ducatu Masouiae cum istis hic Lituaniae Incolis qui nos multiplicibus querelis inclamant de suis iniuriis, quae sibi inuicem ad limites istorum Dominiorum inferrunt. Unde uidemus plurima odia oriri ex quibus posset facile mutua pax et amicitia resciendi, nisi huic malo tempestiue bono consilio occurramus. Et proinde designauimus ex

hoc Ducatu quosdam, qui proximo vere conspectum sunt limites et co-
gnitum atque iudicatum iniurias Subditorum nostrorum, cum illis quos
in Conventu proximo Petrcovien ex Regno deputaveramus, aut si alii
videbuntur designandi, hoc reponimus in arbitrium Consiliariorum
Regni nostri Personas autem quas ad eam obeundam Provinciam
hic designavimus, declarare visum est, ut expendatur, si ex equo iun-
gendi sint eis illi qui in Conventu Petrcovien deputati sunt

Comissarii Lituani cum regno Polonie

Dominus Dux Constantinus, Palatinus Throcen, Castellanus Vilnen, Capi-
taneus Bresten, Capitaneus Slonimen Thesaurarius, quibus assistent
Capitanei in suis Prefecturis, Viczt, Capitaneus Luceorien, Capitane-
us Wlodzimirien, Capitaneus Cremiancen, Capitaneus Pinsensis.

Et isti Commissarii debent incipere Provinciam eis iniunctam à Par-
czow, et prosequi usque ad finem per terram Vilnen, Nam singulis di-
strictibus alii et alii deputari non possunt, propterea quod paucos hic
Ducatus habeat Consiliarios

Commissarii cum Ducatu Masonie

Dominus Palatinus Vilnen. Marsalcus terrestris. Palatinus Plocen.
Joannes Hlebowicz. Radziuil Pincerna ~~D. Epus Plocen. D. Thesau-
rarius Regni~~

Inchoabunt autem isti Commissarii limites à Goniandz ad Thikoczin,
Bielsko, Drohiczin, Mielnik, Lossicze, Miedzirzecz, Brzeszcie usque
ad Parczow

Tempus vero pro quo ad loca descripta ipsi Commissarii cum aliis ex
Polonia convenire deberent Videtur opportunum circa festum Sancte

Temitatis, an idem quoque videbitur Consiliariis nostris Poloniae scire vellemus in tempore. Cupimus enim, ut querelarum et iniuriarum sit aliquando finis

Et quia hic laborare non cessamus in supputationibus bonorum conscriptorum, quo subditos nostri huius magni Ducatus in ordinem redigere, et solidam atque perhennem defensionem contra hostium excursiones inuenire et statuere possemus, speramusque id breui nos cum dei auxilio effecturos. Sed cum iam cognoscere facile possimus, quanta sit Incolarum huius Ducatus facultas, non ab re visum est nobis, ut iam tandem contulissemus cum nostris hic Consiliariis de ferendis hincinde cum Regnicolis suppetiis aduersus Tartaros perpetuos vtriusque dominii hostes, et huic rei pro bono dominiorum nostrorum conficien optima iecimus fundamenta, Neque detrectant isti hic subditi nostri hec pacta inire et de ferendis inuicem suppetiis concordare cum subditis nostris ex Regno Poloniae, modo scire possent quae sit Regnicolarum hac de re constans voluntas, et quibus copiis Regnum Poloniae Magno Ducatui Lithuaniae auxilia dum opus esset prestare debeat, ut ipsi quoque expensis propriis viribus scirent si talionem reddere valeat ut similibus copiis dum necessitas exigeret Regno succurrerent. Ita tamen quod res esse posset certa atque diuturna, et non vnius vel duorum annorum quod istorum hic intentio sit consentire in eum modum defensionis, qui et diu duret et sit firmior, quam vnquam alias, Atque ideo opus est vt tempori sciamus quae sit vniformis sententia et voluntas Consiliariorum et Nunciorum Regni nostri, quo id quod et subditi nostri sepe efflagitant et necessitas dominiorum nostrorum exposcit ad effectum deducere, et vires subditorum nostrorum ex vtroque dominio aduersus potentem et immanissimum hostem vnire possemus. In quo nihil dubitamus modo aliquid certi et solidi in Conuentu istic Regni instituatur ad quod non putamus opus multis persuasionibus, cum nemo tam hebes sit qui non videat id quod omnes vident vel manibus contrectant, quantis vero calamitatibus sint iam afflicta dominia nostra ab hoc hoste qui adeo auxit copias suas, ut plus sit quam quod de eo dici vel credi facile possit, quemadmodum subditi nostri non sine detrimento sepe experiuntur

Consiliarii Regni Polo^e in Conuentu Varssouien congregati Luce de Gorca Castell^o Posnaniensi et Capitaneo maioris Poloniae generali.

Mag^ce domine frater et amice charissime ac honorande. Retulit in Consultationem nostram Magnificus dominus Palatinus Posnanien ea que scripsit illi vestra M. de incursionibus predonum ex vicinia, et de limitibus illic factis, et reuidendis. Quod ad latrocinia attinet, iam rescripsimus vrae M. sententiam nostram de adhibenda diligenti custodia, ne quid damni Subditis Mtis Regiae per illa inferri possit, Neque ab re esset, ut de ipsis latrocinijs prefecti Slesiae per vram M. admonerentur. Sed et prouidendum esset, ne nostri eiusmodi hostilitatis causam praeberent, ut quosdam facere didicimus, ex quibus non solum latrocinia, sed etiam bella maxima inter finitimos oriri solent, et plerumque parua scintilla magnum ignem excitat. De limitibus factis videtur etiam nobis indignum ut denuo reuideri deberent, neque censemus ad id consentiendum esse, nisi aliter finiri non possent, et nisi forte Illris dominus Dux Carolus vellet ipsemet eos reuidere, Cuius dignitas et authoritas contegere posset indignitatem rei. Prouideque eius solius cum aliquo ex prioribus Commissarijs Serenissimi domini Regis nostri reuisionem, consulimus non repudiandam quod prudentiae vrae M. melius expendam permittimus. Que felicissime valeat et nos diligat. Datum Varssouie prima January 1529

Prelati et Proceres Consiliarij Status Vtriusque in Conuentu generali Varssouiensi congregati

Ducatus Masouie vni-tus Regno Polonie

Sexta febr de Vnione conclusum. Lrẽ vero dat. et obsig^te. 14 febr. 1529.

Nos Prelati et Proceres Regni Poloniae, Ordinis vtriusque Consiliarii
Manifestum facimus vniuersis quibus expedit, Quia cum in Conuentu mo-
derno Warschouien quem Regia Mte domino nostro clementissimo impe-
rante absenteque celebramus, cum Consiliariis et Nunctiis terrarum Ma-
souiae ageremus, vt iuxta mandatum Mtis Regiae et iuxta ac postula-
tionem Regni vniuersi, coniunctim et in commune nobiscum de necessita-
tibus regni consulerent, ac ipsi Regno vt membrum corpori suo accede-
rent, illisque se id facere non posse allegantibus, ne per huiusmodi commune
nobiscum consultationem sese ad geminum onus ferendum inuoluerent.
donec prius negotium ipsius Ducatus in bono statu et ordine constituere-
tur, et ab oneribus vniuersis, quibus Nobilitas eiusdem Ducatus domi-
nis olim Ducibus Masouiae erat obstricta, in toto absoluta et liberata
existeret, iura quoque omnia, libertates, et consuetudines antiquas, iux-
ta articulos suos habuerit primum per Mtem Regiam priuilegio no-
uo ratificata et in robore conseruatu perpetuo. Nos tametsi illis per-
suadebamus Mtem Regiam dominum nostrum clementissimum, vt in-
stum et Christianum Principem, onera haec omnia ex illis depositurum, iura
illorum omnia et libertates confirmaturam, et Regni libertatibus Du-
catum istum ascripturam, quemadmodum et cum aliis terris Masouien
pari modo ad corpus regni recidentibus a maioribus et antecessoribus
Mtis suae factum fuit. Tamen post multos tractatus et disceptationes nostras
predicti Consiliarii, et terrarum Masoniae Nunctii, obtulerunt nobis
certos articulos, postulantes a nobis, Vt hoc modo quem in istis Articulis
declarauerunt, cum illis ageremus, et statum huius Ducatus in eo or-
dine et fine statueremus. Subiicientes se ipsos et alios omnes istius Ducatus

Incolas ad vnionem et incorporationem Regni, ac ad omnem eius defensionem in p[rese]nti Conventu per nos statuendam, absq[ue] quavis contradictione accessuros, cum primum Privilegium M[aies]tatis Regiae domini nostri clementissimi super his conclusionibus nostris in manibus suis haberent. Nos itaq[ue] considerantes, si literae M[aies]tatis suae Regiae expectari debuissent, magnam et negligentia et iacturam negotiorum reipublicae Regni oportuisse, nolentes tempus tam longa mora et disceptationibus, in detrimentum reipublicae consumere, petitiones et articulos eorum praedictos suscepimus, et cum diligentia et maturo consilio ad longum excussimus, quorum tenor sequitur et est talis

Isto articulus est susceptus per Consiliarios.

In primis Vt omnia onera antiqua Vez[?] census. Contributiones omnes nuptiales, terrarum emptionis et redemptionis Ducum captivorum redemptionis, et aliae omnes contributiones, sexuria ac labores Castrorum et pontium et vinuersi[?] redditus antiqui, quibuscumq[ue] appellentur nominibus ad quos ante Nobiles Ducatus Masoviae erant obligati dominis suis Ducibus ex privilegiis teribus[?], et quibusvis ordinationibus privatis et publicis de omnibus bonis, hereditatibus et possessionibus eorum in toto Ducatu isto Masoviae per novum privilegium Regiae M[aies]tatis cum consensu et Sigillis omnium dominorum Consiliariorum spiritualium et Secularium, ac etiam cum consensu Nunciorum Regni Poloniae extinguantur deponantur. et abrogentur perpetuo et in aeternum.

Susceptus.

Item ut omnia iura, privilegia, donationes, consuetudines, libertates, praerogativae, et concessiones omnes, omnium Nobilium et quorumvis Subditorum in isto Ducatu, tam publice q[ua]m private, iuste et legitime data et emanata, in quorum seu quarum erant possessione pacifica, in vita Ducum et dominorum suorum confirmentur in robore perpetuo

Susceptus.

Item vt omnia Statuta terrestria eiusdem Ducatus, consuetudines, et articuli, quo ad iudicia terrestria et castrensia in quibus con-

sis, controversiis, et rebus quibuscumque in suo ordine antiquo, statu, tenore, et consuetudine conserventur et confirmentur perpetuo iuxta antiquam eiusdem Ducatus consuetudinem, quibus non debent derogare nove constitutiones Regni perpetuo

Item ut causae omnes Nobilium et quorumvis Subditorum ipsius Ducatus ad Regiam curiam, et Conventum Regni, per appellationem et quovis alio modo devolutae, non iudicentur alio iure et modo, solum consuetudinibus et iure istius Ducatus, quibus omnes Subditi in eodem Ducatu ab antiquo gaudent et iudicantur. Et quod appellationes huiusmodi fierent, et serventur iuxta veterem consuetudinem istius terrae Masoviae . Susceptus.

Item ut Nobilitas et Subditi omnes ipsius Ducatus, nihil aliud solvant Maiestati Regiae, nisi prout Nobilitas Maioris Poloniae solvere consuevit, de quolibet laneo agri locato et possesso duos gross. census alias poradlne, praeter eos qui habent iura censum non solvere, aut etiam qui minus quam duos gross. solvere consueverunt, hi in iuribus eorum conservari debent . Susceptus. Hoc etiam observari dicitur in terra Plocensi.

Item ut Commissiones Regiae, excepta Regia et officii causa, non tradantur ad istum Ducatum, solum in duobus casibus, pro divisione inter fratres et sorores germanas, ac quoscumque alios propinquos et affines facienda, Et pro limitibus inter bona Regalia, et Nobilium seu quorumvis aliorum Subditorum . Admissus.

Item ut nullae contributiones et exactiones, in ipsum Ducatum Masoviae nisi communi consensu et decreto Conventus generalis imponantur et constituantur . Susceptus.

Item ut Iudices Ducatus ipsius non evocarentur et traherentur ad Maiestatem Regiam pro male iudicato, contra consuetudinem Ducatus istius. Nam a sententia Iudicis liberum est in isto Ducatu unicuique appellare ex terminis communibus ad terminos generales, et ex termis . Susceptus.

generalibus ad Conuentionem generalem iudiciariam in eodem ducatu, et ex Conuentione ista ad Conuentionem regni, Similiter et Nobilitas appellare non debet non seruato hic primis processu iuris

Reiectus ad arbitrium regis

Item ut intercedant domini Consiliarii, quod Capitaneus Varschouien propter maiorem authoritatem et loci huius necessitatem, reintegretur, et habeat oppida Osthrowia et Camienecz cum eorum prouentibus, prout ab antiquo dicta oppida ad eundem Capitaneum spectabat et hoc propter multos excessus in illis districtibus Osthrouien et Camienecen corrigendos et compescendos

Domini Consiliarii ita hunc articulum modificarunt, ut dignitates et officialia, nonnisi possessionatis et subditis ducatus, ac in eo residentibus. Capitaneatus vero possessionatis tamen iuxta arbitrium regis conferrentur. Domini tamen Masouien petiuerunt, ut articulus ipse in toto sic ut ennii scripserant, per Maiestatem regiam suscipiretur et confirmaretur. Id erit in gratia Maiestatis suae. Et similiter prouisio dignitariorum eiusdem ducatus.

Item, ut omnes dignitarii et officiales sint possessionati et, quod intercedere debet uniuersus Conuentus, ut is Articulus ita ut iacet à Maiestate Regia suscipiatur et confirmetur, videlicet ut Palatinus viceregens Regius in isto Ducatu Castellani omnes Capitanei, Iudices, Subiudices, Succamerarii, Notarii terrestres, et alii officiales istius Ducatus sint semper bene possessionati iure hereditario, et ex Subditis istius Ducatus, et qui capitali residentia in isto Ducatu residerent, iuxta consuetudinem antiquam istius terrae et Priuilegia terrae Secus nullius sint facultatis, Et quod Palatinus et dignitates Castellanorum, per Regiam Maiestatem ut tempore Ducum, et similiter Nuncii terrarum electi pro Conuentione regni generali prouideantur

Susceptus.

Item ut Inscriptiones perpetuitatum uniuerse Nobilitatis et omnium Subditorum istius Ducatus in librum terrestrem inscribantur, etiam per resignationem, non tantum per lapsum, non requisito consensu regio quo ad preteritas et futuras resignationes et inscriptiones. Et ut à talibus inscriptionibus et rescriptis, non plus soluatur, nisi iuxta consuetudinem antiquam, Et similiter à priuilegiis Maiestatis Regiae una Sexagena

tantum. A literis vero medioris Sigilli duodecim gross. in Cancellaria Regiae intis

Item ut Nobiles universi, Cmethones, et alii Subditi, in isto Ducatu habeant fora libera absque exactionibus et solucionibus inconsuetis, in omnibus Civitatibus et oppidis eiusdem Ducatus, merces suas, et res omnes cuiuscumque generis et speciei existant, vendendi, et alias emendi, absque omni impedimento Capitaneorum et officialium illorum locorum et solutione atque exactione inconsueta — Admissus quo ad foralia inconsueta.

Item ut Capitanei et eorum vicecapitanei unicuique respondeant pro iniuriis factis et obiectis, pro quibus fuerint iudicialiter tracti et convicti coram domino Palatino Masoviae aut vicesgerenti regio, et Consiliariis Ducatus Masoviae — Susceptus.

Item ut homines ex Regno Poloniae, Cmethones profugos ex Mosovia dominis eorum iure mediante restituant, absque omni difficultate, et econtra, secundum iuris formam et consuetudinem. Similiter etiam de villis Regalibus et oppidis — Susceptus.

Item ut liber esset transitus in Gdanum per Vislam, quemadmodum omnibus spiritualibus et Secularibus Regni, ita et universis Nobilibus et Spiritualibus istius Ducatus, cum frumentis et aliis rebus eorum proprii laboris absque omni impedimento et aresto Thorunen., et Theloneorum in Theloneis Regalibus. Exceptis Theloneis Nobilium, qui iura et privilegia ad ea ipsa thelonea habent, et in earum pacifica possessione et usu sunt et hactenus fuerunt — Susceptus.

~~[illegible]is gratiae faciet M^tas R. cuivis unicuique Centenarium et [illegible]arum Salis vendi mandabit iusto precio. Habita ratione solius impensae quae fit in demittendo eodem Sale per flumen Vislam ad Ducatum Masoviae.~~

Item intercedere debet Conventus, Ut inquisitores Salis Rutheni, in terris Masoviae constituti et constituendi, insistenantur per M^tem Regiam et compescantur aliquibus penis gravioribus, ne in domibus

Suspensus ad arbitrium regiae M^tis. Si tamen Sal externum et transmarinum queri non deberet in domibus et Scriniis: uterentur eo passim omnes, non sine magno dispendio et damno Salinarum regiae M^tis.

et scrinijs huiusmodi sal inquirant, sed solum in vijs et foris publicis istud sal perquirant, ac delinquentes corrigant.

Susceptus — Item ut vicegerens Regius in isto Ducatu habeat a Maiestate Regia plenam facultatem, cum Consiliarijs istius Ducatus unicuique iustitiam administrare, maleficos punire, iudicare secundum consuetudinem eiusdem terrae, ac etiam eos Nobiles qui habent iura in terminis communibus non comparendi solum coram praesentia Principis, habeat iudicandi potestatem cum eisdem consiliarijs dum fuerint citati ad instantiam cuiuscunque, pro quibuscunque causis et controversijs ad praesentiam eiusdem domini vicesgerentis et Consiliariorum, iuxta formam et consuetudinem iuris antiqua

Item ut dietae et iudicia antiqua inter Ducatus Lituaniae, Prussiae et Masoviae, in locis solitis pro omnibus iniurijs et violentijs subditorum ex utraque parte fierent de cetero, et renovarentur iuxta antiquam consuetudinem et recessus terrestres

Satis gratiae faciet Maiestatis regia cum unicuique Centenarium et Bancum Salis vendi mandabit iusto precio. hoc est habita ratione solius impensae quae fit in demittendo eo sale per fluuium Vislam ad Ducatum Masoviae.

Item intercedere debet Conventus, ut Centenarius salis Warschoviae depositi taxetur et vendatur Nobilitati per duodecim grossos, et bancus salis qui emitur Cracoviae pro tribus marcis pecuniarum, vendatur hic Nobilitati pro quatuor marcis. Tunna vero per unam marcam

Admissus, et ut ita fiat rogada est regia Maiestas — Item moneta Swidnicen ex isto Ducatu in toto extinguatur per Regiam Maiestatem, et hoc per advectionem monetae bonae Regiae, iuxta constitutionem Conventus Piotrcovien proxime praeteriti

Susceptus — Item ut Cortisani et clerici quicunque Iura patronatus dominorum Spiritualium, Secularium, et Nobilium in isto Ducatu Masoviae quovis modo turbare et inquietare non praesumant, in eorum collationibus et beneficijs

Item, ut M^tas Regia totam Nobilitatem, et Subditos omnes istius Ducatus, in his omnibus juribus, privilegiis, consuetudinibus, libertatibus, statutis, articulis, praerogativis universis conservet, manuteneat et defendat. Successoresque sui Reges Poloniae conservent, manuteneant et defendant perpetuo et inviolabiliter. . Susceptus.

Item, ut sit electio Judicis et Subiudicis, similiter et notariorum Terrestrium per Nobilitatem et Consiliarios Ducatus Masoviae, juxta observantiam terrarum Regni . Susceptus.

Admissus. Nam aliae quoque terrae Masoviae terris maioris Poloniae cohaerent.

Item ut iste Ducatus adiungatur et cohaereat, sicut aliae terrae Masoviae, terris maioris Poloniae, quia et tempore Ducum erant cum terris Maioris Poloniae tempore belli, et propterea et terra Visnen[sis] est adiuncta ipsis terris Maioris Poloniae

Item, ut habeatur semper benigna ratio pauperis Nobilitatis, ut contribuerent non de Capitibus prout ante solvebant, sed de agris quos et quantum aliquis eorum possidet . Admissus.

Item intercedent domini Consiliarii regni, ut isti sex gross. quos Regia M^tas habere vult, et extinguantur, et remittantur

. Solvere debebant domini Masovienses M^ti regiae de singulis laneis agrorum duodecim grossos: ex Contributione decreta 1528: Et iam tum solverunt: per grossos Sex: Reliquos Sex grossos petunt sibi condonari. Quae illorum petitio videtur esse aequa et honesta. quandoquidem omnes Contributiones in conventu generali Conventu Varssoviensi decretas, sint soluturi ad amussim pro parte .

Quos quidem articulos cum vidimus M^ti Regiae domino nostro clementissimo et reipublicae regni sui, nihil afferre posse incommodi, ut pote, quod multa eiusmodi, et in iure communi regni continentur, et aliis terris Masoviae quae iam pridem ad regnum redierunt, concessa fuerant, ut eo facilius controversiae huius finis fieret, et defensionis Regni consultatio non traheretur diutius, eosdem articulos ipsorum et petitiones, ut iustos et

rationi congruos de vnanimi consensu et volu[n]tate mutua omnium no-
strum, ac Nuntiorum regni, in eo Conuentu nobiscum agentium, ab
illis suscepimus, et in tenore certo constituimus, et iam eosdem consili-
arios, totamq[ue] Nobilitatem istius Ducatus Masouiæ, authoritate M[aies]t[at]is
Regiæ domini n[ost]ri clementiss[i]mi, nobis per Oratores eius in hoc negotio
Masouien[si] commissa et tradita, atq[ue] p[rese]ntis g[e]n[er]alis Conuentus vigore, ad
vnitatem Regni, Iuriumq[ue] et libertatum eius participandam, secundum
postulationes et articulos ipsorum preinsertos, quos pro maiori fide et
certitudine, manibus proprijs et Sigillis consignauimus, accepimus et as-
sumpsimus, accipimusq[ue] et assumimus per p[rese]ntes

PRomittimus insuper his l[itte]ris nostris, et verbo nostro Senatorio, ac fi-
de bona, q[uod] M[aies]tas Regia dominus n[oste]r clementissimus, priuilegio suo
Regali, omnia onera antiqua, tributa, labores, et Seruitia que-
uis Ducalia ex isto Ducatu, et subditis eius omnibus deponere, et peni-
tus extinguere, ac iura, libertates, Donationes, priuilegia ipsorum
et eos omnes articulos per nos susceptos, confirmare et ratificare, ita
q[uod] g[e]n[er]alitas specialitati et specialitas g[e]n[er]alitati non deroget, et etiam no[n]
oberit, neq[ue] derogabit perpetuo, ac istum Ducatum Masouiæ, et eius
Subditos in eo statu et ordine veluti cum eis in p[rese]ntiarum conclusimus
conseruare dignab[itu]r

Quod quidem Priuilegium nos a M[aies]te Regia sub Signeto M[aies]t[at]is suæ ex-
pedire, et eisdem Consiliarijs ad manus dare tenebimur, et p[rese]ntibus
nos obligamus. Sub eadem bona fide n[ost]ra, et verbo n[ost]ro Senatorio,
absq[ue] omni difficultate et solucione, hinc ad festum Pentecostes proximum
Et in alio Conuentu regni proximiori, postq[ua]m M[aies]tas sua Regia ad
Regnum suum felix redibit, aliud Priuilegium simile. Sub Sigillo Regni
M[aies]t[at]is suæ cum consensu et Sigillis dominorum Consiliariorum et Nuntio-
rum Regni tunc in Conuentu predicto existium, simil[ite]r ab ipsa M[aies]te
Regia, domino nostro clementissimo ordinare, et ipsis tradere, eadem
bona fide n[ost]ra, et verbo Senatorio nos spondemus et promittimus absq[ue]

aligna solutóe et impensa eorum. Ipsi vero Consiliarii Ducatus Ma-
soviae. Privilegium Mtis suae sub Signeto, nobis restituere tenebuntur.
In cuius rei testimonium, hec ita ut premissum est manibus nostris Sub-
scripsimus et Sigillis nostris consignavimus pntibus et ad praemissa omnia
consentientibus omnibus terrarum Nunctiis, quorum etiam Sigilla
pro maiori parte ut comprehendi potuerunt, sunt hic appensa. Acta
sunt haec in Conventu gnali Warschemien feria quinta proxima
ante Dominicam Invocavit. Anno domini. M°. D°. xxix°.

Legatio a toto Conuentu generali Regni Varssauie acto: ad Sigismundū primum regem Polonie in Lituaniā missa. XX Febr. 1529.

Domini Oratores post nunctiata fidelia obsequia Prelatorum et Procerum Regni Consiliariorum status vtriusque et Nunctiorum Terrestrium in Conuentu Varschouien congregatorum, hec referent Mti Regiae, dicent in primis quod ad mandatum Mtis sue, tam domini Consiliarii, preter paucos quam etiam terrarum Nunctii ad Conuentum Warschouien iuxta mandatum mtis sue conuenerunt, vbi auditis oratoribus Mtis sue, diligentissime curauerunt, vt secundum mandata mtis sue omnia negotia tam publica quam priuata transigerent

Ac in primis cognita voluntate et Commissione, cum mtis sue, tum etiam omnium terrarum Regni, operam de vniendis ante omnia Regno terris Masouiae adhibuerunt. In quo negotio et plurimum laboris ac difficultatis subitum est, et multum temporis consumptum.

Domini enim Masouien primum constanter reluctabantur ad vnionem et onera Regni accedere, petebantque se in iuribus et monarchia sua conseruari. Deinde cum multis argumentis et persuasionibus ab eo instituto abducti fuerunt, obtulerunt nonnullos articulos, iuxta quos, et non aliter Regno vniri vellent. Inter quos quoniam nonnulli erant equi et honesti, nonnulli vero partim intollerabiles, partim vero libero dominio mtis Regie officientes, multum laboris susceptum est in ipsis articulis, aliis quidem mutandis et corrigendis, aliis vero confutandis et resecandis

Tandem post longas altercationes, domini Consiliarii vna cum Terrarum Nunctiis, cauentes ex vna parte diligenter, ne qua in re vel constringerentur manus Regiae, plus equo, vel etiam reipub. detraheretur

ex alia vero parte visis privilegiis aliarum terrarum Masoviae, quae illis cum similiter ad Regnum veniebant concessa fuerant ab antecessoribus Maiestatis Regiae, cognitoque quod in eum modum suscipiebantur ad unionem Regni, non paribus solum, sed maioribus etiam libertatibus et praerogativis illis liberaliter datis et concessis

Habita a Maiestate Regia facultate Ut quicquid in hoc Conventu decerneretur Maiestatem suam ratum et firmum habituram Sicque terras Ducatus Masoviae ad unionem Regni inducturam esse, quemadmodum Senatui Regni visum esset, et non videbatur universis aliter tutius et decentius istas induci quam eo modo, quo alias terras Masoviae, antecessores Maiestatis suae induxerunt.

Decretum est per universum Senatum Regni, ut alii articuli susciperentur, qui aequi et honesti visi sunt, alii vero gratiae et arbitrio Maiestatis Regiae committerentur, in quibus licet iam ex utraque parte conventum et concordatum esset, nollebant tamen domini Masovienses prius cum Senatu Regni consedere et una de necessitatibus reipublicae consulere, quam privilegium Regium iuxta condictos articulos haberent. Quae res cum longam moram et rerum omnium negligentiam inferre posse videbatur, si ipsum Privilegium expectari debuisset. Decrevit universus Senatus fidem et securitatem illis per literas suas faciendo de ipso Regio privilegio expediendo, quas literas licet gravatim, tandem tamen susceperunt, et sese ad Senatum Regni coniunxerunt.

Roganda est itaque Maiestas Regia Ut quemadmodum significare dignata est, ratam et gratam habere dignetur hanc tanti laboris et difficultatis transactionem, privilegiumque suum terris Masoviensibus novissime unitis iuxta articulos ipsorum et literas Senatus Regni, concedere. In quibus quidem articulis, cum unus sit de non conferendis dignitatibus et officiis nisi possessionatis iure hereditario, et incolis, ac capitali residentia, in ipso Ducatu residentibus Dominique Consiliarii Regni, cavientes ne in toto

manus M.tis Regiæ ligarentur, quamvis ita aliis terris Masoviæ, præsertim vero terræ Visnen. concessum erat, et ipsi in suis Privilegiis dicerent se hoc expressum habere, tamen articulum ipsum sic modificarunt ut dignitates et officia alia, non nisi possessionatis et Incolis; Capitaneatus vero possessionatis tantum, iuxta arbitrium M.tis Regiæ conferrentur, nihilominus illi petierunt, ut Domini Consiliarii apud M.tem suam intercederent, quo eius M.tas articulum ipsum in toto sic ut scripserunt, susciperet et ratificaret, Pro quo universus Senatus eius M.ti plurimum supplicat, ut cum nonnullis aliis terris Masoviæ ab antecessoribus M.tis suæ, id concessum fuerat, et hii dicant hanc consuetudinem apud se semper fuisse ac in privilegiis suis etiam id se affirment habere, M.tas sua hanc gratiam illis facere dignaretur, pro virtute et clementia sua, alioquin desperarent se in patria sua ad gradus aliquos regiminis et dignitatis pervenire posse in posterum, si hoc illis denegaretur.

Supplicat etiam universus Senatus, et terrarum Nuntii M.ti suæ, ut ad alios articulos quos domini Masovienses scripserunt, et qui suspensi sunt in arbitrium et gratiam M.tis suæ clementia et liberalitate Regia accommodare se, et aestimare, idque in illis approbare et confirmare dignetur, quod sine incommodo suo et dispendio reipublicæ fieri possit

Cum hoc negotium Masoviense quod omnium dificillimum videbatur, ad eum modum transactum esset, arbitrati sunt domini Consiliarii iam in reliquis negotiis nihil dificultatis superfuturum, verum quando ad contractarum defensionis ventum erat, non minus accessit laboris et dificultatis, non solum cum Dominis Masovien. paritatem contributionis iuxta quantitatem lancearum exigentibus, sed etiam cum Nuntiis terrarum Regni, articulos de more arduos et dificilles ingerentibus, illos quos ante omnia suscipi, et petitionibus suis satisfieri poscentibus, velut ex Commissione illis præscripta, vixque post longas disputationes, et immensos labores dominorum Consiliariorum id unanimiter conventum, ut mandato et desiderio M.tis Regiæ satisfieret, et ratione horum temporum

consuleretur, res ad contiburonariam defensionem deducta sit, bel-
lumque ad quod res sepe inclinabat, et quod omnium esset pernitio-
sissimum sit anexsum

Modum autem contiburionis cum varii varia proposuissent, et quere-
tur talis modus, qui cum dominis Masouien convenirent, ut se impari
contiburone gravatos esse queri non possent, et qui etiam regnicolis
esset acceptabilis, in hunc tandem modum conventum est inter omnes
ut omnes coloni seu Cmethones villarum, tam Mtis Regiae quam omni-
um Subditorum ipsius, Spualium et secularium, solvant de quolibet ma-
so seu laneo agri possessionato octo gross. Civitates vero et oppida
integram contiburionem Civilem que Szosz dicitur, more veteri taxa-
tam. Preterea ut contiburio quoque Czopowe a cremisia et quibusvis
aliis liquoribus, iuxta antiquam consuetudinem exdatur et solvatur
ad rathas temporum, et sub poenis in litis universalibus descriptis. Ex
his autem contibutionibus servari debent in terris Russiae, et conduci
per exactores et dispensatores in singulis Palatinatibus designatos,
tria millia ducenti equites, et trecenti pedites, preter Ducatum Ma-
soviae, Cuius contiburio quantam summam constituet, sciri adhuc non pot
Quantum tamen coniectura assequi licet, poterit conduci et servari ex
contiburionibus illis, plus quam trecenti milites mercenarii equites, atque
ita servabuntur et collocabuntur in finibus Regni ad annum presentem pro-
pe quatuor millia hominum armatorum

Et proinde roganda est Regia Mtas efficere vellit, ut in finibus ma-
gni Ducatus Lituaniae, par quoque numerus militum servetur, quo coniunctis
viribus horum amborum dominiorum tanto validius communi hosti re-
sisti possit

Roganda preterea Mtas sua, ut hoc quod universi ordines Regni
statuerunt, pro communi defensione, simul ac studia, obsequia, et la-
bores illorum, quos impenderunt, grato et benigno animo suscipere dignet.

Et quoniam rem novam et antea in Regno Mtis suę raro usitatam ad anni pntis defensionem statuerunt, Suppliant Mti sue, ut literas suas dare illis super eo dignetur, ne in preiudicium libertatum eorum pnominate defensionis constitutio trahi possit ad Succedentia tempora in exemplum

Cęterum questi sunt graviter nuntii terrarum Podoliae et Haliciensis de latrociniis et furtivis incursionibus, quibus Valachi conivente Palatino suo, Vel potius occasionem belli captante, infestant continuo terras illas finitimas, arbitranturque domini Consiliarii id fieri de industria et ex occulto alicuius instinctu, nam et aliis multiplicibus modis hostilitatem adversus Subditos Mtis Regiae ostendit, Ut in agendo Conventu, et iustitia ministranda, censentque propterea ipsi domini Consiliarii, Ut Mtas sua illum per Nuntios suos de his rebus serio admoneat, et ad extremum perquiri ab eo mandet, an servare velit pacta et federa inita, necne, ut Mtas sua sciret, quo pacto tranquilitati Subditorum suorum consulere deberet. Interim vero mandaret Mtas sua domino Campiductori gnali, Ut centum aut ducentos milites mercenarios, qui ad presidia terrarum Russiae conducerentur in Podolia collocaret ad eiusmodi clandestinas aut etiam manifestas incursiones Valachorum arcendas

Questus est item dominus Grzimultowski de interceptis furtim et hostiliter arcibus Walcz et Drahim per Colczones, qui, cum sint Subditi Mtis Regiae, et tantum facinus designaverunt, Ut non quesita iustitia apud Mtem suam, ausi sunt arces eius Mtis violenter occupare, non censent domini Consiliarii adversus illos iure procedendum, nam illi non comparerent, nisi salvo conductu obtento, neque ei renuntiarét, quemadmodum et Adam unus eorumdem fecerat, atque ita neque quod unquam puniri possent, neque expectarent, ut procedi adversus illos deberet iuris ordine, et processu manifesto, Sed profuge maiora incommoda latrociniis, et incursionibus suis inferre possent, Videtur itaque

omnibus dominis Consiliariis, Ut Regia Mtas committat serio Magco domino Capitaneo Maioris poloniæ, Ut citra iuris et armorum strepitum ipsos Colczones, qui per tantum publicæ hostilitatis facinus, deciderunt ~~iure~~ à iuribus et immunitatibus aliorum subditorum Mtis suæ, quomodo comprehendi, et poenis debitis affici curet

Questi sunt etiam Nuncii aliqui ex terris Maioris Poloniæ, presertim vero de terra et districtu Naclen de domino Czema Capitaneo Slochowien, quod cum ora illa, continuis latrociniis prematur, ille nō modo non exequitur offitium suum, sed etiam in omnibus non satis fauorabilem se subditis illis Regiis exhibet, prout hoc in sua querimonia latius descripserunt, quam domini Consiliarii mittunt Mti suæ, et rogant, Ut illum Mtas sua de his seuere admoneat

Quia milites mercenarii, qui anno preterito militarunt in Russia plurimum negotii, et difficultatis exhibuerunt dominis Consiliariis in pnti Conuentu de suo stipendio, Nam supra viginti quinque millia florenorum resta~~ru~~nt illis soluenda, quod fortasse nunquam alias regnante Mte sua contingit, neque quidquam confici in Conuentu potuisset, nisi milites ipsi de sua solutione certiores redderentur, coacti sunt domini Consiliarii, licet hoc ad eos videbatur non pertinere, ita componere cum illis, Ut dimidium solutionis caperent pro dominica Palmarum, aliud dimidium pro festo Sancti Michaëlis, coactique sunt ipsi domini Consiliarii obligare se illis, literis suis, de expedienda securitate, et literis Mtis suæ Regiæ, ut eiusmodi lras ipsis militibus, quamprimum in manus domini Thesaurarii mittere dignaretur, ne illi spe et stipendio suo frustrati, paterent aliquid quod reipublicæ plurimum incommodaret. Ipsi vero domini Consiliarii operam omnem adhibuerunt, Ut reliquiæ contributionis anni preteriti quam celerius ad Thesaurum Mtis suæ comportentur, in quibus magna commissa est negligentia à plerisque exactoribus, qui propterea puniendi et citandi erunt ad Conuentum gnalem futurum, et diligens cum

illis ratio in eodem gnali Conventu facienda, quam in Conventibus particularibus, ut decretum fuerat non fecerint

Et quoniam ita decretum est, ut omne lucrum monetarium quod nunc superest in solutionem militibus mercenariis predictis, tribuatur, supplicant domini Consiliarii simul et Nuntii omnes, ut Mtas Regia pro gratia et clementia sua prospicere commodis reipublice et ita curare dignetur, ut cusio monete non intermittatur, et lucrum quod inde provenit in publica commoda et communem Regni defensionem, prout hactenus factum est conferatur

Cum Nuntii terrarum contributionem a clero de decimis solvendam et contribuendam, pro Regni defensione exegissent, et domini Epi dicerent, se non posse solos sine domino Archiepo, et clero suo, ad illam consentire, presertim cum domini Seculares et Nobiles Regni, nihil in seipsos statuerint, nisi in suos rusticos, quod tamen etiam omnes rustici Ecclesiastici ferrent, post longas disceptationes, delata est tandem res ad Mtem Regiam, qua propter domini Seculares et Nuntii terrarum rogant enixe Mtem suam, mandare velit domino Archiepo, ut Synodum provincialem statuat, et in ea ad postulationem Mtis sue, contributionem ab universo clero pro communi defensione solvendam decernat

Item Nuntii terrarum rogant impense Mtem Regiam, inducere dignetur Subditos suos terrarum Prussie, ad ferenda equanimiter onera defensionis Regni, et ut Consiliarii earundem terrarum et Nuntii veniant ad Conventus Regni gnales, et de communi Regni defensione consulant

Preterea rogant omnes Mtem Regiam admonere velit Rmum dominum Archiepm Gnesnen, ut vigore legationis sue, non evocet ad se post Curiam suam homines de Diocesibus dominorum Eporum, sed causas in eisdem Diocesibus committat, iuxta constitutionem et decretum Synodi

Provincialis, nam ob eiusmodi enorationes, pietas sua omnium querimonias, et clamores in se concitat, cum magno etiam Ecc^tis rei incommodo

CVM domini Consiliarii Mtis sue et omnium terrarum Nuncii animadvertissent prefectum Exercituum Regni gnalis, parvo admodum stipendio et annua mercede provisum esse, et propterea non posse semper et in Castris esse, et cum dignitate sua atque honore Regni officii eius publici munus sustinere, consultarunt inuicem, et censuerunt utile fore, ut tanti muneris et officii Prefectus ampliore et honestiore deinceps stipendio et mercede sublevetur et honoretur. Ex qua deliberatione sua, her omnibus mansit sententia videri scilicet conveniens et equum ut ad instantem hunc annum centum illi ascribantur equites, et stipendium pro ipsis et singulis eorum, ex omnibus Palatinatibus decem flor̃m illi soluatur. Ceterum ut ex lucro monetario pro coquina ipsius darentur illi flor̃m mille, quam sententiam, tum quod sit publice facta ab omnibus, tum quod ad decorem et vtilitatem Regni pertineat, Supplicant omnes Mti Regiae approbare eam dignetur, ita ut ipse dominus Prefectus gnalis certus esse tante mercedis annue et preesse Exercitui cum dignitate possit, Nam alioqui ille in Castris nequaquam posset esse assiduus, et ubi non esset, metuerent domini Consiliarii, ne eius exemplo, Illris dns Dux Constantinus recusaret preesse illis militibus qui ad fines Magni Ducatus Lituaniae erunt collocandi atque ita exercitus maneret Duce et ordine debito priuatus, et respublica in periculo esset tota constituta

Item domini Consiliarii et una terrarum Nuncii, agunt et habent immensas gratias Mti Regiae, quod inter plurima negotia, que in Ducatu Lituaniae curare et ad debitum ordinem reducere dignata est non fuerit etiam oblita eorum que ad fines quoque Regni, et Ducatus Lituaniae dirigendos distinguendosque, et ad iniurias vtrimque inferri solitas necessario pertinere videbantur, quodque iam designauerit certos Commissarios et Judices, qui in iudicium hoc et rem presentem finium descen-

dere debeant, ad quod quidem munus in mandato suę M[aies]t[a]tis domini, Consiliarii hinc à Regno vicissim dominos et Proceres istos deputarunt quorum nomina sunt inscripta

Commissarii de terra Lublinen[si] et Lucoriensi cum magno Ducatu Lituaniensi

Dominus Palatinus Lublinen[sis] Joannes Bochothniczki
D[omi]n[u]s Petrus Firlei Castellanus Chelmensis,
Dominus Nicolaus Pileczki Castellanus Belzen[sis].

Commissarii de terris Chelmen[si] et Belzen[si], cum magno Ducatu Litua[ni]e, in terra Volinen[si].

Dominus Andreas de Thenczin Palatinus Cracovien[sis] etc.
D[omi]n[u]s Joannes de Thenczin Palatinus Belzen[sis],
D[omi]n[u]s Georgius Crupski Castellanus Leopolien[sis]
Dominus Castellanus Chelmen[sis]

Commissarii de terra Leopolien[si] et Halicien[si] cum Lituania

Dominus Otta de Chodecz Palatinus Sandomirien[sis]
Dominus Marschalcus Regni
Dominus Castellanus Halicien[sis]

Commissarii de terra Podoliæ cum Lituania

Dominus Palatinus Podoliæ Otta de Chodecz,
Dominus Joannes Thworowski Castellanus Camenecen[sis],
Dominus Stanislaus Lanczkoronski Capit[aneus] Camenecen[sis]
Dominus Nicolaus Jskrziczki Dapifer Camenecen[sis]

Commissarii de Ducatu Masoviæ cum Lituania

Dominus Epus Plocen Andreas Czyzski
Dominus Thesaurarius Regni Nicol. de Szidlowec
Dominus Palatinus Masoviæ,
Dominus Castellanus Czirnen,
Varsovien, Lomzen, Visnen, et Niren, Capitanei,

Tempus vero pro quo ad loca limitum ipsi Commissarii cum aliis ex magno Ducatu Lituaniæ designatis convenire deberent non est visum aliud magis oportunum quam dies festus Sancti Michaëlis quoniam in vere et estate, non est satis tutum eiusmodi negotia exercere, cum illo tempore maxime soleant Thartari incursiones in Regnum Mtis facere quoniam autem ad munus istud constituendorum finium, et componendas inter confines controversias atque iniurias cognoscendas non parvum temporis spatium impendi oporteat. Supplicant domini Consiliarii Vt Mtas Regia mandet Commissariis designatis per suas literas, Vt quisquis in loco cui est deputatus ad tempus prefinitum se constituat, Vtque ex erario proprio quantum lubebit, illis pecuniam in sumptus faciendos largiri dignetur, Vt pecunia que pro defensione Regni solummodo, eaque satis mediocris est decreta, ad negotia extraordinaria non distrahatur.

Cum domini Consiliarii ex mandato Mtis Regiæ sciscitarentur, si quidpiam adhuc superesset, quod estimari et taxari in bonis et fundis deberet, compererunt aliquot adhuc districtus in terris Cuiaviæ sitos, non fuisse aditos neque taxatos, quare decreverunt una cum consensu vt hoc residuum muneris estimandi absolvatur quamobrem, Supplicant Mti Regiæ vt mandare dignetur Palatinis illarum Provinciarum et districtuum Vt ante Conventum proxime in Regno celebrandum ad circumspicienda et estimanda omnia loca, et bona que supersint descendant, et finem estimationum publice decretarum, faciant.

Quia Regia Mtas mandare dignata est Ut reformatio et correctio iurium perficiatur, declaretur Mti sue dominos Consiliarios diligenti hanc rem consilio examinasse, et ex multis id unum commodissimum futurum decrevisse, ut hoc reformationis munus quod adhuc superest in Conventum gnalem proximum suspendatur, et ibi hoc qd restat ptibus omnibus ordinibus Regni, et cum etiam ipsa Regia Mtas erit presens absolvatur, Nam congregatio extraordinaria illorum qui sunt ad reformanda et corrigenda statuta, et iura Regni deputati, videtur dominis Consiliariis et sumptuosa et magnopere reipub. incommoda presertim Si hoc anno celebrari deberet. Cum exigua est contributio ad defensionem publicam decreta, quare supplicant domini Consiliarii Mti Regiæ Ut hanc eorum sententiam approbare dignetur, et mandare Palatinis omnibus, ut id quod iam reformatum est et correctum, in iisdem iuribus in Conventibus particularibus futuris qui gnalem Conventum precedent, Nobilibus exhibeat, et legendi circumspiciendiqz illud, copiam faciant, ut apparere illis possit, quid qua rone fuit reformatum, utqz super his que sibi et libertatibus suis videbuntur conducere, Nuntios suos ad Conventum gnalem instruere valeant

Regia Mtas declarare dignata est dominis Consiliariis per oratores suos ad Conventum varsovien missos, quemadmodum Oratoribus Woiwode Moldaviæ sit assensa in mittendis aliquibus Regni sui Consiliariis ad Conventum prope confinia illorum, que cum Regno habet demore celebrandum, ubi iniuriæ per confines populos vicissim sibi illate examinarentur et cognoscerentur, et mandare dignata est Mtas sua, ut domini Consiliarii Mtis sue eligant inter se et designent aliquos qui ei muneri magis apti viderentur, Et qui nullum interesse ad iniurias que illate illic dicuntur haberent, quare declarandum erit Mti sue eosdem dominos Consiliarios pro iussu sue Mtis communi consultatione facta designasse ei muneri dominum Palatinum Podolie, et dominum Castellanum Leopolien, qui in confinibus Moldaviæ nihil possess

possident, neque sunt aliquibus illorum confinium iniuriis impliciti, et supplicare ut Mtas sua iis dominis mandare dignetur ad tempus Conventui prestitum illo se conferre, et iustitiam que eis debetur administrare ut tum hoc illis Mtas sua precipere et prescribere dignetur, ne in aliud quempiam locum concedant quam ex antiquo ad huiusmodi Conventus celebrandos concedi erat solitum, nam rumor est Woywodam Moldaviae habere nostros velle ad eum ipsum Conventum ultra fluvium Dniesthr ad terram suam ad quam nunquam a nris fuerat descensum fortasse eo consilio id agens, ut deliberarom hanc Conventus faciendi dissueret, et faceret irritam vel ut quidpiam insidiarum strueret Consiliariis et Subditis Mtis sue, qui illo venirent

Domini Consiliarii et Nuncii terrarum minorum omnes supplicant Mti Regiae ut maturum et tempestivum tempus futuri Conventus in Regno ~~huiusmodi~~ habendi dare et constituere in loco consueto, ad illudque ipsa descendere dignetur, nam absente Mte sua omnes deliberationes et actiones publice nimium difficiles et impedite esse solent. Ceterum etiam supplicant ut Mtas sua diem Conventui in Colo, non multo intervallo ante generalis Conventus tempus praefinire dignetur, ut absoluto illo certa post modum ad Conventum generalem domini Consiliarii et Nuncii terrarum Maioris Poloniae proficisci possent

Reverendus dominus Mathias Drzewizki Episcopus Cuiavien queritur, quod magnam iniuriam et damnum patiatur a Nobilitate Pomeranien, que eidem Episcopalia (sententia Mtis Regiae solemniter in Conventu generali Cracovien lata et promulgatam, lisque executorialibus manifestatam contemptui habens) quorumdam temerariorum suasibus inherens non solvit, sed neque hii, ad quos ex offitio pertinet, Mtis sue mandatis moniti, eandem sententiam in executionem efficaciter ponere curant. Ipse autem dominus Episcopus et omnes domini Consiliarii rogant, dignetur Mtas sua iustitiae et indemnitati ipsius prospicere, ac suam sententiam tam solemniter latam et promulgatam autoritate sua Regia firmare et tueri, ac necessariam executionem

pari iam tandem mandare ne ipse Epus in Ecclesia sua, cuius Mtas regia patronus existit, fraudetur redditibus suis, tum etiam ne Mtis suae sancta authoritas per negligentiam executorum et inobedientiam eorum contra quos lata est vilescat. Confidunt enim domini Consiliarii quod Sacra Mtas sua severa executione iam tandem iustitie et indemnitati illius prospiciat

Queritur itidem dominus Rendus Epus contra Illmos dominos Duces Pomeraniae quibus etsi Mtas sua Regia infeudare dignata est districtum Lambergen. Tamen prospicere dignata est, ut Ecclesiam Wladislavien. que ibi possessiones et villas ac Epalium solutionem habet, in suis immunitatibus et proventibus salva conservaretur. Quia vero proventus suae primitatis Epales non solvuntur, semper ab eis solvi soliti et possessiones opprimuntur. Supplicat idcirco idem Rendus dominus Epus, et domini Consiliarii Mtem suam, tanquam Ecclesiae patronum rogant, dignetur autoritate suae superioritatis rem ita adiuvare et promovere, ut dominus Epus et Ecclesia sua non fraudentur iuribus et iusticia sua, et videtur dominis Consiliariis hoc magna facilitate fieri posse si Mtas sua eam pecuniam ipsis Illmis dominis Ducibus quotannis ipsis pro summa dotis matris ipsorum debita solvere solet, non persolverit, priusquam ipsi domino Epo Vladislavien. iusticiam in omnibus de quibus contra illos queritur facere curaverint

Secretior pars Legationis et seorsum dicenda regie Mti

Inter articulos quos Nuntii terrarum dominis Consiliariis exhibuerunt fuit et hic de abrogando edicto regio, ne quis militatum extra Regnum proficisceretur, ut et libertas esset deinceps omnibus ubilibet militandi et illi qui adversus edictum ipsum militant extra Regnum, liberi et immunes ab omni mulcta decernerentur, quando quidem hoc ipsum edictum promulgatum esset citra consensum ~~ministrorum~~ Nunctiorum terrestrium, adversus

communem Regni libertatem, qui articulos magnopere torsit dominos Consiliarios, quod Nuntii terrestres, nihil rerum publicarum aggredi volebant, priusquam hoc illis concessum esset. Vnde et variae sententiae dictae sunt in Senatu, at ut fit, ubi director abest, res nullo etiam modo concludi potuit, alii enim multis argumentis deducebant, edictum ipsum esse factum mere adversus communia iura et libertates Regni, id quod fieri non potuisse absque consensu Nuntiorum terrestrium, et proinde abrogandum esse edictum et Serenissimo domino Regi Ferdinando significandum ingenue Maiestatem quidem Regiam, nullam unquam eius adversario suppetias neque tulisse, neque laturam esse, edictum tamen quod in gratiam eius fecisset, Regnicole ferre recusarentur, quod esset latum adversus iura et libertates ipsorum, et proinde quod eius Maiestas ne Regnum, egrederentur illos continere non posset, ne se propterea ab eius Maiestate concludi et decipi existimaret, alii vero diversum sentiebant, nil nequaquam in iuribus Regni contineri expresse, quod Maiestatem suam stringeret, ne tales inhibitiones edere possit, Edictum esse factum ex decreto Senatus in Conventu generali, rem utique ei diffidenti per Oratores ipsorum declaratam, vulgatamque toto pene orbe, et praeterea citra summam indignitatem et summum discrimen fieri non posse, si vel abrogaretur edictum ipsum vel res Serenissimo Regi Ferdinando denunctiaretur, quae, quantumuis artificiosa excusatione pingeretur, fieri non posset, quin illius Maiestas existimaret sibi hoc modo apertam hostilitatem denunctiari, et se manifeste collusam esse, et proinde ut edictum ipsum in suo robore consisteret

Hac sententiarum varietate cum deesset qui concluderet, neque inter dominos Consiliarios conveniri potuit, res ad arbitrium Maiestatis Regiae delata est Vt intra hoc tempus quo alius Conventus statuatur, id faciat Maiestas sua de edicto ipso vel tenendo vel abrogando, quod illi dignius et Regno utilius esse videbitur

Verum quod ad puniendos eos attinet, qui adversus edictum ipsum

extra Regnum proferti sunt militatum, in hanc sententiam om-
nes domini Consiliarii convenerunt, quod non licet Mti Regiæ ullu
subditorum suorum in dicta causa et non convictum iure punire,
Sed neque Mti sue extra Regnum existenti quenquam indicare conve-
niret. Et proinde ut Mtas sua se a iudicandis et puniendis tali-
bus continere dignaretur, donec feliciter ad Regnum redibit.
Idem fieri ~~debite~~ directe visum est de domino Laski Palatino Siradien,
ut scilicet ille quoque vocaretur, audiretur, et iure cum eo ageretur.

De Induciis autem cum Imperatore Thurcarum quas ipse dominus
Palatinus Siradien expedivit, ut Serenissimus Rex Joannes misit,
similiter varie dictum est in Senatu, alii enim censebant factum indignu
et perniciosum, quod citra ullam Comissionem et scientiam Mtis Regie
fuerint ipse Inducie expedite, quodque si suscipi deberent cum conditione,
Serenissimum Regem Joannem iuvandi, et neutralitas toti orbi manife-
stata, cum magno dedecore coincideret, appareretque consensio ac so-
cietas quedam cum infidelibus adversus christianos, et per talium
conditionalium federum susceptionem, Thurcorum imperator sensim
sibi auctoritatem imperandi Mti Regiæ usurparet, ut certissime
Mtas sua considerat, Sed et si literæ ipse retinerentur aut aperirentur, ac-
qui posset Mtas sua, de susceptis induciis tam noxiis, et proinde remitte-
das esse literas ipsas ut sunt obsignate Serenissimo Regi Joanni, declaran-
dumque illi Oratorem Mtis Regiæ attulisse quinque annorum Inducias,
citra ullam conditionem, quas autem ille misit, suscipi ab illa non pos-
sent, quod et conditioni de iuvando illo satisfacere Mtas sua nequeat
citra sua indignitatem Regnique sui discrimen, et universi Regni,
ideo remittit eiusmodi Inducias, que neque de scientia Regia, neque
de Senatus consulto provenirent.

Alii contra censebant nihil officere posse, ut Inducie ipse per Serenissimum
Regem Joannem misse, retinerentur et conservarentur, quod et hii in .hec.
posterum ex usu esse possent reipublicae, neque in retinendo literas sed

in declarando utrum suscipiantur, rem consistere sufficereque Mti Regiæ, declarare per Nunctium suum Serenissimo Regi Joanni, quibus rationibus illum ut postulat amare non possit, et quod Inducias per oratorem suum obtentas habeat. Et proinde quas ille misit, non esse quidem ex usu, gratam tamen esse Mti sue hanc illius de se et Regno suo curam et studium, literæ vero non remitterentur ei, ne et ipse cum illis sperni ac contemni videretur, nisi fortasse illas rursus exigeret, proinde ut in tarte conservarentur, in hac itaque dominorum Consiliariorum varietate cum in unam sententiam convenire non potuisset, delata est etiam res Mti Regiæ, ut quod illi consultius videbitur de literis ipsis induciarum, vel retinendis vel remittendis, ita arbitrio suo facere dignaretur

De significatione domini Petri Koritt Marschalci Curiæ, quam Mti Regiæ fecerat, de Capitaneo et gentibus Serenissimi Regis Ferdinandi, placent omnia dominis Consiliariis, que Mtas sua illi respondit, et ut illum edocuit ubi Capitaneus et gentes ipse pergerent subditos Mtis sue in terra Scepusien. premere et infestare, aut ad preparandas vias et ducendum ad se commeatum, ac mittendos centum pedites compellere et urgere

Verum quod ad eum eventum attinet, ubi iterum Serenissimus Rex Joannes illinc pulsus ad Regnum confugeret, et gentes Serenissimi Regis Ferdinandi illum persequi et investigare ut prae se ferre dicuntur vellent, queritque Mtas sua quid in eo ipso eventu faciendum esset, non arbitrantur quidem omnes domini Consiliarii id deinceps futurum, ut si etiam ipse Serenissimus Rex Joannes iterum Regno Hungarie pellatur ad Regnum hoc confugiat sed confugiturum potius ad Thurcos in quorum subsidio res sua tota consistit, Verum tamen ubi hoc casus aliquis afferet ut iterum huc confugeret, et gentes Serenissimi Regis Ferdinandi illum insequerentur, censent omnes domini Consiliarii, ut Mtas Regia, quam primum ad Regnum

accurreret, et quemadmodum in aliis euentibus Mtas sua fac-
re consueuit, vbi aliquis vel Regnum vel alia dominia Mtis sue
hostiliter inuadebat, ita et in eo ipso euentu facere et se exhibe-
re dignaretur, consultissimum tamen videtur omnibus, ut adhec
et alia mala euitanda, et quod omnium est primum, ad reducen-
dos ad concordiam et pacem hos duos Reges inter se dissidentes,
ac ad res et rationes illorum semper explorandas, habeat Mtas
sua apud vtrumque illorum Nuncios magis industrios quam insignes,
quemadmodum alii Principes inter se facere consueuerunt

Dicendum erit etiam Mti Regiae, quod Nuncii Ciuitatis Cracouien
petiuerunt relaxari iter in Slesiam, dominis vero Consiliariis no
visum fuit absente Mte sua quidquam facere, verum expendentes
que hostilia molimina fiant hac causa, et occlusio ipsa negligenter
aliquin seruatur, Committunt domini Consiliarii arbitrio Regio,
ut si Serenissimus REX Ferdinandus id petat, et Mti sue videbitur,
id concedi posse citra suam et Regni sui indignitatem et iacturam
potiusquam hinc hostilitas et leuitas aliqua contingere deberet, fa-
ceret Mtas sua, id quod illi consultius videretur

Ad Bonam Reginam Polonie dicend

SACRA Mtas, domini Prelati et Proceres Regni Mtis vrae
Consiliarii in Conuentu Varschouien congregati, Mti vrae Serenissime ob-
sequia sua fidelia per nos nunctiant, optantque a domino deo, ut
Sacra Mtas vra vna cum Sobole sua charissima et optima valetu-
dine, et felicissimis successibus semper fruatur in singularem omnium
subditorum suorum consolationem.

Domini Consiliarii vniuersi, intelligentes quod cum in Conuentibus gnalibus

libus tum etiam in vniversis publicis actionibus multa perpera committuntur, et pauca recte succedant, vbi deest Princeps qui nauigium reipublicæ fluctinagum dirigat, summopere optarunt, ut vtraque Mtas vrã Conventui Regni nouissimo interfuissent, vel præfuissent potius, sed cum id per occupationes Mtatum vrarum in hoc dominio, fieri non potuit, æquo animo tulerunt, hoc frustra, tum suum desiderium et mtatum vrarum necessitatem, nihil interim prætermittentes debiti et officii sui erga Mtes vras et rempublicam, convenerunt enim non granatim iuxta mandatum Mtis Regiæ ad Conventum ipsum, et operam omnem impenderunt, summo quidem labore et impendio, ut et voluntati Mtis suæ satisfieret, et publicæ necessitati consuleretur, vnde et vnio facta est terrarum Masoviæ, cum Regno, et contributio pro defensione et præsidiis adversus Tartaros decreta, vt opinio fert, non vulgares, et alia negocia quæ incumbebant recte satis absoluta. Supplicant itaque Sacræ Mti vrę vniversi domini Consiliarii et Terrarum Nuncii, vt Mtas vra hoc illorum obsequium et labores, grato animo suscipere, et sacræ Mti Regiæ commendare dignetur, ac intercedere apud eius Mtem, ut preces quas per nos et lrãs suas fecerunt, benigne suscipere et exaudire dignetur, ne in his negociis quæ summo labore peregerunt, vel difficultatem, vel nocumentum aliquod subirent, quod non, nisi in detrimentum reipublicæ vergere posset.

Ceterum visendi etiam erunt Illrmi liberi Mtis Regiæ, quibus domini Oratores dicent plurimam salutem nomine omnium ordinum Regni, declarabuntque illis, quod sospites, faustas et incolumes Illtes suas esse omnes vehementer et ex animo desiderant.

Ad Consiliarios Lituanos verba etiam facienda comunicata tamen prius re cum Regia Maiestate: ut ex arbitrio eius Mtis verba ipsa fierent.

In summa tamen videtur dominis Consiliariis cum illis loquendum,
post salutem et amorem fraternum, quod a longo tempore fuit desi-
derium omnium ordinum Regni Poloniae, ut cum in omnibus rebus,
tum in defensione adversus communes hostes, presertim Thartaros,
communibus viribus et concordibus animis cum eorum d. semper
uterentur. Et proinde cum intellexissent illas hoc egisse in Conven-
tu suo preterito, ut paria presidia cum presidiis Regni haberent in fi-
nibus utriusque dominii, tanto equius tulerunt absentiam Mtis Regiae,
causa necessitatis illarum, et alacrius de statuendis presidiis ipsis con-
suluerunt, atque post multam curam et deliberationem suam propterea
habitam, ita decreverunt, ut in instantem annum quatuor milia militum
mercenariorum in presidiis confinium Regni collocentur. Rogant ita-
que eorum d. uti fratres charissimos, ut etiam totidem homines arma-
tos, ad confinia sua deputare et locare, eumque animum obtinere di-
gnentur, coniunctim cum illis agendi in his negociis que ad commu-
nem utriusque reipublice utilitatem pertineant. Nam hinc et fortius cla-
riusque erit Mtis communis domini imperium et communis reipublice sa-
lus et incrementum firmius et stabilius, hostes denique communes tanto-
rum presidiorum metu perculsi, non audebunt deinceps tam facile
ad vastandas depopulandasque provincias et dominia Mtis Regiae,
accedere.

Haec summarie notata, domini Oratores ita extendent et modera-
buntur, ut maxime ex usu dignitate ac voluntate universi Conven-
tus fieri posse videbitur, quod totum illorum industrie committitur

Consiliarii regni in conuentu Varssouie congregati
Luce de gorca Castell^o Posnamien & Capitaneo maioris polonie generali

MAg^ce domine frater et amice charissime ac honorandissime. Retulit in consultationem nostram Mag^cus dominus Palatinus Posnamien ea, que scripsit illi vestra M. de incursionibus predonum ex vicinia, et de ~~Ci-uitatibus~~ limitibus illic factis, et reuidendis. quod ad latrocinia attinet, iam scripsimus vestre M. sententiam nostram de adhibenda diligenti cu-stodia, ne quid damni subditis M^tis Regiæ per illa inferri posset neque ab re esset, ut de ipsis latrociniis Preferti Slesiæ per vestram M. admonerentur, sed et prouidendum esset, ne nostri eiusmodi hosti-litatibus causam preberent, ut quosdam facere didicimus, ex quibus non solum latrocinia, sed etiam bella maxima inter finitimos oriri solent, et plerumque parua scintilla magnum ignem excitat.

De limitibus factis, videtur etiam nobis indignum, ut denuo reuideri deberent, neque censemus ad id consentiendum esse, nisi aliter fini-ri non possent et nisi forte Ill^ris dominus Dux Carolus vellet ipsemet eos reuidere, cuius dignitas et authoritas contegere posset indignitatem rei, proindeque eius solius cum aliquo ex prioribus Commissariis Serenissimi domini Regis nostri reuisionem, consulimus non repudiandam, quod prudentie vestre M. melius expendendum permittimus, que fe-licissime valeat et nos diligat. Datum.

Petrus Tomiczki Eps Crac. Regni Pol. Vicecancell. / Nicolao Tomiczki Castell.o Gnesnen: Costen. Pisdren. Coninensi Capit.o Prefecto Stabuli regii.

Mag.ce domine frater germane charissime. Post multos tractatus et ser=
mones quos cum dominis Masoviaen habuimus, reduximus tandem illos
ad ferenda nobiscum onera regni, depositis prius et abrogatis prio=
ribus illorum oneribus, factaque sufficienti promissione per literas
sigillis dominorum Consiliariorum et Nuntiorum terrestrium obsigna=
tas, manibusque illorum propriis subscriptas, de confirmandis per
Ma.tem Regiam privilegiis, iuribus, statutis, libertatibus, immunita=
tibus et consuetudinibus illorum, iamque nobiscum quod uti Regiae
domino meo clementissimo ac universo regno, felix faustumque sit, in
consilio sedere et consulere de communi Regni defensione ceperunt die
Sabbato preterito, non deerant quidem aliqui, qui opus tam sanctum
et necessarium impedire variis modis et ingeniis tentabant, p.ra valere tamen
dei gratia non potuerunt, accedente presertim constantia et summa
nostra ac nonnullorum aliorum dominorum nobis adherentium, cura
et diligentia, nunc consulitur cum eisdem dominis Masovien. de Re=
gni defensione, in qua constituenda, tametsi et domini aliqui, et nun=
tii terrestres sint discordes, speramus tamen illos cito ad concordiam
et unanimem sententiam reddituros. Et proinde mittimus

Petrus Thomiczki Eps Crac.
Et Regni Polonie Vicecancell

Ioanni Chogenski Archidiac° Crac
Secretaº regio

Venlis domine frater in Chro charmo. Mirifice nos delectat studium hoc in nos vestrum, quod omnia que scire interesse vra putatis, diligenter nobis perscribitis, quod quidem officium vrum si nacti fuerimus aliquando oportunum tempus, prout cupimus, geminato studio et gratificatione nostra vobis referre exoptamus, idque dabimus operam maxime, Sed interea tamen pro ista humanitate et propensione vra magnas vobis habemus et agimus gratias, et ut eandem deinceps prestetis nobis operam, Nos plurimum rogamus. Domini Masovien post multas controversias et tractatus utrinque diu factos, bonis iam tandem conditionibus ad communionem nostram et perpetuam cum Regno coniunctionem accesserunt. In qua re tametsi quidam sedulo laborarunt ne in istum finem negocium pervenisset, ducti vel odio boni publici, vel insolenti rerum turbandarum cupiditate, nostra tamen et aliorum nobiscum sentientium diligentia, est illorum temeritas repressa, et negotium ad amplificanda Regie Mtis commoda (quod deo sit gratia) absolutum. Putaveramus autem nos, isto impedimento sublato, in ceteris rebus constituendis faciliores fore debere progressus, cum in initio Conventus Nuncii terrarum istud solum negotium Masovien obstitisse sibi affirmabant quominus de defensione Regni consultarent. Nunc tamen multa alia impedimenta consultationibus nostris videmus ab ipsis Nunciis pretensa et interiecta que existimamus per eosdem subornata esse et introducta, per quos et ab initio fuerat actum ne Proceres Masovie ad ferenda Regni onera adiungantur, et ut conturbatis infectisque omnibus negotiis, hinc quam celerrime a nobis discederetur. At quam argute quamque prudenter id machinentur et insinuent, cognoscatis.

Postqm non satis illis processit consilium relinquendi Masouiam in
priore eorum pertinatia et ratio totius propterea conuentus dissi;
pandi sublata fuisset, subornare denuo ceperunt Nuntios, ut vocifere;
tur et postulent abrogari et aboleri edictum illud publicum quod su;
periore anno de prohibendis ab externa militia Subditis Mtis Regiæ
fuerat factum, Induxeruntqz illos ad eam pertinaciam et proterui;,
tatem in fauorem quorundam qui contra eiusmodi edictum ausi sut
conferre se ad militiam Sermi Regis Joannis, ut nolint quicqm
tractandum prius incipere, nisi id quod petunt, per nos decernatur,
obtendunt autem nobis et inculcant Statuti Regis Alexandri cuiu;
sdam decretum, quo caueri putant, ut ex ipsius Statuti scripto quod
vobis mittimus cognoscetis, ne huiusmodi prohibitoria edicta absenti;
bus terrarum Nunctiis per Regiam Mtem et consiliarios decernerentur,
prout superiore anno in decernendo prenominato edicto accidisse ipsi
asserunt et contendunt, ea res ob varietatem sententiarum nunc est
in summa contentione, et quem finem sit consequutura, nos non possu;
mus adhuc iudicare. Quod tamen ad nos attinet, omnem impende;
mus operam, ut non reuocato edicto, et Mtis Regiæ dignitas circa
promissionem Regi Ferdinando factam, sustineatur, et defensionis
etiam aliqua bona ratio reperiatur, et ut primum res in alter;
utram partem inclinari ceperit vel erit absoluta, faciemus vos
accurate de omnibus certiorem. Mti etiam Regiæ diligenter oia
perscribemus. Interea vos bene valere et felicem esse optamus.
Datum Varschouiæ.

Consiliarii in Conuentu Varssenien.

Exactoribus infrascriptis

Generose, Amice noster dilecte. Questi sunt nobis in his Comitiis Varschomien. milites mercenarii qui estate preterita in Russia militarunt, quod eorum stipendium, non totaliter illis esset hactenus solutum sed magna parte retentum, non sine illorum penuria, et magno incommodo, postularuntque à nobis, Vt quantum nostra interesset, de soluenda illis hac reliqua parte ipsius eorum stipendii retenti, operam et studium nostrum prestare non grauaremur. Nos de hac re, cum Magnifico domino Thesaurario Regni conferentes, comperimus ex liquida eius ratione, nobis prestita ipsius Magnificentiam non magnam pecunie summam ex publicis contributionibus anni preteriti, percepisse illamque ad vsum destinatum, pro defensione reipublice, debite expedisse. Ignorantes autem, que summa, ad hoc tempus collecta sit, per tuam G. post transmissam per illam nouissime, ad thesaurum Regni pecuniam, ex ipsis contributionibus congestam, et que adhuc istic exigenda restet, cupientesque ex animo, nulla causa solutionem dictis militibus impendendam diutius differri, ne a futuris seruiciis, eorum animi, difficultate solutionis retrahantur. Hortamur tuam G. illique iniungimus, Vt quamprimum, absque omni cunctatione, scriptis suis nobis declaret quantam summam pecunie ex ipsis contributionibus, nunc in promptu habeat, ac etiam quantam ex restantis adhuc congerere possit, Vt hoc intellecto, prouidere commodius possimus, ne milites ipsi ex ancipiti spe solutionis diutius pendeant, Preterea, quicquid publicarum pecuniarum, apud se tua G. impresentiarum habet, Volumus, ut id quamprimum ad Magnificum dominum Thesaurarium transmittat. Et insuper, quod operepretium est, in exigendis plene ipsis publicis contributionibus anni preteriti, eadem tua G. omnem suam curam, diligentiam, solertiamque impendat, et insti

exactoris iura seruet, absque omnibus respectu, ita vt nulla contraria consuetudo, in hoc vsim petim, quum id quod in vniuersos causa reipublice decretum est, omnes equaliter ferant et pendant. Factura tua G. rem offitio suo congruam, et Regie illi nobisque omnibus gratam, et ipsi reipublice vtilem ac necessariam. que bene valeat. Datum in Conuentu g(e)n(er)ali Varschouien feria quinta in Octaua Sancte Agnetis Anno domini . M°. D°. XXIX°.

Generoso domino Joanni Gliwienski Succamerario Calissien, et exactori terre Poznanien, amico nostro dilecto.

Generoso Petro Czomolinski Notario et exactori terre Siradiensis, amico etc.

Generoso Thome Marschewski Notario et Exactori terrae Calissien amico nostro dilecto.

Generoso Nicolao Malochowski. Subdapifero et Exactori, ac Vicecapitaneo Lancicien, amico nostro dilecto.

Sigismundo primo Regi Polonie Petrus Tomiczki Eps Cracovien & Regni Polonie Vicecancell

Sacra Regia Mtas et domine domine clementissime.

Post humilem servitutis et orationum mearum commendationem, Decimus hic agitur dies quod ego huc mandato et iussu Mtis vestre veni quo et alii Mtis vre Consiliarii et Subditi, venire quidem debuerunt iam pridem omnes, sed tamen plurimi adhuc non venerunt, que res profecto plurimum mihi suspitionis affert, et dubitationis, ne non sit propterea difficultas aliqua in constituendis bene reipub. negotiis. Ego tamen ut cepi in offitio diligenter manebo. expectabo hic aliorum qui hic adhuc sperantur adventum, et ubi advenerint, pro virili mea in medium consulam et suadebo, que et ad gloriam amplitudinemque Mtis vestre augendam, et ad Regni salutem atque pacem constituendam, maxime pertinere arbitrabor. Cum autem fuerit ceptum aliquid in commune hic agi vel consili, tum ego copiose omnia que scire cupere Mtem vestram putabo, illi perscribam, Nunc preterea nihil quod illam scire oporteat, scribere possum, solummodo me et servitutem meam studiose commendo Mti vestre Serme, quam felicissimam esse et optime incolumem cum omnibus liberis, et Serma sua coniuge, vehementer desidero. Datum Varschovie xviii Januarii. 1529

Petrus Tomiczki Eps Cracovien
& Regni Poloniae Vicecancellarius.
Ioanni Choienski Archidiac. Crac.
Secretario regio.

Venlis domine, frater in Chro charme. Venimus huc mandato Mtis Regiae mature et ad tempus, ut pro offitio nostro in commune de bono Reipub. nostrae consuleremus, Sed cum paucos admodum hic cum venimus reperissemus cum ex Consiliariis suae Mtis praecipuis, tum etiam ex nunctiis terrarum, qui etiamnum fere omnes expectantur, non possumus nobis aliquid boni de hac nostra congregatione polliceri. Sed ut et hanc dubitacionem adventu suo ij qui adhuc desiderantur nobis exuriant et extinguant, certe restant non maioris momenti Ducatus Masoviae Primores et Nunctii, qui nobis sollicitudinem eque magnam de rebus publicis iniiciunt et metum conciliant. Namque queruntur assidue cum de hac producta et tarda nostrorum Conventione in qua ipsi omnium aliorum offitia et celeritatem matuiore suo adventu superarunt tum etiam quod insolitis Mtis Regiae commissionibus que huc ad se dantur consuetudines eorum et iura omnia pessumdentur et confundantur. In quibus rebus ut placentur eorum animi nos damus operam, faxitque deus, ut quod laboramus, assequi valeamus, utrumque tamen cesserunt res, nos equidem nihil intactum linquemus, quod opera et diligentia nostra ad Mtis Regiae amplitudinem et publicam utilitatem certum et salubre vel reperiri vel prestari possit. Quid tamen polliceri possimus, nihil videmus hactenus certi, et ut vere fateamur, plus mali metuimus quam speramus boni. Cum tamen erit aut cepta aut inclinata res ad utramuis partem, perscribemus tum et Mti Regiae et nobis diligenter, uti se habebunt omnia, Nunc cupimus vos bene et feliciter valere. Datum Varschoviae xviii.a Januarii

Petr. Tomiczki Eps Crac. R.P. Vicecancel.

Ioanni Choienski Archidiac° Cracouien Secretario regio

VEn^lis domine, frater in Chro char^me. Post discessum hinc patris Commissarii, per quem dedimus ad vos literas nostras, et aliqua de his que geruntur in hoc Conuentu vobis perscripsimus. Nuntii terrarum nouam iterum difficultatem nobis iniecerunt, nolunt enim consulere quicquam de Regni defensione, nisi nos Ecclesiastici prius illis declaremus, qua pecuniarum summa de decimis nostris illos et eandem defensionem iuuare velimus. Nos diximus non posse nos nouum iugum et onus imponere Ecclesiis et clero nro, absque illius consensu, sed nec equum esse putamus, ut ad maiora onera cogi et stringi debeamus, quam domini Seculares, qui tenentur de bonis suis fines Regni defendere, presertim, cum nos de bonis et possessionibus nostris liberi et ab omnibus publicis oneribus immunibus et exemptis id totum soluamus et soluere ac contribuere parati simus, quod illi qui onus defensionis ferre tenentur, soluunt ac contribuunt. Illi vero contra, proponunt exhaustas iam esse per continua tributa facultates suas et Colonorum suorum, nec posse se dicunt ulterius ferre onus hoc communis defensionis, nisi nos ut ditiores, et qui nec vxores nec liberos habemus se de decimis nostris alleuemus. Nos timentes malum et perniciosum exemplum hinc oriri in posterum, prestamus constantes in proposito nro, ~~ut~~ nec nos ab eo quibusuis importunis precibus et interminationibus illorum diuelli permittimus, plane enim perspicimus, si nunc votis illorum annueremus, vellent semper postea ut de decimis nostris contributionem solueremus, quotiescunque illi de mansis agrorum et colonorum suorum aliquid contribuendum statuerent, immo etiam et decimas nostras taxationi bonorum et fidorum subdi contenderent, prout hic etiam id proposuerunt. Quare stat nobis sententia, nullum nouum onus suscipere, sed pro debito nro

etiam si omnia extrema perpetienda sint, tueri libertatem Ecclesiasticam. Minantur quidem illi maxime uero Cracovien. et Sandomirien. quod ubi illos iuvare nollemus, vellent negare nobis decimas, nos tamen quibusuis illorum minis non deterremur, sed sumus constantes in tuenda libertate nostra, exemplo maiorum nostrorum. quorsum euadet hec tragedia et acerrima contentio vra posthac uobis perscribemus. Interim autem optamus vos bene ac feliciter valere. Datum Varschouiae

Petr. Tomic. eps Crac. R.P. Vicecancell
Ioanni Choienski Archidiac° Cracouien
Secretario regio

Venerabilis domine frater in Christo charissime. Nihil adhuc Mti Regiae scripsimus de his rebus que hic in consultationem publicam sunt proposite, nam certi adhuc nihil quid sit futurum deprehendi potest. Vix dum enim nudius quartus primum factum est initium tractandi cum Masouien. propter serum admodum plurimorum nunctiorum terrestrium et Consiliariorum Regni huc aduentum quorum etiamnum nonnulli desiderantur venireque recusant. Nos tamen quantum coniectura assequi possumus, perspicimus non magno negotio fieri posse, ut equanimibus Regni oneribus se subiiciat, si a nostris humaniter et non adeo tumultuarie cum illis agatur, verum multi tarditatem aduentus sui celeri expediendarum rerum fine compensare volentes, et ut domos cito repetant suas, acerbiores se illis quam conuenit exhibent, et iubent absque ulla circuitione madato illos Regiae Mtis parere, in Senatusque loca suscipere, et pro bono pacis publice in medium consulere compellunt. At illi contra, rem non parui momenti esse dicunt in qua precipitanter aliquid agere et suscipere haud conuenire sibi putant, aiunt se non recusare communionem et onera Regni, si modo id iusta et equa conditione facere iubeantur, se enim non posse ad sustinenda plura inuicem onera

sufficere. Videri preterea sibi fore operepretium, Vt a solvendis censibus et aliis oneribus ex antiquo apud se institutę, liberi pri; mum fiant, item etiam, ut jurium et consuetudinum suarum con; firmandarum robur aliquod ab authoritate Mtis Regiæ obtine; ant, deniqz etiam, ut equa suorum agrorum cum mansis seu la; neis aliarum terrarum Regni fiat dimensio, tum demum cum ea sit voluntas Mtis suę Regia, cui parere in omnibus se submittunt non gravatim, vellent ad alienas novas leges transire, et novum pnūs iugum, cum priore suo commutare. Que res quia ęquam preseferre videntur rationem, citum et facilem rerum exitum profecto cape; re possent si vnanimis omnium cura et diligens opera ad con; sultatoēm adhiberetur, resqz privata non sit nonnullis magis cor; di, qūm publica, sed de aliis Mta nihil interest curare. De nobis certe id polliceri possumus, daturos nos esse omnem operam, Vt in optimo fine res omnes que ad dignitatem Regiæ Mtis et publicum perti; nent commodum, constituamur.

Ceterum ne ex varietate commendaconum quas pro multis nuper apud Mtem regiam de Palatinatu Masoviæ et Capitaneatu Cze; chanovien nunc varante, fecimus, constancia Mta possit esse Mti Regiæ et vobis suspecta, rem uti se habet cognoscatis. Mortuo hic intra paucos istos dies domino Palatino Masoviæ, obruerunt nos multi importunis et sollicitis admodum precibus, ut cuiusqz petitoēm commendacoē Mta apud Mtem Regiam adiuvaremus; quibus cum nobis non erat facultas quantulamcunqz operam nostram negandi fecimus vtrunqz inviti varias uti videre potuistis promotiones. Sed tn ea est Mta ex omnibus potior sententia, Vt domino Laurentio Krasnowski Castellano Cziechen Palatinatus Masoviæ deferatur. et Capitaneatus Cziechanovien Mro domino Joanni Zemboczki quem si obtineret, felicissimus sibi esse videretur, Vt qui et in Notariatu eiusdem terræ dudum designari se optavit vel si ille eundem Ca; pitaneatum assequi non posset domino Adriano Golinski aut cuipi;

am alteri insigni viro indigene et Nobili. Nam alienigenis non esset
equum eas dignitates tribuere quibus provincie eius Nobiles hono;
rari et ornari semper erant soliti. Si autem contigerit et placue;
rit Mti Regiae Palatinatus dignitatem domino Castellano Czirnen
et Capitaneatum Cziechonovien domino Adriano deferre. Roga;
mus vos plurimum, agatis apud suam Mtem, ut ad Capitaneatum
Varschovien quem d. Adrianus nunc obtinet collocare et prefi;
cere dignetur dominum Andream Ciolek Judicem Varschovien
hominem sane probum, industrium, ac minime sumptuosum. Cuius modi
di vir, maxime nobis videtur ad augenda Mtis sue commoda et
sustinendum pro dignitate, non ex libidine, hoc officium, aptus et
idoneus, Sed quod etiam magis est, pendere vult Mti sue in annos
singulos, centum sexagenas grossorum ex prenominato Capitaneatu,
ex quo D. Adrianus ne unam quidem sexagenam solvit Mti sue.
Cupimus vos felicissime valere. Datum Varschoviae die purifica;
tionis sancte Marie domine nre. Anno domini

SIgismundo primo Regi Polonie.
Petrus Tom. Eps Crac. Regni Poloe Vicecancellarius

SACRA Regia Mtas et domine domine clemenme.
Post humilem servitutis et Orationum mearum commendationem. Cum hie;
mis eius initio in oppido meo Kielcze manerem, crebrisque propter vi;
ciniam internunciis cum Illma domina domina Hedwigi filia Mtis
vre colloquerer, observabam diligenter statum Illme sue d. con;
ditionem et in loco commutando desiderium, et perspexi equidem atque
animadverti Illm. suam non modo in habitaculis Castri Checzinen
verumetiam omnis ad victum necessarii commeatus, commodita;
te esse privatam, flagitareque multum ut illinc quam celerrime possit
emigrare. In qua re quia et me quoque est aliquoties adhortata
ut per orationem apud Mtem vram agerem, ut se quantocius.

incommoditate loci eius liberare dignaretur, tempus hoc ad hanc rem idoneum arbitratus, Mti Vre supplico Vt Illx. sue desiderio satisfacere dignetur, et illius Illx permittere rursus Cracoviam remigrare, ubi et pestilencia omnis est iam sublata et Illx. suam manere delectat et est magis commodum, quo et pietatis sue pr̃ne offi-cium, Mtas Vra in illam amplissime declarabit, et illam sibi tanto obsequentiorem et magis offitiosam efficiet

Ceterum de Conventus eius expeditione exponet Mti Vre omnia
+ d. Wyporicz que hic vidit quibusque interfuit. Nam secreti huiusque hic nihil est actum, ceptum tamen est heri cum Masovien tracta-ri et agi de coniunctione cum Regno Mtis Vre ineunda, quos ego facile spero in meam sententiam concessuros, si ita ut in initio fa-ctum est constans servabitur et una eorum voluntas. Sicque mors domini Palatini Masovie qui nocte preterita e vivis est sublatus, actiones meas non impediverit. Quicquid tamen vel factum vel de-cretum erit, omnia ego diligenter Mti Vre perscribere curabo. Quam interea felicissimam esse et optime cum Serma Coniuge et liberis suis incolumem vehementer desidero, meque et servitutem mea in gratiam Mtis Vre Serme iterum atque iterum suppliciter commẽdo

Sigismundo primo regi Polonie

Petrus Tomic. Eps Cracouiensis
& Regni Polonie Vicecancell

SACRA Regia Mtas et domine domine clementissime.
Post humilem servitutis et orationum mearum commendacõm. Cum mor-
+ tuus hic esset d. Palatinus Masovie quod iam puto esse cognitum Mti Vre Serme, excitati quidem sunt multi dignitatum offitiorumque petendorum occasione. Sed tamen ex omnibus magis sollicite et sedulo mecum agit d. Stephanus Wolinski Vt causam suam Mti Vre sub ea occa-sione commendarem. Ego vero quia memini Mtem Vram anno preterito

illius petitionem de aliquo officio vel dignitate in primam occasionem suspendisse, equam hanc ratus et honestam eius postulationem, factimeum me ita ut petiit recepi. Et sane quidem iterum V. M.tem magnopere rogo ut eius servitiis actis in memoriam reductis et expectatione, in qua ille hucusque erat ex verbis M.tis V.rae positus, expensa, benignam rationem eius petitionis habere dignetur. Namque hoc ad clementiam et equitatem M.tis V.rae pertinet, ut in honestandis augendisque servitoribus suis meritorum cuiusque et petitionum priorem sequatur. Erit autem hic D. Voszinski ad inserviendum M.ti V.rae tanto propensior et magis dignus, quo se auctiore dignitate ab illa ornatum esse intelliget. Commendo me rursus et servitutem meam in gratiam M.tis V.rae Ser.mae, quam dominus deus cum liberis et Ser.ma sua Coniuge diu servet sospitem et felicem. Datum Varsoviae

Petrus Tomic. Eps Crac. R. P. vicecancell.
Nicolao Thomiczki Castell. Gnesnensi:
Costen. Pisdren. Coninensi Capitaneo.

M.ce domine, frater germane char.me. Accurrit hic Cziersdorf cubicularius Regiae M.tis die dominico preterito, qui et plurimas literas ad nos et alios dominos et legationem novam ad vos et collegam verum dominum Succamerarium attulit, quam ipse D. Succamerarius, cum prius eam nobis legendam prebuisset, legi fecit in medio consilii, cum enim satis longa fuerit non potuit illam tam subito memorie commendare, et lingua mea ita ut erat scripta exponere. Verum super ea quemadmodum et super aliis legationibus V.ris nihil adhuc est deliberatum neque consultum, per hos enim dies continuos tractavimus cum dominis Masovien. ad unionem regni et equanimitatem onerum illos reducere volentes, et quantum nos conjicere possumus sine magno negotio et labore reducere illos possemus, si modo aliqui nostrates nollent esse tediosi in tractatibus cum illis. Illi enim ut homines prudentes, proposuerunt aliquos articulos, quos sibi et negociis suis domesticis necessarios esse putarunt, eosque petunt sibi confirmari, et ut Regia M.tas illos suscipiat et confirmet, optant se enim hoc per universum Senatum asse-

curari, aliqui tamen ex dominis nolunt cum eis de eis ipsis articulis disputare, sed volunt simpliciter, ut iam nobiscum sedeant et de defensione communi atque aliis publicis negotiis consulere non detrectent. Illi vero non prius nobiscum sedere et consulere volunt, nisi prius illos iuris nostris assecuremus, quod Regia Maiestas onera illorum antiqua abrogabit et deponet, iuraque, statuta, libertates et consuetudines eorum antiquas una cum articulis per eos propositis et conscriptis, confirmabit. Nos cum plerisque aliis dominis, qui cupimus ut huic tragedie tandem finis debitus imponatur, et defensio aliqua firma et solida constituatur ac decernatur, hoc agimus et curamus, ut quemadmodum aliis terris Masovie ut terre Ravensis et Plocensis, que pari modo ad corpus Regni acciderunt, deposita fuerunt et abrogata onera antiqua et iura, statuta, immunitates, libertates et consuetudines illorum una cum nonnullis articulis confirmata, ita istis quoque non negaretur id quod illi absque ullo dispendio dignitatis Regiae Maiestatis et iurium Regni petunt. Hodie autem ad summum apparebit, qualem finem cum eis simus habituri. Quicquid vero postea tractatum et decretum fuerit, aut e diverso, si propter discordiam nostram cogemur huic rebus infectis abire, quod nos ne fiat modis omnibus adnitemur et providere curabimus, faciemus vos de hoc aliis literis nostris certiores.

Mittimus ad vos literas, quas attulit Ciersdorff ex Lituania, quarum unas tantum que scripte sunt ad nos nomine Regio, nos resignavimus putantes in illis aliqua contineri que spectarent ad communem consultationem nostram.

Valetudinem vestram curate diligenter, et felicissime valete cum vestris omnibus. Datum Varsoviae v. februarii. Anno domini millesimo D. xxix°.

Petrus Tomiczki Eps Cracouiensis
et Regni Polonie Viceecancellarius.
Nicolao Tomiczki Castell° Gnesnen
Costen Pisdren Coninen Capitaneo.

Mag^ce domine frater germane charissime. Licet doleam ex animo q affligimini continue dolore colico. Spero tamen q lenibus medicinis et regimine vite debite cito pristine restituemini sanitati. multas difficultates babuimus in hoc Conuentu, quas longum esset perscribere, eas tamen studio, diligentia, et patientia nra tandem superauimus, ita vt compositis omnibus publicis negotiis ex dignitate Mtis Regiae, et commodo reipub. intra tres aut quatuor ad summum dies discedere hinc poterimus. quamuis autem nondum ad plenum conclusimus id quod pro communi regni defensione ad annum presentem contribui debeat, certo tn mihi persuadeo q in hoc conueniemus omnes vt ex singulo laneo possessionato, non secundum antiquas quitantias, sed prout quisque dominorum censum et voieme de laneis bonorum suorum percipit, soluat nouem aut octo grossos, et preterea Schoszi et Czopowe de Ciuitatibus, Oppidis et tabernis, resistebant quidem multum et satis diu terrarum nuncii, et in alium modum contribuendi consentire nolebant nisi secundum antiquas quitantias, post multos tamen sermones vltro citroque habitos, cesserunt tandem propter dominos Masouienses vt non maius onus illis imponerent, quam quod ipsi soli ferunt, hec ita ut scribo credo q statuentur, latius tamen de his et aliis, solus istuc veniens, deo bene iuuante, uobis referam. Nulla indignatio Mtis Regiae timenda est nobis, quod non fueritis hic cum fuerit missa alia legatio ad vos Mtis sue, nam collega vr iam retulit ad dominos Consiliarios, et in presentia illorum et sua, legi illam fecit. Literas vras quas scripsistis ad Cothuicz et dnum Choienski, misse heri Vilnam per nunctium dni Capitanei Grodnen, qui ad certum diem a suo hinc discessu asserebat se illinc peruenturum. Lras autem que ad vos ex Vilna in manus nras misse sunt, mittimus vobis cum presentibus, optamusque vos bene ac felic valere. Datum etc.

Petrus Tomiczki Eps Crac. R. P. Vicecancell
Lucae de Gorca Castell. Posnaniensi &
Maioris Poloniae Capito generali.

Mag^ce domine, domine et frater honorandme. Cum iam scripte et obsignate essent a b senatu hae ad mag^am vram. Nunciusq; meus iam iam illas laturus esset, supervenit Lysch nuncius Mag^tie vrae. Cui cum hic nihil aliud negotii esse viderem, remisi ipsum illico ad vram Mag^am cum meo Nuncio, quem mittere ad illam designaueram, nam is re etiam debet cum literis dominorum Consiliariorum ad exactores publice pecuniae et responsum ab illis referre. Quare intelliget iam vra M. ex his que publice sunt scripte et etiam ex meis l[itte]ris que ad cognitionem suam pertinere fuit arbitrata, et per literas suas serie exquirebat.

Ceterum de consultationibus nris ita se res habet. Cepimus tractare et conferre cum Masovien, quos si ad communionem et coniunctionem nram pertrahemus, in reliquis reipub. negociis faciliores nobis erunt progressus, pertrahi autem illos in nram sententiam facile posse intelligo, si id nimet aliqui qui tarde huc venientes abitionem suam hinc iam parant, impedire non conabuntur. Nam ego ex certis indiciis deprehendo non multum illos a coniunctione et equanimitate onerum publicorum abhorrere. Cupio felicem esse M. vram et optime in multos annos cum suis omnibus incolumem. Cui me ex animo commendo. Dat. &c.

Sigismundo primo regi Polonię
Petr. Tomiczki Eps Cracouiensis
Et Regni Polonię Vicecancellar.

Sacra Regia Mtas et domine domine clementissime.

Post humilem seruitutis et orationum mearum commendationem, Mortuo nocte hesterna domino felice Brzeski Palatino Masouiae ueteri et fido seruitore Mtis Vrae Sermae. Data uisa est multis occasio supplicandi apud Mtem Vram, ut in ornandis illis et augendis honore ac dignitate suorum nunc seruitorum uel fidei qua sunt in illam prediti, digna ratio habeatur, inter ceteros tamen dominus Adrianus Golinski Capitaneus Varsouien., summo studio a me contendit, ut illum in petitione sua quam de Palatinatu Masouię facit, apud Mtem Vram adiuuarem. Ego uero quia illum et uirum probum et fidum ac utilem seruum Mtis Vrę sum expertus, item etiam quod indigenam eum eius Prouinciae esse et apud suos singulariter gratum sciam, commendandum illum duxi Mti Vrę Sermę, quam enixe rogo ut illum in Palatinatus Masouiae dignitatem optare, et designare dignetur. Nam ille hunc magistratum pro dignitate sustinere poterit, et ex eo loco potissimum declarare, quam ille sit Mti Vrę in omnibus diligens et fidus seruus. Ego uero quicquid in illum ornamenti Mtas Vra conferre dignabitur, id illi diligentissime seruitute et obseruantia mea acceptum referre curabo Cui me et seruitutem meam rursus diligentissime commendo, illamque felicissimam esse et cum omnibus suis liberis et Coniuge Serma in longissima tempora bene saluam et incolumem vehementer desidero. Datum Varschouiae die dominico proximo ante festum Purificationis Sancte Marię domine nrę. Anno etc. 1529.

Sigismundo Primo Regi Poloniæ
Petr. Tomic. Eps Crac. R. P. Vicecancell.

Sacra Regia Maiestas et domine domine clementissime.

Post humilem servitutis et orationum mearum commendationem. Cum primum huc allatum esset Maiestatem Vestram Palatinatum Masoviæ domino Laurentio Prasmowski contulisse, tametsi ego pro aliis sicuti rogatus, preces meas apud Maiestatem Vestram interposueram, gaudebam tamen et letabar vehementer ex hoc inditio Maiestatis Vestræ quod hominis in ducatu illo Masoviæ facile primi rationem habere dignata fuerit. Namque est cognita multis optima illius in gerendis rebus experientia et usus exercitatioque dicendi prospecta et aprobata; mihi vero ultra alios de eius summa industria et fide erga Maiestatem Vestram singulari probe constat, ob quas eius dotes et virtutem non vulgarem non possum nisi favere illi hanc honoris et dignitatis accessionem

At quoniam ille ad me scripsit et ego etiam ex aliis audivi, nullos certos redditus vel proventum peculiarem isti dignitati Palatinatus adiunctum vel assignatum esse, Sed ex antiquo gratuita solum Principum liberalitate et munificencia sustentatum fuisse semper, prout in Palatino proximo defuncto apparebat cui aliquot prefecture et officia erant emolumenti et premii loco assignata. Supplico Maiestati Vestræ ut in hunc quoque partem Palatinum clemens et munifica esse dignetur. Prefecturamque Cirnensem et penas ex vadimoniis litigantium et ob violencias et scelera hominum committi solitas illi dare et concedere, namque penarum vendicandarum potestas primo illi nuper defuncto Palatino data quoque fuerat et assignata, Cirnen autem Prefectura si illi tradetur nunc a Maiestate Vestra, commodis et utilitate nihil minuetur, administratione vero et tuendis conservandisque iuribus et tranquilitate Subditorum Maiestatis Vestræ Sezome facile augebitur, ubi enim tanti viri accedet industria et auctoritas sine fructu et utilitate cum Maiestas Vestra

tum, subditi illius esse non poterunt. Ceterum etiam Mtem vram magnopere rogo, ne Commissiones aliquas in Ducatum illu Masoviae super bonis quibuscumque dari fariat, dum a Regno abest, multa enim per hanc occasione indigna et nefaria in causis bonorum Mtis vrae et aliorum committuntur, quas causas cum sint impedite nulla rone potest Mtas vra nisi hic presens et communicato cum primoribus Masoviae consilio ad ordinem equitatemque reducere. Preterea indiget dnus Palatinus Masoviae lris Podwodarum latinis et Ruthenis, ut de negotiis que sepius occurrunt, possit celeriter Mtem vram edocere quare rogo plurimum Mtem vram, mittere illi easdem lras Podwodarum dignetur, quibus ille non nisi summa necessitate utetur. Commendo me iterum servitutemque meam Mti vrae Sermae, quam felicissimam esse et optime cum Serma Coniuge et liberis suis salvam et incolumem vehementer desidero. Datum

Petr. Tomic. Eps Crac. R.P. Vicecancell

Laurentio Praszmowski Palatino Masoviae

Magce domine, amice charme et honorandme. Molestissimo animo accepimus quod Magcia vra nobis scripsit se adipisci non potuisse Praefecturam Sarrozimen., quam illi Mtas Regia benigne et liberaliter senti contulerat, quia hi ita successit inscientibus imprudentibusque nobis. Scripsimus ad Mtem Regiam diligenter, quemadmodum Magca vra postulavit, ut ad sumptus in offitio Palatinatus sustinendos, curamque et onera ferenda Magcie vrae ex munificentia sua Regia aliquid redditus annui imparti[ri] et assignare dignaretur, quod pro liberalitate et clementia sua confidimus Mtem suam Regiam facturam esse, si tamen non fecerit ad presens simulatque redibit procuidubio inducta et precibus Magcie vrae et mea intercessione, facere dignabitur id quod equum et honestum fore debebit. Commendavimus etiam petrum Magcie vrae in negotio, quod cum dna Szieprbka habet in controversia, quod speramus Mtem Regia

clementer et benignitate sua id spectinam quoque esse, ac quod ad nos de ijs rebus que ad Serenissimum dominum nostrum et Illᵐ illius filium pertinent queque sunt in coniectura M Vra scripsit non mediocre nobis dedit testimonium amoris et fidei singularis M Vre erga eius Mtem et commune bonum. nam perspeximus Magᵃᵐ Vram providere prudentia sua que publice rei sint futura utilia. De his nos rebus in Conventu proxime futuro coram conferremus et colloquemur libenter cum Magᶜⁱᵃ Vra Nam ante qui id fieri possit, non intelligimus, cum non speramus ullo in loco nos proxime Magᵃᵐ Vram esse, quo illa commode nobiscum congredi possit. Quare illud tempus expectantes interea his de hoc quod necessarium videbitur colloquemur. Cupimus Magniam Vestram felicissimam esse diuque sanam et incolumem. Datum etc.

Petrus Tomiczki Eps Crac. R. P. Vicecancell.
Georgio Radiuilo Castellᵒ Vilnen Marsalco Curie regie. Grodnensi Capitaneo

Mᶜᶜ domine, amice charᵐᵉ, ac honoranᵐᵉ. Kosczinsko servitor Vre M. reddidit mihi lras illius humanitatis et singularis benevolentie erga me testes idem dixit mihi nomine Vre Magcie plurimam salutem, precatusque est mihi omnia fausta et felicia. Quod Vre M erga me officium non vulgare, ego et plurimi magnas ago et habeo eidem Vre M gratias, referreque illud curabo omni studio et facultate mea.

In hoc Conventu Varsovien hoc in primis cum dei gra effecimus quod dominos Masovien ad equanimitatem ferendorum onerum Regni reduximus, nunc autem hoc agimus et curamus, ut modum aliquem statuamus, per que aliquot millia equitum in terris Russie conducere et tenere possimus. speramus ~~etiam~~ enim q. domini Consiliarii istius Magni Ducatus Lituanie quot millia militum bellatorum ~~nos conduceremus et sustineremus~~ ad presidia ~~Regni tot illi quoque~~ conducent et tenebunt non gravati, in finibus suis

Felicissime valeat vra M. quam dominus deus servet cum suis omnibus sospitem et felicem. Datum Varsoviae V. februarii. Anno domini M.D. XXIX°.

Petr. Tomicius eps Crac. R.P. Vicecancell. Georgio Radiuilo Castell Vilnensi & Curie regie Marsalco Capit° Grodnensi.

M Mag^ce domine amice char^me et honoran^me. Grani quidem dolore et animi molestia acceperam M. vram dissidium quoddam et contentioz non mediocrem cum Mag^co domino Palatino Vilnen suscepisse, Verum cum ea legissem que M. vra de composita rursus ista dissensione ad Mag^cum d. Castellanum Cracovien scripsit, mirifice sum iterum letatus et gaudebam plurimum, etenim quantum ex inimiciciis susceptis accidere mali in repub istius Magni Ducatus Lituaniae metuebam, tantum nunc econtrario boni concordiam afferre posse spero, eamque tanto diuturniorem et magis firmam esse confido, quanto hic reditus in gratiam non a vulgari aliquo homine conciliatus. Sed ab summa authoritate et splendore Regio inductus est et persuasus. Et sane ego pro veteri benevolentia que mihi cum Magcia vra intercedit illam plurimum rogo et obsecro vt et sue dignitatis amplificande et publici commodi augendi causa, hac coniunctionem inter se et d. Palatinum factam benevolentia sua et amicicie officiis tueri et conservare deinceps ita velit. Vt et Mtis Regiae voluntas, et Illmi filii eius. Principis vri gloria et vtilitas exigere videretur.

Quod autem ad me attinet, ita velim sibi de me persuadeat M. vra, me nunquam consilio et opera mea dignitati illius defuturum esse, et quemadmodum in posteriora tempora officiis meis presto esse M. vre cupio, ita certe et in hac causa que bono iam est terminata exitu, ubi fuisset necesse, meam sedulitatem et industriam ad commodandum M. vre libenter accommodassem. Cui omnes faustos successus et vite

incolumitatem ~~meam~~ animo opto et precor, illiusque me amori et ve-
teri pluri[m]um commendo. Dat. Varsoviae

Petrus Tomic. Eps Crac. R. P. Vicecancell. Nicolao Bedlenski Scolastico et Vicario in spiritualibus Cracoviensi generali.

Ven.lis domine fr. in Chro charissime. Commendamus pluri[m]um
processum quem fecistis contra violatores et detentores Cantoris Scho-
le Castri Cracovien. et aliorum Sacerdotum, placet etiam nobis quod
urbem istam Crac. non subiecerit is Ecc.o interdicto, quod iure fieri
iam non potuit, cum Sacerdotes ipsi detenti, sint iam pridem liberi
dimissi. Sustinuimus cum aliis dominis multas dificultates in hoc Co-
ventu, omnes tamen tandem, deo sit gratia, superavimus, eique ipsi
Conventui hodie satis felicem finem imposuimus. Sciatis autem quod dom.
Masovien. reducti sunt ad unionem et onera defensionis Regni, et cu-
m eis concorditer de defensione eiusdem Regni, consultum, Statuteque
sunt contributiones infrascripte videlicet, octo grossi, de singulis laneis agro-
rum possessionatis solvendi ad duas ratas temporum sub gravibus poe-
nis, et item Exactio Civilis que Szoss dr. ac contributio Czopowe co-
sueta. Multe declamationes facte sunt hic contra Clerum univer-su-
m velut ordo secularis facere illiberum et cogere ad ferenda
publica onera defensionis de decimis, et aliis proventibus ad usu-
m ministrorum dei et Ecclarum concessis prout de his et aliis referet
vobis abunde Rmus d. Premislien. felicissime valete et domi-
num deum pro nobis orate. Datum Varsoviae xix februar.

Bone Sphortie Regine Polonie.

Petr. Tomic. Eps Crac. R.P. Vicecancell.

Sacra R^{tis} M^{tas} et domina domina clementissima.

Post humilem servitutis et orationum mearum commendationem. Absoluimus tandem Conuentum hunc meum, quem et mandato Regiae M^{tis} et necessitate reipublicae postulante, hic per multos dies habuimus. Quo tamen ordine et qua ratione, quaeque res hic agebantur longum et supervacaneum mihi videbatur literis explicare, cum ea omnia per Nuntios publice hinc ab omnibus ordinibus Regni ad M^{tem} Regiam missos, M^{ti} V^{rae} quoque sint significata. Ut tamen interea quam ipsi adveniunt, summa rei sit M^{ti} V^{rae} cognita, paucis ita accipere dignetur. Masovienses primum bonis conditionibus iam ad Regnum adductos et adiunctos esse, Deinde contributiones annuas pro tuendo Regno, in conducendis militibus mercenariis constitutas, tanta quantitate ad quatuor fere millia hominum solvenda sufficere possit. Cetera quae et minoris momenti et longiore sint argumento, advenientes Nuntii M^{ti} V^{rae} declarabunt, mihi hec sola attigisse satis in praesentia videbatur, quae potioris momenti ex omnibus fuerant.

Nunc ego tametsi laboribus diurnis ac nocturnis vigiliis, plus iusto iam defatigatus, in reliquis quae restant ad concludenda decreta publica solus elaboro, ut et mature et in bono ordine omnia constituantur. Alii omnes cum primum incitare res ad concordiam inter nos et Nuntios terrestres res incepit, subito hinc avolarunt, deducto in me omni scribendi munere et expediendorum Nuntiorum officio. Quae omnia ego reipublicae causa, et ut charus et commendatus esse cum Regiae, tum etiam V^{rae} M^{ti} Ser^{mae} possim, non invitus suscepi, et cum summa diligentia peragam. Commendo me rursus et servitutem meam M^{ti} V^{rae} Ser^{mae}, quam dominus deus cum suis omnibus sanam et felicem quam diutissime conservet. Datum Varsoviae.

Petrus Tom. Eps Crac. R. P. Vicecancell.

Stanislao de Coscielec Palatino Posnanien. Marienburgensi et Bidgostiensi Capitaneo.

Magce domine, amice charissime ac honorande. Cum descenderat in domum et hospitium meum Vra M. in rxo ex Varschovia discessu, habebam in animo nonnulla cum illa conferre de inconstantia et perversitate hominum istius seculi, que tanta est, ut vel prudentissimus quisque et circumspectissimus, scire non possit, cui fidere debeat, cum plane videamus nusquam tutam esse fidem. Verum non permiserunt me homines qui ad me tum venerant ea conferre et conqueri cum Vra M. que volebam. Quare reservo illa in aliud tempus et mutuum nostrum congressum. Interim vero feram equo animo, quicquid ad necessitate fortune et temporum malitia, mihi evenerit. Mitto lras creditivas et instructiones dominis Oratoribus qui ituri sunt ad Mtem Regiam, quas Vra M. filio suo dno Castellano Lancicien. mittere vellit et valeat felicissime Vra M. meque habeat sibi charum et commendatum. Datum in Ilsa 1. Martii

Bone Regine Polonie
Petrus To. Eps. Vicecancel

SACRA Rlis Mtas et domina domina clementissima.

Post humilem servitutis et orationum mearum commendationem. Magnopere me delectarunt Mtis Vre litere, quibus ad me scribit gratum sibi esse officium et operam meam, quam in constituendis reipub. negotiis nuper in Conventu Varsovien. prestiti. Etenim iocunda tum maxime solent sua cuique esse merita cum ab eo ad quem summa rei pertinet gratitudine debita prosequuntur. quemadmodum autem ego salutaribus qui-

buscumque consiliis nuper in Conventu preteritis studium et diligentiam meam accomodaui; ita in posterum quoque pro bono et utilitate publica curam et studium meum impendere non desinam.

Ceterum quod Mtas vra compatitur ei iniurie quam a domino Hieronymo Laski nuper sum ego questus illatam esse mihi, ingentes ago et habeo Mti vre gras, et hanc clementis et pii sui in me animi gratiam omnibus officiis et seruitute mea diligenti Mti vre promereri semper curabo. quoniam tamen cognitionem de omnibus que contra Mtem Regiam D. Laski commisisse noscitur D. Consiliariis visum est in aduentum huc Mtis sue differre, et ego quoque iniuriam meam ad felicissimum Mtis sue aduentum suspendi Interea tamen in eo seruanda in tuto vita mea diligentiam et curam sedulo impendam. Commendo me seruitutemque meam in gratiam Mtis vre Serenissime. Quam felicissimam semper esse, et cum Serenissima coniuge sua et liberis omnibus diu sanam saluam et incolumem vehementer desidero

Petrus Tomic. Eps Vicecancel
Christofero de Szidlovec Castell Cr
C. Crac. R. P. Cancellario.

Mce domine domine et amice honorandissime. Gratissime mihi fuerunt lre u vre. quibus me cum de aliis rebus nouis ad scriptis, tum et de aduentu domini Sigismundi et de legatione quam ille se ad Mtem Regiam habere dixit, certiorem facit, iste enim amice in rebus significationes, argumentum mihi prebent plurimi erga me amoris et beneuolentie fraterne, ~~Mti~~ Magnificentie vre. que mihi longe ex omnibus erat semper et est charissima et iocunda. In qua re ut par a me gra. Mtie ure referatur. dabo diligentissimam operam, ne illa vicissim ex officiis et beneuolentia mea quicquam desiderare possit. Ceterum ea que ad me manu sua scripsit M. vra de mit,

tendis cum ab illa tum a Mte Regia in Thurciam Nunctiis ma-
gnum mihi in se pondus et difficultatem habere videntur. Verissimi-
le enim non est apud me, ut Thurcus aliquid in contrarium eo-
rum facere debeat, que iam cum Rege Joanne semel transegit,
et artissimis federum lris firmauit. Et enim nulli dubium esse pot-
est sui magni commodi causa, illum potius qm in grãm Regis joannis
Thurcum apparatum bellicum sumptu suo in Hungariam facturum
esse, tametsi ego magnopere optauerim, ut id aliquibus consiliis
pro bono reipub. interrupi, et commutari in meliorem partem possit.
Nam hec ratio confederationis, quam ut coniicio in grandi tributo Rex
Joannes collocauit, magnum mihi detrimentum non solum mee et
Hungarice reipub. sed et toti Christianitati uidetur afferre posse.

Eo die quo Varsovia discedebam misseram unum ex meis ad D. Andream
de Thanczin — Palatinum Cracovien qui illi pro officio dignitatis et muneris Se-
natorii valediceret nomine meo. quod officium meum cum ille gra-
tissimo excepisset animo, retulit mihi illud cumulate. Venit etenim
ipsemet in domum meam salutandi me causa ~~commeatus capiendi a
me causa~~. Ubi cum una essemus per longum tempus soli et in loco
priuato contulimus inuicem de rebus multis, et commemorauimus
nobis que utrimque ad iniuriam ab uno in alterum facta uel dicta
aliquando videbantur. quorum omnium quia longum esset serie
et verba explicare lris, summam tantummodo Mag. Vre totius ser-
monis nostri perscribam. Exordium Orationis sue D. Andreas
Thanczinski Palatinus, instituit ab illa querella quam ego con-
tra dominum Lasski ad Senatum retuli, accusans scilicet et reprobans
consilium istud meum. Namque dicebat hanc rem non fuisse tanti ut
vel ad iniuriam trahi uel ad conquestionem usque adeo extolli debe-
ret, cum presertim suspicari non liceat D. Lasski ea que non dummo-
dum ancxit contra me per insidias aggredi et patrare debere. Cui ego
in hanc sententiam rursus respondi, me id consulto et deliberato aio
fecisse quod feci atque dixi facturum adhuc longe maiore verbo-

apparatu et vehementia sermonis fuisse, si copia mihi Mtis Regiæ fuisset data. Namque ego conscius integritatis, probitatis et officii mei me satis scire et intelligere dixi, quid qua ratione et a quo ad inuriam referrendum, quippe qui expertus fuerim aliorum hanc esse in offensionibus consuetudinem, ut ea quoque que per imprudentiam alicui ore exciderint dicta, vindicari et persequi ad extremum cupiant. Hunc autem sermonem ego sum alia ratione subsequutus, commemorari enim nonnihil eorum que mihi videbantur a se contra officii mei munus per inuidiam et ambitionem in vulgus sparsa vel consulta. Cui ipse respondit multis verbis, eo tamen ad extremum evasit, ut diceret ea que in animos vulgi sunt semel immissa nullo pacto iam evelli et demoveri ab illis posse, ipsique etiam hoc videri merito meo accidere, cum authoritate mea ceterosque omnes ab actionibus et officiis Mtis Regiæ prohibeamus, que res magnam inuidiam conciliare solet apud homines. Ego contra dixi me nulla officia vel munera cuiquam precipere solere, sed id solummodo curare et obire pro fide et industria mea, quod ad officium scribendarum vel signandarum Mtis Regiæ literarum pertinere debere existimem. Ista sic iterum atque iterum per disceptationem repetita, tandem reliquimus. Cepit ille demo rem Joannis Regis vocare in disputationem, inquiens, consultum fore si ad concordiam Reges isti qui de regno dimicant sollicitentur et perducantur conditionibus si fieri possit aliquibus, equis et honestis ad amicitiam et parentitentidem repetens illa que a domino Lasko et sibi et Magnificentiæ vestræ sunt insinuata. Ego contra hec multa etiam verba feci et sum conatus pro iudicio meo et rei equitate cogitationem et consilium illius confutare.

Ex omnibus tamen rationibus hanc sibi difficillimam subieci non esse scilicet verisimile, ut redire possint in gratiam ubi Rex Joannes diademate et cognomento Regis Hungariæ concedere noluerit. Namque me pro persuasum id habere dixi in animo meo, quod Rex Ferdinandus qui tam excelso loco est natus, concedere id adversario suo nequaquam volet.

Ut ~~illius causa~~ se tam clari Regni nomine, Regis Joannis illius cau-
sa abdicare debeat, cuius nomen et natales longissimo intervallo se-
per prese hactenus contempsit. Respondi tamen nihil tam arduum
esse quod ego non putarem adeundum et tentandum si spes aliqua co-
cordie vel pacis sperari possit. Ille contradixit se hec Regiae Mti nu-
ctiasse, et expectare quid super his respondeat, que et ego una expe-
ctare me velle dixi. Credo tamen hunc nuntium quem hodie misi ad
Regiam Mtem cum universalibus lr̄is aliquid illinc his de rebus huc re-
ferre. Quorum omnium uti mihi erunt scripta M. vram participem fa-
ciam. Ceterum mitto Magcie vre lr̄as universales quas optavit simul et
alias lr̄as que ex Gedano sunt allate, meque amori et benevolentie illius
fraterne, plurimum commendo. optoque illam esse felicissimam et diutissi-
me cum omnibus suis liberis et coniuge sospitem et incolumem. Ego Crac.
me conferre decrevi deo bene iuvante ante dominicam palmarum pro-
ximam.

Petrus Tomic. Eps Crac. R. P. Vicecancell.
Petro Kmite de Vissnicze Castellano Voinicen.
Marsalco curie regie: Scepusien. Colensi et
Premisliensis Capitaneo.

M

Magce domine amice et affinis charissime ac honorandissime. Non dubito
vram M. iam plene intellexisse, quibus fluctibus et procellis agita-
tus fuerit Conventus gnalis Varschovien. propter privatas simultates
et odia nonnullorum, qui res et fortunas suas per factionem et tumultu
popularem evehere et augere contendunt. Deo tamen sit gratia, quod
quemadmodum in aliis preteritis Conventibus, ita et in novissimo Var-
sovien. prevalere suis artibus non potuerunt. constituta enim sunt in eode
ipso Varsovien. Conventu ea que omnia erant pro bono statu reipublice
in presens necessaria et que sub presentia Mtis Regiae vix melius con-
stitui potuissent. Ego nudius tercius huc veni, et cum non habeam
qd in presens scribam vre M. viso presentibus valetudinem illius, quam
precor illi esse diuturnam et felicem. Commendoque me ex animo
vre M. et cupio illam cum suis omnibus felicissime valere. Datum Cr

Sigismundo primo regi Polonie

Petr. Tomic. Eps Crac. R. P. Vicecanc

SACRA Regia Mtas et domine clementissime.

Post humilem servitutis et orationum mearum commendationem. Subrepsit nescio quid invidie et odii seculari ordini contra ordinem nostrum Eccum jam quidem hinc multo ante ut est cognitum Mti Vre, sed nunc tamen maxime sub absentia Mtis Vre. Namque Nuncii terres pertinaria et indigna importunitate prosequnti sunt nos in proxime preterito Varsovien Conventu, extorquere volen a nobis contributiones et servitutes de decimis nostris contra omnem rationem et immunitates nobis cum ex professionis nre religione, tum etiam ab antecessoribus Mtis Vre datas. Quare cum essent publice decreti ab Senatu Nuncii ad Mtem vram visum est mihi et dominis Episcopis ut privatus quoque a nobis Nuncius in re Eccleca mitteretur. In qua re tametsi ego pro virtute et clementia Mtis Vre qua ordinem Eccum prosequitur confidebam satisfuisse nobis lras ad Mtem vram dare, quia tamen dudum deliberaveram mittere meum propriu Nuncium ad visendam Mtem vram nonnullaque mea et amicorum meorum negocia illi communicandum convenit mihi cum iisdem dominis, Epis ut dnus Jsdbiensky Ecce mee Canonicus et servitor, ad vram Mtem proficisceretur. Quare supplico humiliter, Mti Vre Serme ut illi in omnibus que meo nomine referet plenam fidem adhibere et cum ad hec tum etiam ad illa que communi nomine ordinis aget, attentionem gratam et clementem pietatem suam accomodare dignetur, quo et observantiam in se omnium et servitutem meam cumulatissimam et ad omnia studia officiaque promptissimam faciet Mtas Vra, sua vero pietatem tam egregiis in rem Eccam beneficiis plurimum in modu illustrabit. Commendo me rursus et servitutem meam Mti Vre Serme quam dominus deus prosperet in omnibus et adaugeat, sanamque ac felicem qndiutissime conservet in sua gratia. Datum in Ilza feria tercia proxima post dominicam Oculi

Bone Sphortie Regine Polonie
P. Tomiczki Eps Crac. R. P. Vicecancell

Sacra Rlis Mtas et domina domina clementiss.a

Post humilem servitutis et orationum mearum commendaconem. Cum dece-
ti essent publice Nuntii ad Regiam Mtem ex proximo acto Conventu
Varsovien, visum est mihi et aliis dominis Epis ut unus quoque ab ordi-
ne Eco istuc mitteretur. Quare communi consensu omnes hunc d. Bene-
dictum Isdbienski Canonicum et servitorem meum designarunt Nunti-
um. Cui quoniam ego preter id quod commune mihi est cum ceteris, nonulla
privatim apud Mtem Regiam agere commisi, dedi illi in mandatis ut
Mtem vram adiret, et nomine meo salutaret inviseretque, tum denique
peteret ab illa ut in his que vel communia omnium Eporum vel meo
etiam solius et amicorum meorum nomine apud Mtem suam curabit fa-
vorem et patrocinium suum illi accommodare dignaretur. pro quo et ego
ipse pcibus Mti vre Sermae supplico et illam simul enixe rogo ut in om-
nibus que nomine meo aget apud Mtem vram plenam fidem illi et de-
mentem attencom prestare dignetur. Nam quicquid ego patrocinio Mtis
vre ex his que peto consecutus fuero. hoc totum servitute mea et ob-
servantie officiis perpetuo illi promereri studebo. Ceterum sublatus
est e villa intra paucos istos dies Nobilis dominus Sbigneus Podlodow-
ski Avunculus Stanislai Marzieiowski Aulici Mtis vrae Sermae, qui Notari-
atus officium in terra Sandomirien obtinuit. ad quod officium quia
elegi solent alique persone a Nobilitate ut ex ipsis unum Mtas Re-
gia eligat qui preficiendus esset. Curat hic dominus Marzieiowski
Judex Sandomirien ut filium suum Stanislaum Mtis vre Aulicum in nu-
mero electorum per Nobilium suffragia ponat. Ego autem Mti vrae sup-
plico ut animum Mtis Regiae interea dum fiet electio preparare digne-
tur ut si electus fuerit inter alios Stanislaus Marzieiowski Mtas sua
illum deligere et preficere officio vacanti dignaretur. Que res erit ex di-
gnitate Mtis vre q boni Servitoris sui racom habere dignabr occasione oblata.
quum parens, patruus, soror, et ceteri cognati illius in Mtis regie vestre

gnitate Mtis vrae Sermae seruiciis non paruam etatem consumpse-
runt. Commendo me rursus et seruitutem meam in gratiam Mtis vestrae
Sermae, quam felicissimam esse in plurimos annos cum Sermo Coniu-
ge et liberis suis charissimis incolumem ex animo desidero. Datum
in Ghsa. ii die Marcii. Anno domini Mo Do xxix.

Petr. Thomizki Eps Crac. Vicecancel.
Ioanni Choienski Archidiac. Crac. Secretario

VEnlis domine frater in Chro charissime. Quamvis multo ante hac
domini Seculares ceperint esse infensi ordini nro Eco. uti experti et vos
estis magna ex parte, tamen sub absentia Mtis Regiae potissimum nos
immunitatesque nras plus solito grauare, et ad noua ac insolita onera indu-
cere contendebant. Namque preter id odium quod aliquando in nos verbis
declarabant, reipsa iam in proximo acto Conuentu nos opprimere
quantum in illis erat conabantur. Ita enim in vnum consenserant Nun-
cii terrarum, presertim vero Crac. et Sandomirien., ne quidpiam de
constituenda defensione Regni prius ab illis tractaretur vel susciperre-
tur, nisi nos primum contributionem de decimis nostris et vniversi cle-
ri nostri soluendam decerneremus. Et hoc non alio vllo consilio, nisi ut
iniuria nos afficerent. et hac rae ab oneribus bellicis atque et Re-
giae Mti et reipub. ipsi tenentur se redimerent, fuit hec in illis pertina-
cia actis et constans et quantum illis erat animus ad extremum usque persequi.
verum domini Consiliarii qui et rationis sunt magis capaces et ad iniuria
non adeo procliues, functi sunt officio optimorum hominum adhortati sunt
illos. Vt in re eiusmodi que potestatis eorum non esset, tam obstinati non
fierent, sed deferrent hoc ad Regiae Mtis arbitrium ad quam et de
his et de ceteris id genus pertinet iudicium statuere. quibus adhorta-
tionibus permoti, conquieuerunt tandem et desierunt nobis esse importu-
nis inclamationibus suis molesti. Dederunt tamen in mandatis istis Nun-
ciis qui sunt ex Conuentu publice ad Regiam Mtem missi Vt peteret

a M.te sua, vt synodum nobis facere et contributionem aliquam in annum presentem decernere iuberet. In quo negotio quia videbantur adversum nos nimium intemperantes, Visum est nobis et omnibus dominis Epis, vnum quoque priuatum aliquem nostrum nunctium ad M.tem suam Regiam mittere, qui rem Ecclesiam contra impugnatores, nomine meo tutaretur. Quare communi consensu omnes mittunt hunc Ven.lem d. Benedictum Isdbienski Canonicum Ecclesie nostrae et seruitorem. Cui quia nos priuata etiam multa nomine meo cum Regia M.te communicare commisimus, Vos plurimum rogamus vt illi in omnibus que vel communi vel meo solius nomine aget, opera et consilio vestro adsitis, patrocinemini que rebus nostris et amicorum meorum pro virili vestra vt eorum omnium que optamus, compotes esse possimus. Quod nos omni beneuolentia et gratificatione mea per omnem occasionem referre vobis cumulate curabimus.

Dedimus autem in mandatis eidem domino Isdbienski vt omnia que agere debet, Vobiscum communicet, et nihil cum M.te Regia tractet vel agat, nisi vbi vos presens adessetis. Quamobrem vos rogamus, vt in omnibus que curare volet nomine meo, plenam illi fidem et fauorem prestetis.

Audiuimus vos ex commendatione mea ac etiam pro virtute vestra et amicicia qua vobis est deuinctus D. Szaborzki, honori eius plurimum fauere et cupiti pro facultate vestra, vt per hanc occasionem officiorum in conatu Masouiae vacancium ratio illius seruitiorum a Regia M.te haberetur. Que res nobis est admodum grata, ob idque vobis magnas agimus et habemus gratias. Nos etiam vt in ipsum beneuolentiam et animi mei propensionem declararemus, quam ab ineunte adhuc etate adversum illum constanter et integerrime semper gessimus, Commisimus D. Isdbienski vt nomine meo supplicaret M.ti Regiae, quo ille hac occasione oportuna data, honori etati et commodo alicui suo iam aliquando beneficentia suae M.tis adiutus prospicere possit. Nam si preteritus erit inter hec

munera et officia Masouien, difficulter posthac sub aliis occasionibus que in regno contingere solent, subvenire illi poterit. Quare vos plurimum rogamus, incumbite vna et agite cum domino Jsdbienski vt ille nunc alicuius honoris in patria compos esse possit, facietis rem virtute vra dignam et nobis plus qm dici possit gratam. bene Valete. Datum in Jlsa etc.

Petrus Tomic. Eps Crac. Vicecancell
Laurentio Medzileski Epo Camenecen

Rme domine, frater, et amice charme ac honorandme. Quamuis certo sciam vram Ptem mihi non parum infensam esse, propterea qd non defui iuri et iusticie D. Epi Ploczen nepotis mei, et Ecce sue, et cum vra Ptte grauius forte qm ipsa cupiebat expostulaui, super iniuria duorum Canonicorum Ecce mee, qua illi se ab ea affectos esse querebantur, post sententiam a se latam pro parte Benigne Ciuis Cracouien. Ego tamen mittens ad Regiam Mtem hunc seruitorem et Canonicum meum do. Benedictum Jsdbienski, volui satis facere officio Pontificis Chriani commisi enim illi vt viseret meo nomine vram Ptem. Cui ego fausta omnia et felicia precor et opto. Nihilqz dubito qd cum vra Ptas expenderit intra se ipsam quod officium quisqz homo Christianus prestare debet in re iusta, et erga suos, nihil mihi imputabit, et suum infensum erga me animum quo mihi rebusqz ac fame mee istic agens, multifariam nocere curauit, facile mutabit. Que acta sunt in Conuentu Varsouien et pro retinenda dignitate Mtis Regie, ac tranquilitate Regni sui constituta ex eodem dno Jsdbienski, ac aliis dominis Oratoribus nomine vniuersorum Prelatorum et Procerum status vtriusqz istuc missis, vra Ptas plene cognoscet. Que valeat et sit felix, meqz habeat sibi charum et commendatum. Datum in Jlza secunda Marcii. Anno domini M°. D°. xxix°.

Petrus Tomiczki Eps Crac R. P. Vicecancel
Joanni Zamboczki aulico regio

Generose domine, amice mi charmme. Tametsi officia et patrocinium meum quod in commendationem amicorum facere solemus apud Mtem Regiam plerumque nobis non satis procedat, sepe vero etiam ita nobis ipsis noceat, ut propterea nonnulli adversarii, hostiles inimicitias nobis denuntiare non dubitent. Data tamen occasione pnti qua tibi honorique et fortunis tuis plurimum commodari possit, si deus et fortuna adesse velint, Nolumus et tibi et nobis deesse, namque pro tua singulari virtute et proveteri illa benevolentia qua te ab adolescentia usque semper sumus amanter prosecuti, satis scimus quantum tibi operę et favoris debeamus. Quare dedimus in mandatis domino Jsdbienski Canonico Ecce nrę ut inter cetera que apud Mtem Regiam curare debet, petitionem tuam maiore qua possit diligentia nro nomine adiuvet et promoveat supplicetque Mti sue ut veteris servitutis et observantię ac fidei tuę sub hac occasione rationem habere aliquam dignetur. Arbitramur enim fore posthac difficilem tibi ad petendos honores aditum ubi nunc inter honores in patria vacantes unum aliquem non fueris assequutus. Nam potentium hinc deinde intervenient ambitiones, que te ab omni istiusmodi occasione adipiscendi officii facile reicient. Commendavimus etiam d. Choienski et prius et nunc quoque per lras meas tuam istam causam, et bene equidem speramus, tu vide modo ne tibi cura et diligentia ipse desis.

Que hic sunt acta in Conventu Varsovien. D. Jsdbienski tibi omnia exponet, interfuit enim omnibus et non solet oblivisci que se pnte aguntur. Bene vale et amorem benevolentiamque in te meam mutuo amore prosequaris uti hactenus fecisti. Datum in Glsa, ii Marcii

Petrus To. Eps Crac. R. P. Vicecancell
Andreae Episcopo Plocensi.

Rme in Chro pater et domine, nepos charissime. Mitto ecce dominum Benedictum Isdbienski servitorem meum ad Regiam Mtem Ut nomine dominorum Eporum Regni causam ordinis Ecclesiastici tueatur et defendat. Cui inter multa quae nomine meo apud Mtem suam curare debet commisi etiam curandum negotium communis amici mei, Vra D. Rma quoque quicquid adhuc amplius ad rem pertinere ei videbitur illi mandabit et instructionem scriptam dabit.

Ceterum remitto ad d. vram Rmam membranas obsignatas vacuas tamen adhuc, in quibus e Regiae et Reginali Mti in testimonium fidei et mandatorum a nobis datorum Domino Isdbienski d. Vra Rma scribi faciet eo modo quo illi videbitur magis accomodatum, quam plurimum rogo, Ut illum cito ab se absoluat, namque optarem ut praecedat Nuntios ab Conventu publice ad Regiam Mtem missos, et id quod habet in mandatis antequam illi veniant, referrat et absoluat

Cum huc veni fratrem meum dnum Castellanum Gnesnen male valentem et egrum reperi, quae res me magno dolore et animi molestia affecit. Cum quo quia hic ex certo consilio diu esse non potui. Medicum meum illi reliqui, et ipse sum Bodzecziniu profectus Ubi immorabor aliquantum, et inde post modum ad festa Paschae recta Crac proficiscar Valeat optime vra Rma D. et sit diu incolumis ac felix, ac me in amore et benevolentia veteris coniunctionis meae foveat et conservet Datum in Ilsa etc.

Janussio Duci Opoliensi et Ratiborien

Proceres et Consiliarii regni Poloniae, Status vtriusque in conuentu Varsseuien congregati

Illustrissime Princeps et dne, domine honorandissime. In Conuentu varsouien preterito retulit nobis d. Joannes Oporowski Succamerarius vielunen, habuisse se in mandatis a vra Illte, vt aliqua Mti Regiae domini nri referret spectantia ad conseruandam pacem et tranquillitatem Regni et dominiorum suorum, et cum non posset fungi debite offitio suo propter absentiam Mtis sue a prenominato varsouien Conuentu nobis illa secretius communicauit, postulans vt nos illa Mti sue per lras aut Nuntium meum significaremus id quod nos prompto animo fecimus. Declarauimus enim omnia Mti sue per Nuntium meum proprium que ab ipso domino Oporowski acceperamus, Mtasque sua gratissimo animo illa audiuit et suscepit, agitque et habet magnas gras vre Illti, pro tanta animi illius erga se propensione et rogat plurimum vram Illtem vt si quid tale posthac compertum habuerit, quod tenderet in detrimentum Mtis sue et dominiorum suorum id tempori Mti nunctiare velit. Quod Mtas sua vre Illti omni studio et beneuolentia sua Regia per omnem occasionem referre curabit. Ceterum mittimus lras Mtis sue quas habere vra Illtas optauit, et optamus illam bene ac feliciter valere, eidemque nos ex animo commendamus.

Datum etc.

Sigismundus primus Regi Polonie

Petrus Tomiczki Eps Cracouiensis & R. P. Vicecancell.

Sacra Regia M^tas et domine, domine clementiss.

Post humilem seruitutis et oronum mearum commendacoem. Cum Varsonia nuper discedens dominum Castellanum Lublinen obuiam in Grisko haberem, et de his que apud Imperatorem Turcarum egit et curauit, ab illo sciscitarer inter cetera, que sibi prospere seu aduersa accidisse commemorauit, Iwaskonem Armenum interpretem suum mihi magnopere laudauit, fidem, diligenciam, et studium singulare illius erga Mtem vram plurimum commendans. Quare isto non vulgari testimonio de eius virtute ego permotus et quod etiam ipsemet Iwasko me rogauit, Mti vre illum commendandu duxi. quam enixe rogo, Vt eius seruitutem, et opere diligentis officia, industrie et cu summa fide prestita. gra et munificencia sua Regia subleuare dignetur, quare et illius seruitutem sibi perpetuo deuinciet M^tas vra et domino Castellano Lublinen magnam consolacoem afferet. qui iā constituit in animo breui istuc ad Mtem vram cum foederum literis proficisci, et excusare id quod pro mandato illius ad Conuentum Varsonien non venerit, egritudine grani impeditus, in quam sub ipsum fere tempus Conuentus inciderat, literas foederum ego non legi, obsignate enim erant, et ego iniussus illas resignare non audebam. Quare cum erunt ad Mtem vram allate. si dignum id existimauerit Vt mihi communicet, hec que illic sunt scripta, mihi illorum exemplum scribi et mitti mandare dignetur. Commendo me rursus et humilem seruitutem mea in gram Mtis vre Serenissime. quam felicissimam esse, et in multos annos cum Ser^ma Coniuge sua et liberis incolumem vehementer desidero

Petrus Tomiczki Eps Crac. R. P. Vicecancell.
Chrofero de Ssidlowec Castell° et Capitaneo
Cracovien. Regni Polonie Cancellario: Et
Corzinen. Costinen. Sochaczewien. Capitaneo

Magce domine domine et amice honorandi. Heri cum essem congressus in Czirsko cum domino Castellano Lublinen., multa cum eo de itinere et legatione facta sui loquutus, que eadem scio illum cum Ma vestra communicasse et contulisse. Ubi vero ventum erat ad literas federum quas mihi tradere volebat, non visum est mihi consultum ut illas reciperem, quoniam et mihi non satis liceret minusque Mte Regia absente, literas tanti momenti resignare, et illi non conveniret sine his ad Mtem suam proficisci, cum iam omnino id apud se constituit ut ad suam Mtem iter brevi faciat et excuset hoc quod per egritudinem ad Conventum Varsovien., prout a Mte sua in mandato habebat non venerit. Quare cum ita evenit et visum est consultum, exemplum eorum que in eisdem literis federum erant scripta mittere in presens Vrae M. nequibam. Puto tamen d. Choienski cum erunt illuc ad Regiam Mtem ista allata M. Vre et mihi missurum esse illorum exemplum, quod facile et sine molestia a nobis expectari potest, nam in mora periculum est nullum. Commendo me amori et benevolentie fraterne Magcie vestre, quam sanam felicem et incolumem cum suis omnibus diu esse ex animo cupio et opto. Datum in Czirszko xxiii Februarii. 1529

Petrus To. Epus Crac. R. P. Vicecancel.
Laurentio Prazmowski Castell. Czernensi

Magce domine, amice charissime. Cum iremus hesterno die huc ex Varsonia, obviam habuimus in itinere dominum Oborski ex Lituania redeuntem, qui, cum habuisset ad nos literas Dni Choienski, et Regias ad omnes ordines in Conventu Varsonien congregatos scriptas, eas nobis ibidem reddidit, ex quibus cum intellexissemus Mtem Regiam constituisse in animo suo ornare Vram M. Palatinatu Masoviae, singularem ex hoc consolationem cepimus, optamusque et precamur, ut haec nova dignitas cedat Vrae M. et eius domui ad decus, gloriam et perpetuam felicitatem atque ornamentum.

Mittimus Vrae M. exemplum literarum universalium et constitutionum quae factae sunt pro communi Regni defensione. Optamusque illam bene ac feliciter valere. Datum.

Petrus To. Eps Crac. R. P. Vicecancel.
Benedicto Isdbenski Canonico Cracovien
Servitori suo Vilnam ad regem misso.

Venlis domine frater in Christo charissime. Cum adhuc Varsoviae essemus scripserat tamen nobis dominus Choienski Archidiaconus Ecclesiae meae Crac. suis quidem literis, sed tamen ex voluntate et iussu Mtis Regiae, ut exploraremus, an verum esset quod de misso Nuntio ab Illma domina Anna Duce Masoviae ad Regem Ferdinandum Mti Regiae erat ex Vienna significatum. Nos autem ut satis faceremus animo et voluntati Mtis suae, Sciscitati fuimus et diligenter percunctati a multis, quomodo se res ista haberet, et cognovimus ex multis primariis viris, et qui potissimam curam negotiorum omnium Ducis praenominatae habent, rem hanc ficta

prorsus et inanem esse, quibus hoc ipsum Conventum erat admodum molestum. Dicebant etenim non posse carere hanc rem molestia gravi, quod scilicet ipsi in istiusmodi suspiciones adducantur, qui tamen omni fide et integritate et studia et officia sua curant Mti suae prestare integra et non ullo dolo contaminata. Nam si quidpiam eiusmodi ipsis scientibus contingeret se non passuros dicebant ut hoc celatum esse Mti suae deberet pro officio et iureiurando Mti suae iam semel facto et prestito. Dicebant autem se suspicari hunc rumorem inde emanasse quod Civis quidam Varsovien, filius Burbachii hospitis nri. Adolescens honestus profectus erat Viennam non causa negociandi vel alicuius alterius rei expediende, sed ut solummodo externas Provincias adiret et lustraret animi recreandi gratia. Qui quia iam rursus rediit, indicabant nobis illum, monebant ut rogaretur presens hac de causa, et si ultra hec etiam propter dubitationem aliquam videretur ut questionibus publicis subiceretur, et res uti se in veritate habeat cognosceretur. Quam rem quoniam nos obliti eramus vobis presenti declarare, nunc illam vobis his perscribere voluimus Volumusque ut inter cetera que nomine nro exponetis Mti suae hoc etiam ita prout scribimus deferatis.

Hodie accepimus lras ex Urbe Roma, quibus inter alia significatur nobis Michaëlem Parzanow ante Natalem domini illuc salvum pervenisse, et graviter queri de Mte Regia et nobis, quod sit de Regno proscriptus. Sacerdotiaque sua intercepta, de qua rescribit etiam nobis aliquid Rmus dnus Cardinalis Sanctorum quatuor, improbans hoc factum. Prout ex scheda presentibus inclusa, ex lris illius exscripta, plenius cognoscetis, is Nunctius qui attulit nobis lras, refert, priusquam Venetias ipse advenisset Dominum Doctorem Zrzezicza iam inde Romam versus profectum fuisse. bene valete. Datum etc.

Sigismundo primo Regi Poloniæ.

Petr. Tomic. Eps Crac. R. P. Vicecancellar

Sacra Regia M^tas et domine domine clementissime.

Quod in proxime datis ad Mtem vram literis me factorum exam pollicitus id iam nunc hoc nuntio presto, et mitto ad Mtem vram Sexomiam lras con; tributionum in proxime preterito Varsovien Conventu decretarum impres; sas et in fasces suos complicatas et digestas, prout singuli Palatinatus postulare videbantur, quasquidem lras quia operepretium est cito publicare propter solutionem cui breve admodum tempus est præfinitum, rogo plurimum Mtem vram Ut sine omni mora illas obsignari, et ad Capitaneos et exactores terrarum Regni sui deferri facere dignetur Nam ista rone, et reipub. utilitati o priuate cuiusq rei ac prestatione plurimu commendatis, et co; pendii allatum esse videbitur.

Ceterum D. Sigismundus de Herbesten Ser^mi Regis Ferdinandi Orator profiscitur istuc ad Mtem vram petendi ut audio auxilii causa contra Thurcos communes Christianorum hostes Namq futura estate in Hungariam esse venturos suspiratur Audio etiam habere illum secreta quedam, quæ nomine Regis sui cum Mte vra communicari debet, de quibus omnibus ipsemet adveniens breui Mtem vram edocebit. Ego officii mei caussa hec interim Mti vra significare volui. Cui me meamq seruitutem tota mente et animo sincero iterum suppliciter commendo, illamq felicissima esse et optime incolumem cum liberis omnibus et coniuge sua Sexoma vehementer desidero Datum in Bodzecin

Andreas Cricius Eps Plocen
Petro Tom. Epo Crac. Vicecancell^o

R^me in Chro pater et domine, domine colendissime. Accepi lras vrae R^me D. unarum exemplo lrarum R^mi d. Cardinalis S. quor, ex quibus praesagium Ex^mi de sarcienda per nos Epos Romana calamitate verum esse cognovi, tamen mi R^me domine ego nihil metuo iacturam aliquam in ea re, cum habeam Syngrapham a Foccaris, illos, ipsi R^mo domino Cardinali meam integram pecuniam dedisse, duo vzt millia aureorum, que ad totalem meam expeditiom satis erant superq, cuius mitto exemplum vrae R^me D. neq ego tenebar ad expeditiom Epatus Premislien, neq hoc dominis Foccaris commiseram vt uel ad alterius Epatus expeditiom vel alicui alteri pecunias ad manus darent, quam Procuratoribus nris. Vtcunq tamen factum sit, certum est R^mum D. Cardinalem meam pecuniam recepisse. Et proinde hec perire mihi nequaqm potest. Pecuniam vero R^mi mei domini Praemislien constat Szucz recepisse, sed ad quem vsum illam converterit nullis indiciis constat, quandoquidem R^mus d. Cardinalis mea duntaxat duo millia recepit. Egoq cedulam meam non miseram in manus Szucz, sed in manus d. olim Gamrath, nam sciens quo pacto ille commodaverat vrae R^me D. in expeditione Epatus Praemislien, nolui vt pecuniam meam tractaret, nisi simul cum domino Gamrath. R^mus vero D. Praemislien miserat cedulam suam in manus ipsius Szucz et ipse melius scit, quid illi commiserit faciendum. Oro itaq vram R^mam D. vt si olim dnum Raphaelem Epum fortiter tutata sit, ne quid plus equo emungeretur Romae, tam pensionis nomine quam etiam expeditionis sue, me itidem, qui et propinquior illi sum et addictior, non destituat patrocinio suo in re presertim tam clara et iusta vt uel ipsius Pontificis vel totius rote iudicium aliud decernere non posset. Quod ad R^mum D. Cardinalem attinet, quia scribit se nihil pro munere suo recepisse, et non ignoro illum esse observan-um

vr̃æ Rm̃e D. in hiisq; libenter etiam gratificari, nihil grauabor illi muneris loco mittere id quicquid vr̃æ Rm̃ę D. visum fuerit. Verum loco debiti alicuius ne assem quidem sum numeraturus illuc in vrbem, cum tantam summam ad expeditionẽ meam miserim, quantam fortasse ante me nullus, et eam totam ipse Rmus D. Cardinalis accepit, qui etiam cum addat hoc in l[itte]ris suis, quod expeditio totalis cum retentione beneficiorum fieri non potuit, hac sola pecunia quam recepit, innuere videtur retentionẽ beneficiorum magni constare, quod ad me nihil attinet. Nam ego Præposituram S. Floriani ante reseruatam habui, cum omni alio Ep̃atu, et in summa quicquid expeditum est nobis, hactenus non expeditum est nisi mea pecunia, que per me missa est ad vnius tantum Ep̃atus expeditionẽ, neque domini Foccari id aliter dicere poterunt, quia se meam pecuniam domino Cardinali dedisse, preter quidem cõmissionem meam idque post mortem domini Gamrath qui cedulam meam habuit, et ipso etiam Szucz insc[i]o, et postea contradicente, Vt ex his eius quas multiplices habeo, clare constat. Supplico itaque vestræ Rm̃e D. rescribere dignetur ipsi Rm̃o Domino Protectori, nam ille ad me de hac re nihil scripsit, quod ea pecunia, quam sua D. Rma à Foccaris accepit v[idelice]t duo milia aureorum fuit pecunia mea missa pro expeditione Ep̃atus Plocen̄, que ad eam expeditionẽ potius superesse, quam deficere videbatur, et quamuis commissum fuerat Focaris, Vt illam nemini darent, nisi domino Gamrath Procuratori meo, tamen me id ratum et gratum habere quod factum esset in illa tanta necessitate [obsidione] Sexomi [Sanctissimi] domini nostri. Et proinde vt sua Rm̃a D. mittere nobis dignaretur notam aliquam, quantum insumserit ex predicta pecunia mea ad expeditionẽ Ep̃atus mei Plocen̄, et si quid defuerit vltra duo millia, me libenter suppleturum esse. Quamuis nunquam alias plus expeditio Ep̃atus Plocen̄ constabat, quam circiter mille et sexingentos aureos. Mi Rm̃e domine commendo gratię et patrocinio vr̃æ Rm̃e D. seruitores meos, Dominum Kilowski et filium domini Palatini Brzesten̄, qui istuc Crac[ovia] studii gratia proficiscuntur. Nam ipse filius d. Palatini est mihi propinquus ex matre sua sorore dominorum Gorski, et gentilis est vr̃æ Rm̃ę D. Habetque ingenii et

acuminis tam paterni quam etiam auunculorum, plus in recessu quam in fronte demonstrat. Demum me ipsum vrae Rmae D. vti dno et benefactori meo perpetuo, etiam atque etiam ex corde commendo, et illam felicissime valere desidero, ac Deum precor. Ex arce mea Poltowien. feria 2. post dominicam Conductus Paschae.

Andreas Cricius Eps Plocen. Petro To. Epo Crac. R. P. Vicecanc.

Rme mi domine, de debito quod dominus Gamrath tenetur Forzaris, ago quidem vt exoluatur. Verum ille instar domini Kambieski plenus debitorum est, et mihi pecuniae circiter mille flor. debet ex rationibus Jconomatus sui quas fortasse numquam recuperare potero, anni preteriti non nisi vnam clauem conductam habuit, et hanc, timens ne quid magis delinquat, euolui, habet mille et quadringentos flor. annui prouentus, et nihil tamen habet, non incuria vel negligentia sua sed infelicitate quadam. Vt nescio quo pacto euanescat subito quicquid ad manus venit. Mi Rme domine quando mihi nunciatum fuit Szurz obiisse, et habebam tunc Nunctium Romam, suggessit mihi Carolus, Vt in omnem euentum scriberem pro Canonicatu Gnesnen. meo Cordibek, nunc rescripsit mihi d. Cardinalis se ea sacerdotia vrae Rmae d. contulisse quod mihi eque est gratum ac si mihi ipsi essent collata, et quamuis optassem nepotem illum in vicinia illa Ecclesiae, ad quam semper suspirat collocare. sciens tamen vram Rmam D. habere innumeros tales seruitores qui eas offas inhiant assidue, nolo de hac re vel hiscere. Commendo me humilem vrae Rme D. Ex arce mea Poltowien. 6 Aprilis

Sigismund. Primo Regi Polonie
Petr. Tomicski Eps Crac. Regni Pol.
Vicecancellarius

Sacra Regia Mtas et domine domine clementme.

Post humilem servitutis et orationum mearum commendationem. Oportune satis et ad tempus venit Cubicularius Mtis Vestrae Serme cum his universalibus contributionum, que decrete et constitute sunt in proxime preterito Conventu Varsovien. nanque per id tempus quod adhuc super est commode satis contribui et exigi omnis pecunia potest. Si ab exactoribus debita et diligens cura adhibebitur. magno desiderio reditum huc ad nos Mtis Vestrae expectamus. Nam sub absencia Mtis Vestrae miserita hic in multis crevit audacia, et passim in Regno Mtis vrae crebra fiunt incendia, patrantur nefarie cedes et abhominande, et rapine graves atque violentie committuntur. In quibus omnibus licencia hominum facile cessaret, si hic presens esset Mtas Vestra.

Ceterum venit huc nuper D. Broderius Sirmien. Eps Hungarorum bellorum controversias fugiens, et ut hic manens tuto et honeste ab omni contencione abesset, nanque bono et quieto viro, et qui dignitate Epali sit preditus convenire non putat ut inter Civilia bella et sediciones versetur. hunc quia ego et virum bonum et egentem novi, sustento hic illum cum familia et equis ipsius pro facultate mea, pietatis et hospitalitatis humane gratia, ac et de Mtis vrae munificencia et pietate, multum ille quoque sibi pollicetur et confidit quod in hac calamitate et miserabili sua fortuna deserere illum non dignabitur Mtas Vestra. In quo ne fallatur opinio illius pro virtute et erudicione illius singulari id illi plurimum ego faverem.

Alia nunc non habeo que scriberem Mti Vestre Serme solum me et servitutem meam illius suppliciter gratiam iterum atque iterum commendo

felicissimamque esse Mtem vestram et plurimos in annos cum Serma Coniuge sua et liberis sospitem ac incolumem vehementer desidero. Datum.

Petrus Tomiczki Eps Crac. R. P. Vicecancell Chrferus de Ssidlovec Castell° et Capit. Crac. Regni Pol. Cancel° Corczinen. Gostinen. et Sochaczeuien. Capitaneo.

Mace domine, amice charissime ac honoran^me. Cum non habeam quod in presens vrae M. scribam, comuni ac domestico mo more et argumento viso praesentibus lris vram M. faustaque illi omnia et felicia nuncio et precor. Scire autem velit vra Magnia, quod venit huc ex Hungaria D. Broderitus Epus Sirmien. fugiens dissidia plurima, que sunt his temporibus in Regno Hungarie, et vitans interesse illi tragedie quam Thurci agere se minantur in Regno illo estate futura. Venitque recta ad me postulans vt eum in curam et provisionem meam susciperem, vt exulem et pauperem, id quod ego miseratus sortem illius, et casum humanorum, factum me suscepi. Dominus deus servet quamdiutissime vram M. cum suis omnibus sospitem et felicem. Cui me ex animo commendo. Datum.

Andreas Crzic̨zki Eps Plocen. Petro Tom. Epo Crac. R. P. Vicecancell

Rme in Chro pater, et domine, domine mi colendissime. Fuit hic apud me Lubowiczki, servitor vrae Rmae D. hoc nomine gratissimus, per quem mitto illa, que scribi a me voluit. Que tametsi longe melius ipsa scribere potuisset, nolui tamen vel in his minutis offitiis mandatum eius negligere qui maxima queque illi debeam. Narravit mihi idem Lubowiczki, appulisse istuc Cracoviam Rmum meum d. Sirmiensem. Sed narrare nesciuit, quo ventorum flatu appullit, favonij ne, an immitis Boree,

legatus ne an priuatus, Supplico itaque v[est]ra R[everendissi]me D. vt si ita est,
nam adduci adhuc non possum vt credam, cum neque ipsa R[everendissi]ma
D. v[est]ra, neque ille quicquam de hoc ad me scripsit, me per occasionem cer-
tiorem reddere dignetur. Vtrum venerit, nec ne, et quid rerum attu-
lerit. Scripsit enim mihi dominus Choienski Oratorem Ser[enissi]mi Regis fer-
dinandi terribilia quedam priuatim egisse, et minitatum esse, vt pla-
ne videantur in portu nauigare. Dominum Gamrath adegi vt pol-
licitus mihi sit quamprimum Syngrapham mittere Cracouiam, qua se ob-
stringat Foraxis de exoluenda illis pecunia ad festum Sancti Michaë-
lis, neque dubito quin ita sit facturus. Jam credo intellexit v[est]ra R[everendissi]ma
D. mortem nostri Zemborii, quem profecto nobis sublatum ex animo
doleo, nam mirifice me nunc obseruare, et suas illas dissonas opinio-
nes destituere ceperat. Commendo me gratiae v[est]rae R[everendissi]me D. quam do-
minus Deus seruet sospitem semper et felicem. Ex Arce mea Poltouien[si]
X. Aprilis. Anno domini M°. D°. XXIX°.

Petrus Tomiczki Ep[iscopu]s Crac. R. P. Vicecancell
Lucae de Gorca Castell[an]o Posnaniensi: Capit[ane]o
Maioris Poloniae generali.

Mag[nifi]ce domine, domine et frater Honoran[dissi]me. Ad multas aduersitates
et casus acerbos quibus non mediocribus anno superiore sum afflictus, ac-
cessit nunc insuper mihi dolor omnium maximus, et supramodum grauis,
frater namque meus, d. Nicolaus Castellanus Gnesnen[sis], preter expectation[em]
meam preterque opinionem medici quem ei adhibueram, de vita est subla-
tus, quem ego propter eius modestiam et humanitatem singularem viua-
ex omnibus diligebam, in cuiusque prudentia et virtute reliquum omne
spei mei collocaram. At ego hanc ipsius mortem quod nemini sit euitabi-
lis, quodque dei iudicio tribuatur, modestiore quo possum fero animo, desi-
derium tamen fratris amantissimi, rationem hanc vincit, et merorem freque[n]-
ter mihi suscitat, lachrimasque mouet. Cadauer autem ipsius pro offitio
fraterno et debito charitatis, ad maiorum nostrorum penates bustaque

parentum vehi deportariq iussi, ut illic tanto commodius funeri et exequiis celebrandis necessarii omnium nostrum interesse possint. Et quoniam illum cum viveret dilectum et charum fuisse M^tᵉ vestrae scio, plurimum illam rogo ut in extremo hoc funeris officio suam in illum benevolentiam et amorem Christiani hominis facto declarare, suoque splendore memoriam ipsius illustrare velit. quod ego vicissim omnibus officiis amicis, et benevolentia fraterna M. vestrae cumulate referre curabo, quam et felicissimam esse et optime cum suis omnibus sospitem et incolumem vehementer desidero. Datum Cracoviae ii Aprilis

Petrus Tomiczki Eps Crac. R. P. Vicecancel. Lucae de Gorca Castell^o Posnamien. & Capitaneo Maioris Poloniae generali.

MAG^cce domine, domine et frater honoran^me. Et si iam aliis literis meis Mag^ciae vrae de morte fris mei domini Nicolai Castellani Gnesnen scripserim, quia tamen dominum custodem Opalieniczki cui ferendas tradidi, serius peruenturum esse ad Mag^cam vram scribam quam putem nunctium, repeto illi hunc acerbum casum meum, et dilectissimum fratrem, praeter tempus et expectatiom omnium mihi mortuum significo. Cuius quidem mors, tanto gravior acerbiorque mihi videtur ad ferendum, quanto ille mihi ex omnibus, cum propter suam virtutem, tum propter singularem modestiam fuerit charissimus. Et tametsi sane ratio mihi indicet inanem esse, et inutilem luctum eorum, que non ullius aliqua culpa, sed solius dei providentia et iudicio mortalibus contingant, hec ferre nequit humanitas mea, quin interdum ex desiderio tam egre, quam tamque dilecti fris dolori me succumbere oporteat. initium, tempore tamen quantum maxime possum a lachrimis et consolationibus amicorum dolorem mihi levio, verum ne officium meum in fratrem extinctum simul cum illo esse videatur, neue amici et cognati mei fraterno funere fraudentur, iussi corpus eius istuc ad paternos penates devehi, ipseque hic interea cum meorum sacerdotum grege piam parentalium supplicatio

illi peragam, et iusta persolvam. Commendo me amori et benevolentiae fraternae Mag^tae vrae. quam felicissimam esse et optime cum suis omnibus incolumem vehementer desidero. Datum.

Petrus Tomic. Eps Crac. R. P. Vicecancell.

Petro Kmite de Visnicze Castel^o Voinicensi Marsalco Curie regie. Scepusien. Premislien. Colensi Capitaneo

Mag^ce domine amice et affinis charissime ac honoran. Accepi lras vrae M. quibus commemorat ea que prioribus his meis illi significavi, et que etiam ipsa ab aliis cognoverit, de variis scilicet et multis difficultatibus, que in iecte erant ad perturbandum et dissuendum Conventum Varsovien, de quibus plura scribere nunc non sinit me novus meror et luctus qui me afficit ex morte dilectissimi fratris mei d. Nicolai Castellani Gnesnen. qui feria secunda preterita post multos cruciatus et dolores quos sustinuit in sua egritudine, excessit e vita. Quod autem attinet ad eas minas quibus terrent Cives Leuczovien. et Nobiles terre Sczepusien. Subditos tredecim Civitatum de Sczepush. curare velit vra Mag^tia, Vt officiales sui contineant se in pace, et nihil adversus vicinos suos vtcunque sibi male affectos, incipiant, conserventque se in omnibus iuxta preceptum Regiae Mtis. Hic nihil rerum novarum est in presens. Valeat et sit foelix vra M. et me diligat. Datum etc.

Sigismundo primo Regi Poloniæ

Petr. Tomicius eps Crac Vicecancell

Sacra Regia M^tas et d^ne domine clementiss^me.

Post humilem servitutis et orationum mearum commendationem. Nescio quo infortunio, quave inclementia temporum fiat, Ut hic annus totus quo M^tas vra abest, mihi dolores, molestias, turbationes, afflictiones, luctusque varios pariat, neque sinat me intervallis saltem aliquibus a tristitia et merore respirare. Nam equidem nondum egritudo mea que me anno superiori satis longo tempore afflixit, e memoria mihi exciderat, neque penitudo mortis domini Szwidwa consanguinei mei, satis luctum remiserat. Cum ecce novus dolor, ex omnibus maximus et gravissimus, nuper mihi obtigit, D^no Castellano Gnesnen fratre germano meo et servitore M^tis vre, tam intempestive et in ipso fere etatis sue robore, ex humanis sublato. Cuius ego mortem, plusquam dici potest, miserabili et mesto animo perfero, desideriumque ipsius solis lachrimis et languore mentis acerbissimo, prosequor, et quantum homini licet, fero patienter. Scio enim mortalium omnium ea esse conditionem Ut quemadmodum beneficio dei et nature, omnibus hic bonis et commodis fruantur, ita ad illorum quoque "voluntati vite omni tempore" subiecta et accommodata esse oporteat. Quare et hanc fratris mei mortem tanto equiore ego animo fero, quanto hanc magis ex iudicio dei omnipotentis, non ex ulla culpa vel temeritate illius, accidisse ei, certo scio. Verum hoc est, quod me plurimum angit et cruciat, quod ego in vita manens, suavissimi fratris societate et consuetudine sim privatus, Unusque ipse, cum solo tantummodo altero fratre veluti orbus et omnibus solatiis exutus, maneam. Et sane omne reliquum spei mee quod superest, iam nisi solius M^tis vre gra, et hoc unico fratre meo Stanislao Castellano Calissien, est mihi positum. Quem ut mihi ad consolationem reliquae vite mee, socium adiungere dignetur M^tas vra, obnixe illam rogo et obsecro. Suppliciterque illi, Ut in iis Capitaneatuum Prefecturis, quas, premortuus frater meus

obtinuit, illum collocare administrationiq eandem, illi in eis dare et committere, et hac ratione, fratri meo defuncto et mihi lugenti ac mesto pro Regia sua pietate, proq mea omnium in se fide, integritate, et observantia singulari, aliquantulum doloris sublevare et adimere dignetur. Ego vero eas Præfecturas, ne quidpiam illis abstrahatur, interim, provideri et custodiri curabo, misso illuc Gentili meo domino Sebastiano Opalieniczki Custode Posnanien et Canonico Ecc^e meæ Cracovien. Ceterum Castellanatum Gnesnen, quem ego fratri meo non multo ante impetraveram apud Mtem vram, rogo. Ut Mtas vra domino Andreæ de Gorca Domini Castellani Posnanien filio, conferre dignetur. Nam is quia et agnatus meus est, et servitor Mtis vræ, poterit mihi vitæ extincti fratris iucundiorem reddere vitam, et Mti vræ officium suum virtute clarum et illustre facere.

Mitto Mti vræ duo brevia Aplica et lrãs Rmi D. Cardinalis Sanctorum quor Coronatorum. quæ nuper allatæ sunt ex Urbe Roma.

Scribere nunc plura Mti vræ meror non sinit. Sed ne ab officio tn discedam, me servitutemq meam perpetuam in gratiam Mtis vræ Sermæ commendo. Quam felicissimam semper esse, et in plurimos annos cum Serma Coniuge sua et liberis sospitem ac incolumem vehementer desidero.

Petrus Thomic. Eps Crac. R.P. Vicecancell.
Ioanni Choienski Archidiac. Crac. Secretario Regio

Venlis domine, frater in Chro charme. multe quidem et varie adversitates post discessum vrum nobis obtigerunt, que urebant et supramodum diram et anxiam faciebant nobis vitam. Sed hec que supervenit nunc in nos calamitas, longe omnium tristior et magis lugubris nobis videtur, quod frater mr dnus Castellanus Gnesnen. preter tempus et in optimo fere firmissimoque etatis humane statu sit ita morte sublatus, cuius nos vitam optimo suo merito ex omnibus charissimam, iucundissimamque semper habebamus. Namque satis eramus experti qua honestate, qua fide, qua denique ingenii moderatione, non modo Principis et domini sui officia sustinebat, sed omnium quoque amicorum studia complectebatur, et observabat, tamen quia haec solius omnipotentis dei permissu, non cuiuspiam alterius arbitratu hominibus contingere solere intelligimus, et nos quoque fratris mei hunc casum, mitiore et equiore quam possimus animo, ferimus. Quia tamen extincto illo, potissima spei et expectationis mee pars, nobis concidit, fratrem meum qui unicus nobis adhuc superest, ab otio ad actiones excitare revocareque cupimus, ne id quoque quod in illo mee restat oblectationis, cum silentio et negligentia sua, nobis evanescat. Quare mittimus huc Nuncium et servitorem meum Morawiecz ad Regiam Mtem cum literis, quibus supplicamus Mti sue, ut Praefecturas, quas defunctus frater obtinuit, hoc est, Costen, Pisdren et Coninensem, fratri alteri meo D. Stanislao Castellano Calissien. in administrationem dare dignetur, qui et curam illarum eque ut primus me custodiente, habebit, et annuas pensionum praestationes tantas dabit, quante dari a dno Gnesnen consueverant. Vos etiam plurimum rogamus Ut opera vra, desiderium petitionemque meam adiuvetis, neque sinatis nos fratre orbatos, et honoribus simul quos gesserat, privatos esse.

Cęterum excessit nuper e vita D. Qunizki Canonicus Posnamien. ad cuius Canonicatum Regia Mtis dudum nobis Jus p̃ntandi suum, liberaliter concessit l̃ris suis manu propria subscriptis, quarum vigore nos p̃ntauimus ad eundem Canonicatum Stanislaum Slomowski Canonicum et Consanguineum nostrum, Vt autem p̃ntatio n̄ra robur et firmitudinem suam obtineat. Rogamus vos, diligenter id custodiatis, et pro maiori securitate, l̃ras p̃ntationis Mtis suæ, manu eius propria subscriptas in personam dicti Stanislai Slomowski, nobis per hunc Nunctium mittatis. et bene valete. Datum Cracoviæ. 1. Aprilis.

Petr. Tom. Ep̃s Crac. R. P. Vicecancell.
Benedicto Isdbenski Canco Cracovien
Seruitori suo ad regem in lituaniá
misso.

Venerabilis domine frater in Chr̃o charissime. Redut ad nos Alexius n̄r ad illud ipsum fere tempus, quo et nos ex morte fratris nostri domini Nicolai Castellani Gnesnen in maximo luctu eramus constituti, et hic alter n̄r Nunctius Morawiecz, esset istuc profecturus. quare pluribus vobiscum non egimus in p̃ntia id solummodo nos ignorare nolumus vos ad Mtem Regiam cum l̃ris exoratum misisse hunc seruitorem nostrum Morawiecz, ut Præfecturas seu Capitaneatus, quos frater noster defunctus obtinuit, fratri meo domino Stanislao Castellano Calissien in administratiom dare dignetur, et Domino Andreæ filio domini Castellani Posnamien, Castellaneatus Gnesnen dignitatem. In quibus vos quoque qua potestis opera et diligentia v̄ra nobis inseruiatis.

Ceterum sciatis dominum Petrum Qunizki Diebus præteritis etiam e vita excessisse, nosque ad Canonicatum Posnamien quem ille obtinuit, Stanislaum Slumowski Canonicum et Consanguineum nostrum vigore donationis Juris patronatus per Regiam Mtem nobis dudum factæ, p̃ntasse. quare omnem operam v̄ram faciatis Vt ius nobis concessum, integrum nobis conseruetur, et pro maiori illius firmitudine, l̃ras p̃ntationis Mtis suæ ad Canonicatu

praedictum, in personam praenominati Slomowski expediatis, easque manu Mtis suae subscribi curetis, et per Morawiecz ad nos transmittatis, confectis autem negotiis omnibus quae vobis curanda istic commisimus, ad nos quamprimum redeatis, et bene valete. Datum &c.

Sigismundo primo regi Poloniae Petr. Tomiczki Eps Crac. Vicecancell.

Sacra Regia Mtas et domine, domine clementissime.

Post humilem servitutis et orationum mearum commendationem. Ingentes ago et habeo Mti vrae Sermae gras, quod mea cum defuncto fratre servitutis rationem habens, ad supplicationem nuper a me factam, alteri fratri meo Domino Castellano Calissien. binas Praefecturas Capitaneatum suorum in administrationem et curam tradere sit dignata, quae equidem res non tam mihi chara est quod fratrem honore augeat, quam iucunda quod tam liberalem et clementem in me esse Mtem vram declaret. Et tametsi quidem ego non dubito fratrem meum sponte sua Mti vrae Serma pro tanto in se collato bnficio, cumulatam suam facere et praestare servitutem, tn et ego monere et hortari illum non desinam, ut diligens sit et fidus in munere atque officiis sibi commissis recte obeundis curandisque, ipse vero, perpetua sedulitate et observantia mea. Mtem vram Seream colam et venerabor semper, eique hanc gram fri meo praestitam, perpetua servitute mea, demereri curabo, verum ut haec mea impetratio perfecta et absoluta fiat, Mti vestrae Sermae supplico, ut eandem pensionem redditus annui ab hoc superstite fratre meo suscipere dignetur, quam et a defuncto et ab aliis anterioribus Praefectis illorum locorum capere consueverat. Nanque satis commode in ducentas quadraginta marcas descripta videtur.

Caeterum mortuus est non multos ante dies. D. Joannes Brzezinski qui nomine hypotecae oppidum Grebow cum villis Mtis vrae Sermae

ad illud spectantibus tenebat, quae bona, quia iam ad eam liberta-
tem redierunt. Ut vel Mtas vra ipsa, vel quispiam alius ex consen-
su illius redimere ea ab defuncti haeredibus possit. Supplico humiliter
Mti vrae Sermae, ut hanc facultatem redimendi dare et concedere
dignetur. Stanislao Pieniazek servitori meo, adolescenti ingenuo et
summe modesto, quem ego propter eius egregiam indolem de manu
propinquorum à puero acceptum, apud me ad hanc usque aetatem
fovi et educavi liberaliter non sine magno meo et illius fructu, na
quantum ille virtute et moribus simul cum aetate auctus est, tantum mi
quoque ex illius iusta et liberali servitute iucunditatis et oblectationis
accrevit. Qui quidem adolescens tanto charior ex recordatione mihi
esse solet, quanto illum spero aliquando Mti vrae et liberis illius augu-
stissimis servitute sua futurum utilem et gratum, Et fortasse etiam
charum, si hoc erit à Mte vra consequutus, pro quo nunc illi supplicat.
Namque provocatus hac Mtis vrae in se liberali et Regia clementia,
iam nunc inciperet suam servitutem ad dignitatem et splendorem Mtis
vrae exercere. Ut cum proxime posthac ad officia Mtis vrae acces-
serit, fiat ad illius iussa promptus et expeditus. Ego etiam si hoc im-
petro, servitute mea et omni officiorum genere, benemereri curabo
Mti vrae Sermae. Cui me et servitutem meam rursus diligenter
commendo. felicissimamque esse, et in plurimos annos cum Serma
Coniuge sua et liberis, sanam salvam et incolumem, vehementer de-
sidero. Datum Cracoviae etc.

Petrus To. Eps Crac. R. P. Vicecancell.
Chrfero de Sidlovec Castell° et Capit°
Crac: Regni Polonie Cancell°. Corczinen
Gostinensi Sochaczeuiensi Capitaneo

Magce domine domine et amice honorandme. Nescio quo infortunio, qua
ne inclementia temporum fiat, ut hic totus annus quo Mtas Regia abest
mihi dolores afflictiones, sugillationes, odia, inimicitiarum dementi-
ationes, molestias, turbationes, luctusque varios pariat, neque sinat me
internallis saltem aliquibus a tristitia et merore respirare. Nam equi-
dem nondum egritudo mea, que me satis longo tempore duriter afflixit,
e memoria mihi exciderat, neque penitudo iniuriarum et dificlationum Doi
Lasci satis luctum et solicitas cogitationes remiserat, cum ecce nouus dolor
ex omnibus maximus et grauissimus nuper mihi obtigit. Domino Castel-
lano Gnesnen fratre germano meo tam intempestine, et in ipso fere eta-
tis sue robore ex humanis sublato. Cuius ego mortem, plusquam dici pot
miserabili et mesto animo perfero. desideriumque ipsius solis lachrimis
et languore mentis acerbissimo prosequor, fuit enim ille mihi ex omni-
bus, cum propter suam virtutem et ingenii acumen, tum propter singu-
larem modestiam, charissimus, in cuiusque prudentia et virtute, omne
reliquum spei mee et familie mee collocaram, et tametsi sane ratio
mihi indicet inanem esse atque inutilem luctum eorum que non ullius
aliqua culpa, sed solius dei prouidentia et iudicio mortalibus contin-
gunt, Scio enim eam esse nostrum omnium conditionem, Ut quemadmo-
dum beneficio dei et nature omnibus hic bonis et commodis fruimur,
ita ad illorum quoque voluntatem vita nostre tempora subiecta et
accommodata esse oportet, tamen ferre nequit humanitas mea, quin
interdum ex desiderio tam egregii atque dilecti fris, dolori me succu-
bere oporteat inuitum, tempero tamen quantum maxime possum a lachri-
mis, et consolationibus amicorum dolorem mihi lenio, hocque unum nunc
curo et ago, Ut cum meorum sacerdotum grege, piam parentalium et
exequiarum supplicationem illi hic peragam, iusta persoluam. ego

autem et habeo magnas gr(ati)as v(est)rae Mag(nificent)iae, q(uod) per dominum Cra-
cowski me in p(rese)nti luctu meo solari voluerit, fratrisq(ue) mei mortem se
molesto atq(ue) egro animo ferre declaraverit. Gratissimum enim est mihi
utrumq(ue) hoc offitium v(est)rae Mag(nificent)iae, quod illi vicissim omnibus officiis
amicis, et benevolentia fra(ter)na, cumulate referre curabo. Scribere nunc
plura v(est)rae M. mearum non sunt. Sed cum tamen ab officio ne discedam
Commendo me amori et benevolentiae fraternae v(est)rae Mag(nificent)iae, quam feli-
cissimam esse et in plurimos annos cum suis omnibus sospitem atq(ue)
incolumem, vehementer desidero. Datum. etc.

Petrus Tomiczki E(pisco)p(u)s Crac. Vicecancell.
Luce de gorca Castell(an)o Posnaniensi.
& Capitaneo maioris Polo(niae) generali.

Mag(nifi)ce domine, domine et frater honorandissime. Accepi l(itte)ras Mag(nificent)iae
v(est)rae, quibus mortem f(rat)ris mei Domini Castellani Gnesnen(sis) sibi acer-
bam et molestam esse declarat, meq(ue) in dolore meo prudenter et ami-
ce solatur. Ob quod offitium et benevolentiam fraternam, magnas ago et
habeo gratias Mag(nificenti)ae v(est)rae, praecipue tamen quod funus illius tam humaniter
et officiose cum amicis obierit, p(rese)ntiaq(ue) sua honoratam multum eius,
effecerit sepulturam, mirifice enim me afficit et delectat hoc extremum
Mag(nificenti)ae v(est)rae, erga fratrem meum obsequium. Cui ego si possem uti
cupio omnibus officiis et gratificatione amica pro merito respondere,
grati(us) equidem optatiusq(ue) nihil mihi contingere posset. Tamen quantu(m)
in me est, dabo operam diligentem ut ex meo vicissim officio, sicubi
illo in re aliqua ab hac dissimili opus fuerit, nunq(ua)m quidq(ue) desy-
deret Mag(nificent)ia vestra.

Dominus Andreas filius Mag(nificent)iae v(est)rae venit huc non pridem, multaq(ue)
est mecum loquutus. praecipue tamen de repulsa, quam in Castella-
neatus Gnesnen(sis) petitione accepit, graviter mecum expostulavit ad
animum plurima uti est Generosus Adolescens revocans, et attolens

facti eius indignitatem et dolorem actangens suum, non ob repulsa rei petite, sed ob victoriam eorum quos sibi addictos putabat. Cu: iusmodi doloris ratio, cum mihi iam antea ex aliis satis perspecta esset et cognita, quantum periculi hominibus afferat, presertim ijs qui sibi moderari non possunt maiorem in modum me permo: uit illius causa. Quare pro meo in illum officio et amore, sum il: lum solatus diligenter, suasique illi, quid consilii in re tanti momenti, et dolore suo gravi, capere debeat. Ceterum et in aliis que ad au: gendam dignitatem suam pertinent, sententiam et consilium meum illi exposui, operamque et studium omne meum sum illi pollicitus libera: liter, prout hec ille copiosius Mag^tia^ V^ra^ uel perscribet, uel coram referret.

Ceterum quod ad me de domino Alberto Chomeczki M^tia^ V^ra^ scribit, non recuso quidem ego, et Mag^tis^ V^rae^ et d^ni^ Alberti Sampolinskij cau: sa. Verum tamen pro illa fide et opera diligenti quam fr^i^ meo cu vineret circa administrationem rerum suarum praestitit, vellem ut etiamnum nepotum meorum hereditatem et fr^is^ domini Calisien: Praefecturas, industria et consilio suo curandas susciperet. Quicquid tamen preterea opera sua Mag^tiae^ V^rae^ vel d. Alberto Sampolinski in: servire posset. hoc mihi dubitatione procul charum fieret et gratum Quare ego illi hac de re scribo l^ras^, et moneo illum, ut desiderio Mag^tis^ V^rae^ pareat et obsequatur.

Ea que ad nos ex Conventu Spiren recens allata sunt, mitto V^rae^ M. utrumque sciam illi a mercatoribus istius Civitatis, qui in Germania negociantur omnia haec melius cognita et perspecta esse.) Ex Hunga: ria vero constanter nunciatur, quod Turcorum exercitus magno mi: litum numero et apparatu bellico instructum a tribus septimanis Ca: stra moverit, et in Hungariam proficiscatur, id prout ex exemplo l^rarum^ Bohemicarum quod etiam cum p^n^tibus mitto V^rae^ Mag^tiae^ plenius cognoscat. Alia que mihi posthac cognita erunt Mag^a^ V^ra^

per occasionem perscribam diligenter. Interea me amori et bene-
volentiae illius fraternae plurimum commendo, eamque felicissimam
esse diutissimeque cum suis omnibus incolumem vehementer desidero.
Datum etc.

Andreas Criczki Eps Plocensis
Petro Tomiczki Epo Crac. Regni
Poloniae Vicecancell.o

Rme in Chro pr et domine, domine mi colenme. Hesterno die post
absolutum Albertum Lubowiczki servitorem vrae Rmae d. rediit
ad me meus Morawiecz, et retulit mihi dominum Castellanum Cre-
sncn. Avunculum meum longe charissimum vita esse functum, et post
hoc gravissimum vulnus, quod animo meo inflixit, addidit et aliud,
nempe Rmam D. vram unicum solacium et praesidium nostrum
tanto dolore concussam esse, ut a gemitu et lachrimis temperare
non possit. Quare partim dolore, partim etiam sollicitudine de vra
Rma D. vehementer consternatus, misi e vestigio ad invisendam
illam hunc Nunctium meum, et cuperem quidem vehementer move-
re illud pathos Retoricum, et consarcinare aliquas Philosophorum
sententias, quibus dolorem eius levare possem. Sed quia et ipse
lachrimis impedior, et solent plerumque elaborate huiusmodi conso-
latoriae lrae vulnus magis refricare, quam obducere, cum rerum ir-
recuperabilium summa felicitas sit oblivio. Praetermissis omnibus hoc
unicum a Rma D. vra orandum duxi, ut pro sua summa sapientia
meminisse velit conditionis humane, nos videlicet ideo dici mortales,
quod moriendum sit omnibus, illum non fecisse aliud, nisi quod facie-
dum erat, et quod nobis quoque faciendum restat, atque utinam liceat
mihi defungi hoc postremo munere, vita probe acta, et fama incul-
pata relicta, sicut ille defunctus est. Et proinde non est quod oculos
corrumpat, et corpus, animumque deiciat, ne ad hoc malum irre-
parabile aliquid aliud gravius, quod omen Deus avertat, accidat

vnde non vnius hominis & Præsulis tantum, sed etiam patris patriæ, si non vita deploranda, certe iactura muneris eius sustinenda esset aliquandiu, vt contigit aliquotiens cum maximo communi omnium incommodo, Si vetuit dominus illum, qui se sequi destinarat, sepelire patrem suum, iubens mortuos sepelire mortuos suos, ne quid mundana ista pietas remoraretur, vel impediret pietatem diuinam & opus publicum. quid non imputare posset illi, qui non solum in sortem domini vocatus, & in summa specula gregis positus est, sed etiam ex cuius salute, maxima pars salutis tam reipublicæ, quam Ecc^e dependet. Si ob mortuum fratrem, & mortuum haud dubie in domino, & proinde beatissimum, subito & lachrimis & dolori adeo succumberet, vt non solum officium, & munus suum intermitteret. Sed & oculos corrumperet, & ægritudinem aliquam sibi consciret. Diuus Martinus pro necessitate populi nec mori timuit, nec viuere recusauit. Nunc omnium in commune poscit necessitas, vt vra Rma D. sit diutissime sospes & incolumis. Itaque supplico illi impense, vt sepulto fratre desideratissimo, sepeliat vna & luctum ac dolorem suum, suæque valitudini super omnia consulat, etiam si coelum ruat. Scribo hec fortius, quam præstare ipse possum, nam & ea dictans obruor lachrimis Sed tamen me præstare non posse, quod scribo, doleo, tametsi parua est iactura mei, etiam si totus fletu defluam. Vra vero Rma D. que magis communi rei, quam sibi ipsi nata videtur, seruet & foueat sese & nobis, & patriæ quam diligentissime. Ego etiam interim iusta optimo auunculo cum sacrificiis, & populo meo persoluam, & vna pro sanitate vræ Rmæ D. dominum deum enixe precabor. Cuius gratie me humilime commendo. Ex Arce mea Loltomien. xiii^a Aprilis. Anno domini M^o. D^o. xxix^o.

Petr. Tomic. Eps Crac. R. P. Vicecancell

Andree Cricio Epo Plocen. nepoti suo

R.me in Chro pr et domine, Nepos charissime. Gratissime mihi fuerut D. vrae R.mae literae, quibus me et prudenter et docte monet, ne dolori quē ex morte amantissimi fratris Domini Castellani Gnesnen. recens accepi, nimium succumbam, ob quod quidem R.mae d. vrae officium amicum et consolationem fraternam, plurimas ago et habeo illi gras. Et sane si per humanitatem meam et desiderium tam optimi fratris mihi liceret obsecundarem libenter huic consilio et amantissime admonitioni vrae R.mae D. Verum hoc in potestate mea non est. Ut illum quem ex omnibus habebam charissimum et in quo reliquū spei meae collocaram, tam repente possim oblivisci, neqz amplius desiderare. Do tamen operam quam possum maximam Ut et D. vrae R.mae et ceteris amicis luctum dissuadentibus obtemperare possem

Caeterum de parentalium supplicatione facta et iustis sacris defuncto persolutis, ingentes ago d. vrae R.mae gras. Unde satis intelligo non minoris nunc esse D. vram R.mam in mortuum pietatis, quam fuerit in viventem benevolentiae et amoris

De Domino Laski qp huc venerit, et rebus Hungaricis quae hic circumferuntur, in ministercius ad vestram R.mam D. scripsi, quas lras Cubicularius meus Golinski ad illam tulit. Sed de dno Laski secus nunc intellexi quam dictum erat ab initio, fertur enim eo consilio à Rege Joanne discessisse, Ut in Germaniam ad cogendas educendasqz aliquas copias proficisceretur. quod proculdubio occultum esse diu non potest, et cum erit palam faciam ego de hoc d. vram R.mam certiorem. Interea illam sanam felicem et incolumem, meiqz semper memorem vehementer desidero. Datum Cracoviae feria qita proxima ante festum Sancti Adalberti.

Petrus Tomiczki Eps Crac. Regni Vicecanc.
Stanislao Radiuilo Pincerne Lituanie.

Mag^ce domine et amice charissime. Cum allatum huc ad nos esset de morte vxoris Mag^a vestrae, egro et molesto admodum animo casum illius tulimus, cum propterea quod neptis fuerat Gnosi domini Bonex defuncti et soror eius qui nunc est superstes optimiorum amicorum nostrorum, tum etiam propter Mag^am vram cui illam charam et dilectam esse sciebamus, In quo quidem dolore tametsi consolanda nunc nobis veniret M. vra pro humanitatis et beneuolenciae nostrae officio, quia tamen et ipsi nos ex morte iocundissimi fris nri in graui luctu constituti consolacione egeamus silentio preterire magis volumus quam ab hoc quo ipsi laboramus, alterum dehortari debeamus, Verum quia nos ipsi hanc rom nobis potissimam consolacionem delegimus, qua cupimus et cognosimus varum in his esse dolorem, que nullo hominum consilio deuitari possint. hanc etiam rom leuandi meroris amplecti vellemus Mag^am vram, Vt scilicet illa id quod in vxorem illius statuere diuine illi collibuit, ad solam eius voluntatem et arbitrium sine molestia deferret. Nam ista est omnibus nobis lex etiam inuitis subeunda.

Ceterum quia mortua vxore M^e. vrae dnus Seuerinus Bonex amicus nr scit ex iure et pactorum obligacione, pecuniam et res omnes dotales sororis suae ad se et fratres suos pertinere. Rogauit nos Vt M. vram pro amicitia que nobis cum illa intercedit hortaremur et rogaremus Vt illi omnia sine controuersia restituat, Nos vero tametsi non dubitemus M. vram pro virtute et officio suo iuri communi et pactis initis non esse aduersaturam, ne tn amico petenti deesse videamur M. vram plurimum rogamus Vt ea que ad illum legittime pertinent et eius fres, libere et sine impedimento illi restituere et tradere velit. Nam hoc et ad aequitatem, et ad dignitatem bonamque

existimationem M. V.ræ plurimum pertinet, quibus ne quid de-
trahatur, nostri animi est providere. Cupio felicem esse Mag.^am
V.ram et optime incolumem. Datum.

Petr. Tomicz. E.ps Crac. R. P. Vicecancell
Luce de Gorca Castell.o Posnaniensi Et
Capit.o Maioris Poloniæ generali

Mag.ce domine, domine et frater honorand.me. Cum frater meus d. Ca-
stellanus Gnesnen. sublatus esset de vita, curam ceperat alterius filii
domini Castellani Crusvicien., qui unicum mihi adhuc restat solatium, ut ab
otio domestico in quo desidet ad civiles actiones traduceretur, utque me
in exercendis muneribus publicis et procurandis officiis M.tis Regiæ ad-
iuvaret, quare miseram illico Nuncium meum ad Regiam M.tem sup-
plicatum ut illum alicui Præfecturæ ex his quas premortuus frater obti-
nebat, præficere dignaretur. In qua petitione mea, cum M.tas sua fidei
et diligentis servitutis meæ rationem habere vellet, Pisdren. et Coni-
nen. Præfecturam eidem filio meo contulit. Costen. Præfectura Domino
Alberto Sempolenski antiquo et benemerito militi aulæ suæ, relicta.

Supplicaveram etiam M.ti suæ pro domino Andrea filio Mag.ae V.ræ
ut illum ornare dignaretur, Castellaneatus Gnesnen. dignitate, verumque
neque illius neque V.ræ M. voluntatem in ea re compertam haberem.
Verum audio M.tem Reginalem magno conatu isti rei intercedere,
et contendere apud M.tem suam ut Gnesnen. Castellaneatum D.nus
Lathalski assequatur, Landen. vero haberet D.nus Andreas filius
Mag.ae V.ræ, in qua re quia nihil adhuc erat constitutum cum me-
us illinc discederet Nuncius, expectandus erit ipse Dominus Andre-
as qui de toto negotio et progressu eius nos faciet certiores.

Nudiusquintus adveniens huc dominus Laski Palatinus Siradien. re-

360.

conciliatus est mihi, ego illi vicissim sum factus amicus, cum propter pacificandam quietem meam privatam et publicam, tum maxime ut non contradicerem votis Sermi Regis Joannis et Illme domine Hedwigis filie Mtis domini nostri multorumque aliorum dominorum et amicorum meorum pacem et concordiam inter nos suadencium. Namque Rex Joannes per Nunctium et lras, Illma vero domina Hedwigis coram ipsa verbis, sunt me diligentissime adhortati, amici autem sedulo obsecrarunt et obtestabantur, ut redirem cum illo in gratiam feci itaque quod illis libuit et facere erat mihi honestum. faxit deus ut haec nostra reconciliatio firma sit et diuturna. Erit vero quod ad me integra et solida, modo ille talem se erga me gerat, qualem se futurum promisit

Dedi in mandatis servitoribus meis quos misi istuc cum corpore desfratris mei defuncti, ut ex proventibus pupilorum et liberorum domini olim Vincencii Szwidwa qui in tutella mea sunt. Subditis Magce vrae in Szamothuli dissoluant id quod illis debetur, quod illos proculdubio ita facturos esse scio.

Dominus Laski iam hinc discessit, et ut mihi relatum est in Germaniam proficiscitur, ut copias illas Regi suo Joanni de quibus iam dudum audiebatur comparet et educat. Alia hic non sunt que scribi pro novis possint, si tamen interciderint, non patiar illa esse diu incognita M vrae. Cuius me amori et benevolentiae fraternae interea commendo. Et iam felicissimam esse atque cum omnibus suis diu sospitem ac incolumem vehementer desidero. Datum Cracoviae die sancti Mathei Ewangelistae

Petrus Tomiczki Epus Crac. Et Vicecancell. Petro Kmite de Vissnicze Castel. Voynicen Marsalco curie regie: Scepusien. Colensi et Premislien. Capitaneo.

Magce domine, amice et affinis charme ac honorandme. Heri circa vesperam D. Marsalcus Regni, bonus ac integer amicus meus concessit e vivis, cuius obitum ego magno prosequor dolore, cognovi enim illu fuisse mihi amicissimum, et Regiae Mti ac reipublicae fidum servitore. Scripsi Regiae et Reginali Mti commendans virtutes et merita vrae M. et supplicans ut ad officium Marsalcatus Regni sufficere vram M. dignarentur, et multo cum precibus lras meas quas scripsi ad Mtes suas in ea re, Vra M. que optime novit quomodo res nunc procedunt in Curia Regia, et cuius nutu et arbitrio diriguntur, faciat diligentem operam pro se et honore atque exaltatione sua, et sibi ipsi non desit, et valeat felicissime Vra Magca, meque habeat sibi charum et commendatum. Datum Cracoviae in Vigilia Sanctorum philippi et Jacobi Apostolorum Anno domini M.D.xxix.

Sigismundo primo Regi Polonie Petrus Tomic. Eps Crac. Vicecancell.

Sacra Regia Mtas et domine domine clementissime.

Post humilem servitutis et orationum mearum commendationem. Decessit heri de vita sub instantem noctem Dominus Stanislaus de Chodecz Marsalcus Regni Mtis vestrae Serenmae, homo sane probus et ex omni parte integer, quique Mti vrae Serenmae multos annos, recte, fideliter et iuste servierat. Ex cuius morte quia nunc vacat magni Marsalcatus offitium, negotiis et authoritate sublime. Supplico Mti vrae Serenmae ut illud domino Petro Cmitha in eodem officii genere plures annos in Aula Mtis vrae Serenmae versato, conferre dignetur

Namq; ille pro fide et diligentia sua qua pluximis iam argumentis Mti vestrae declaravit, poterit et Mti vestrae magis quam alius quispiam satisfacere, et officium hoc cum summa tocius Regni dignitate et ornamento sustinere. Mtas autem vestra hac re et illum sibi perpetua servitute devinciet, et multorum hominum desyderiis cumulate satisfaciet, tum demiq; ego hanc clementiam Mtis vestrae Serenissimae, servitute mea, promereri diligenter curabo. quam iterum atq; iterum in gratiam Mtis vrae Serenissimae suppliciter commendo, felicissimamq; semper esse Mtem vram et optime cum Serenissima Coniuge sua et liberis incolumem vehementer desidero. Datum Crac ultima Aprilis Anno domini Mo. Do. xxixo.

Bone Sphortie Regine Polonie Petr. Tomic. Eps Crac. Vicecancell.

Serma Princeps et domina domina clementissima.

Post humilem servitutis meae commendacionem. Ingentes ago et habeo Mti vrae Serenissimae gratias, quod me his suis gratiosissimis invisere fuerit dignata, quam ego illius in me benignitatem, omni diligentia, studio, observantia denique mea singulari, curabo perpetuo promereri

Quod autem me hortatur Mtis vra Serenissima ut in hac rerum perturbatione, consilio meo rempublicam adiuvarem; Et mea sponte et Mtis vrae Serenissimae ductus monitis, dabo diligentem operam, ut que a me ex longa adhuc egritudine languenti, praestari possint, non diu desiderent, plane calamitates eius temporis, ita sese consequuntur, ut ex alia alia nasci, et una tendere alteram videantur. Erat enim vix adhuc sedatis ex casu Serenissimi Regis Joannis hominum animis, nova et miserabilis calamitas Crac est exorta, Ubi et urbis magna pars, et edes sacrae plurime, et hominum praeterea magnus numerus igne perpetuo conflagrarunt. In his ego tamen

est anno 1529.

hic non habet locum

rebus prout fert temporis ratio, opto plurimum Mtem vram con-
solari et libero esse animo, et in dies meliora sperantem vivere
felicem cum Serma Regia Mte et liberis itidem suis Sermis. Cui
ego me et servitutem meam iterum plurimum commendo. Datum
in Bodzeczin die ii Maii.

Andreas Cricius Eps Plocen.
P. Tomicio Epo Vicecancellario.

Rme et colendissime mi domine. Cum Nunctius iste in procinctu
esset, rediit a Rma d. mens Glogowski, quo summam cepi consola-
tionem quod ex illo et his quas attulit cognovi vram Rmam D. et salvam
esse, fortiterque ferre iacturam optimi fratris, et cum domino Palatino
Siradien cum magna sua dignitate in gratiam rediisse, quod omnino
non adeo privata, quam publica res exigebat, et proinde multi hec et
probabunt et letabuntur, preter eos qui studio alunt discordiam Se-
natorum ut commodius ipsi rerum omnium habenas summant.

Dominus Andreas Goren est iam complures dies apud me saucius aio
non ob repulsam rei petite, sed ob victoriam eorum quos sibi ad-
ditos putabat. Ego expertus qualis sit dolor hisce volatilibus postha-
beri, et quod remedium ei dolori conducat, solor illum et refirio quantum
possum, nolem enim ut iuvenis ad omnia habilis et magni in Regno
momenti, alerет hoc vulnus in pectore et aliquid se indignum patra-
ret ut sunt multi qui ad seditiones animos huiusmodi patriciorum
accedunt. Scriptum est mihi ex Posnania dominum Castellanum
Posnanien cum multis Proceribus et amicis omnibus iusta domino oli
Castellano Sucziu officiosissime persolvisse. Dominus Rmus Posna-
nien invitatus magnis precibus, excusavit se impensis sui Marsalci
et invitatis hospitibus nominatim vero domino Palatino Calissien,
sic alii taritis senescimus annis, alii reiuvenescimus, et cum mundus

deserendus esset vel flendum cum flentibus ut iubet Aplus, tum magis peregrecamur et tripudiamus. Commendo me gratiae vrae Rmae D. quam dominus deus servet diutissime sospitem et felicem. Ex Ploczka die S. Philipi et Jacobi Anno domini M° D° XXIX°.

Andreas Criczki Eps Plocen
Petro Tomiczki Epo Crac Vicecancello

Rme et colendissime mi domine, Abeunte hoc Magro ex improviso, et me hospitibus multi pluribus occupato non potui, nisi hec tumultuarie scribere

Convenoram cum domino Palatino Siradien, narravit mihi secretissima queque, quorum vel maiorem partem vel omnia retulit etiam vrae Rmae d. postrema eius oratio fuit de mutuanda pecunia vel addenda ad illud vasculum, respondi quod res est, me non habere, neque vasculum pluris valere, quod iam aliogum esset totum in ptate reditorum iuxta obligacionem domini Rinconis, qua iusa conquievit, et cum summis commendationibus a me discessit, non placent mihi spes et negotiationes eius, neque video bonum exitum utinam fallar

Narravit inter cetera secreto non alio inductum d. Palatinum Cracovien ad conciliandam sibi vram Rmam D. quam ambitu Marsalcatus, ne quid illi obsisteret, quod mihi incredibile videtur, d° vra Rma non deserat consanguineum suum d. Marsalcum Curie, et d. Andream Gorczen quantum fieri potest.

Existente hic apud me domino Petro Opalienczki misit illi Mtas Regnalis Castellaniam Landen, a Mte Regia ne verbum quidem. Sic nunc vadit mundus. Mi Rme domine cognovi his diebus mira:

biles quasdam et perniciosissimas hominum cogitationes, neque aliud ad eas perficiendas expectari nisi mortem Principis, dominus sit nobiscum. Me Rmae d. vrae gratiae vnice commendo. Ex Ploczka xx May Anno domini M° D° xxix°.

Cricius Tomicio.

Rme et colendissime mi domine, Inter alia que mecum loquutus fuit dominus Palatinus Siradien, rogauit me impense vt darem operam pro virili mea, quo hec beneuolentia inter vram Rmam D. et eum inita sit firma et integra, cum his pariter qui necessarii sunt, et nominatim pecijt ne quid fieret aduersus d. Archiepm, quem patris loco habeat, eique adherere teneatur, pecijt etiam pro domino Grzimultowski, ne dominus Posnan illum opprimeret. Ego pro re, vt est, multa respondi pro d. vra Rma, et quod illa nunquam solita sit vllum ledere vel iustam inimicitiae causam ex se praebere, dixique nonnulla de studio et consuetudine Rmi d. Archiepiscopi que ab omni amicitia ac etiam plerumque ab honestate dissidere solent, quod ne amplius fieret itidem postulaui / Et proinde mi Rme d. vt summopere probo hanc reconciliationem cum ipso domino Palatino, ita plurimum illam rogo declarare dignetur erga illum et eius necessarios presertim erga d. Archiepm, qualis qualis est integritatem animi sui, quandoquidem et professio mea Ecclesiastica, et reipublice salus id exigit. Cetera dicet ipse Exasmus Me eidem Rmae D. vrae vnice commendo, quam dominus deus seruet semper sospitem et felicem. Ex Ploczka xxi May

Andreas Crzicki Eps Plocensis Petro Tomicio Epo Crac. R. P. Vicecancell°

De contentione Tomigki Epi. cum Andrea de Tanczin Palat. Crac.

Rxme mi domine, Contencionem Rxmae d. vrae ex aliorum scriptis intellexi, que cum suscepta est pro iusticia, proque bono publico, ac omnium hominum applausu, non possum nisi hoc nomine illi gratulari, In memoria enim eterna erit iustus, et hac quid felicius? quod ad me attinet, scio meum debitum, qui omnia debeo Rxmae D. vrae, expectoque et expectabo accinctus, si quid innuat, de consilio quod mihi exiguum est, de necessariis nostris communibus a quibus longe absum, nihil polliceri ausim, de me, meaque tota facultate omnia possum et polliceor, nec facultatem solum, sed et sanguinem pro illa profundere sum paratus, ad Sinodum dubito vt venire possim, tamen si compertum habuero Rxmam d. vram eo venturam eius videndi gratia omnibus dimissis illuc accurram. Cuius gratiae me humiliter commendo

Andr. Cricius Eps Plocen Petro Tomicio Epo Crac Vicecancell°

Rxme mi Chro pr, et domine mi colendissime. Addixit se non pridem mihi D. Joannes Wirzbkonski Vicarius in Arce Cracovien, et timens vel vicariatum suum per absenciam in discrimen ponere vel servicium apud me per abitionem negligere, rogavit me, vt eum in hoc negocio vrae Rxmae D. commendarem. Ego quia sacerdos idoneus est, et quendam singularem ad serviendum mihi affectum habet, oro plurimum vram Rxmam D. efficere dignetur gratia, et authoritate sua, vt ad aliquod tempus licenciam habeat absentiae suae, intra quod de ipso vicariatu commodius ex vsu tam suo, quam Ecclesiae disponere posset. Et si vra Rxma D. eundem vicariatum habere dignaretur. pro aliquo

vel sacerdote, vel servitore idoneo, faciam, ut mox de illo credat, pro ea contentatione, quam benignitas vrae Rmae D. illi offerre dignaretur. Commendo itaque hoc totum negotium gratiae eiusdem vrae Rmae D. et rogo plurimum, ut super eo mihi respondere dignetur. que felicissime valeat, meque gratia sua complectatur. Datum in Ploczko die xxvi May Anno domini M. D. xxix.

Petrus Tomiczki Eps Crac. R. P. Vicecancell.
Mathie Drzewiczki Epo Wladislauiensi.

Rme in Chro pr et domine frater et amice charme ac honorandme. Plurimas ago et habeo gras vrae Rmae D. quod litteris et nuncio suo me inviserit, quod me in praesenti luctu meo solatur. Gratissimum enim est mihi utrumque hoc officium vrae Rmae D. et equidem prudenti admonitioni vrae R. d. de moderando luctu meo obtemperarem libenter si modo vires vel ratio desiderium tam optimi et amantissimi fratris vincere valeat tamen quantum ~~hominibus~~ humanitus licebit, equo animo feram et comprimam dolorem. Vram autem Rmam D. vicissim pro his amicitiae officiis, benevolentia et amore fraterno diligenter prosequi curabo.

Veniens huc dominus Laski Palatinus Siradien ante aliquot septimanas, reconciliatus est mihi, et ego illi vicissim sum factus amicus, cum propter pacificandam quietem nostram privatam et publicam, tum maxime ut non contradicerem votis Sermi domini Regis Joannis et Illme domine Hedwigis filie Mtis domini nostri multorumque aliorum dominorum et amicorum meorum pacem et concordiam inter nos suadentium. Namque Rex Joannes per nuncium et lras, Illma vero domina Hedwigis coram verbis, sunt me diligentissime adhortati, amici autem sedulo obsecrarunt et obtestabantur, ut cum illo in gratiam redirem, feci itaque quod illis libuit, et facere mihi erat honestum. faxit deus ut haec nra reconciliatio firma

sit et diuturna, erit vero quod ad me integra et solida, modo
ille talem se erga me gerat, qualem se futurum promisit. Volebā
autem ego de ea re priusquam aliquid adhuc de illa erat agi re;
ptum, Vram Rmam D. et alios amicos meos facere certiores
et consilio illorum uti, sed tam subito me precibus inuaserunt pa:
rificatores omnes, abire hinc properantes, ut ipse meo consilio
et voluntate uti non poterim. Quare si quid videbitur in hac parte
a me pretermissum, necessitati potius Vra Rma D. quam cul:
pe et ignorantie mee attribuat. Cetera enim omnia cum digni:
tate ut existimo sunt transacta.

Cum primum instructa erit causa matrimonialis neptis Vrae Rmae
D. faciam omnem operam ut in ea id quod equum et iustum es:
se videbitur pronuncietur.

Mitto Vrae Rmae D. noua que allata sunt nobis ex Conventu Im:
perii Spiren., nam decreta eiusdem Conventus mittere nunc nō
potui, cum non habuerim scribam Germanicum, qui illa tam subi:
to exscriberet.

Commendo me ex animo Vrae Rmae D. quam dominus deus
servet quamdiutissime sospitem et felicem. Datum Cracoviae die
Corporis Christi. Anno domini M°. D°. xxix°.

P. Tomicius Eps Crac. R. P. Vicecancell. Amicis suis. De sua cum Laski recociliacoe

Cum huc venisset dominus Laski Serenissimi Regis Joannis Nuncius ad me venit et plurimis me est hortatus verbis Ut Mtis suae causa in gratiam cum illo redirem, hoc idem me monuit diligenter Illma D. Hedwigis filia Mtis vrae Serenissimae et amici studiose rogarunt. quorum omnium causa et ut turbandae pacis publicae occasionem non praebeat dissensio mea, suscepi hanc provinciam non invitus, meque illi reconciliavi pristina benevolentia et amore nostro sicuti haec planius verbis Mti vrae Serenissimae Dominus Oporowski veniens exponet, qui omnibus his cum acta sunt interfuit. Regi.

De reconciliata gratia

Dominus Laski huc veniens reconciliatus est mihi, cum quo et ego non invitus redii in gratiam, et publici commodi, et nostrae quietis privatae gratia, maxime tamen, quod et Rex Joannes per literas et Nuncium id a me contendit. et Illrma domina Hedwigis filia Mtis domini nostri me coram multis verbis est hortata. Necessarii vero et amici persuasionibus adegerunt. De quo plura scribere his supervacaneum esse videtur. Nam puto paulo post multos qui interfuerunt ei negotio rem omnem copiose d. vrae expositiros esse

De reditu in gratiam cum Laski.

Nudius quintus adveniens huc d. Laski Palatinus Siradien. reconciliatus est mihi, et ego illi vicissim sum factus amicus, cum propter pacificandam quietem meam privatam et publicam, tum maxime, ut non contradicerem votis Serenissimi Regis Joannis et Illrmae dominae Hedwigis filiae Mtis domini nostri, multorumque aliorum dominorum et amicorum meorum pacem et concordiam inter nos suadentium. Namque Rex Joannes per Nuncium et lras. Illrma vero domina Hedwigis coram ipsa verbis, sunt me diligentissime adhortati, amici

autem sedulo obsecrarunt et obtestabantur, ut redirem cum illo in gratiam, feci itaque quod illis libuit, et facere mihi erat honestum, faxit deus ut haec mea reconciliatio firma sit et diuturna, erit vero quod ad me integra et solida, modo ille talem se erga me gerat, qualem se futurum promisit

Petrus Eps Cracouiensis Vicecancell
Chrofero de Schidlovec Castellano &
Capito Crac · R · P · Cancellario &c

M Ag^ce domine domine et amice honoran^me. Plurimas ago et habeo M. vrae grās quod me et līis et Nuncio suo inuiserit, quodque mea sibi salutem charam et optatam esse declarauerit. mihi equidē M. vrae bona valetudo et prosperi successus viciss[im] charissimi sunt et iucundi, propensio autem ista et significatio amoris vehementer grata et quae mihi non modo nunquam e memoria excidet, verum ita herebit semper, ut non prius conquieuisse satis animus videatur meus, nisi in omnibus officiis amicitiae sit à me quoque M. vrae cumulate satisfactum.

Cęterum de exemplo legationis Caesaris ad Conuentum Imperii Spirēsē habitum, mihi misso habeo et ago M. vrae magnas grās Namque illud cum summa legi voluptate

Dominus Marsalcus Magnus nudiustercius et supra quartum eius diei diem in maximo vitae discrimine positus erat. Nunc tamen periculum euasit, nam dicitur esse meliusculus, quem progressum secundet illi deus ad optimam usque spem valetudinis suae

De officiis eius nihil nunc scribo M. vrae, quia quod ad ea attinet, et quod etiam mecum Dominus Palatinus Russiae fremens de domini Palatini Crac conquestione quod nullo officio sit

promissus est loquutus, non est tutum committere his. Cum vero M. Vra huc advenerit, coram illi exponam ipse libenter omnia

De me et de domino Laski uti rediimus in gratiam et sumus nobis reconciliati, puto M. Vram omnia ex Domino Ozarowski intellexisse et aliis fortasse aliquibus qui negotio interfuerunt prout ego pntibus M. Vrae cum ceteris rebus exponam. Interea felicem esse Magnificentiam vestram et optime cum suis omnibus incolumem vehementer opto Cuius me amori et benevolentiae fraternae plurimum commendo. Datum etc.

De qua quidem re priusquam aliquid adhuc coeptum erat agi, volebam ego M. Vram certiorem facere, et consilio eius uti Sed tam subito praecibus invaserunt me parificatores omnes abire hinc properantes ut ipse meo consilio et voluntate uti non potuerim. qua re si quid videbitur in hac parte a me praetermissum, necessitati potius M. Vra quam culpae et ignorantiae meae attribuat. ceterum enim omnia cum dignitate ut existimo sunt transacta

Sigismundo primo Regi Poloniae

Petr. Tom. Eps Crac. R. P. Vicecancell.

Sacra Regia Mtas et domine domine clementissime Post humilem servitutis et orationum mearum commendationem. Cum Varsoviae adhuc essemus, Dominus Marsalcus Stas de Choderz qui nuper est vita functus iam tum languebat. quare dubitans de vita ipse sua et frater eius Dominus Palatinus Sendomirien Otta de Choderz postulaverunt a me et a domino Castellano Cracovien ut in eventum mortis domini Marsalci apud Mtem Vram ageremus de deferrendis Capitaneatibus Domino Palatino Sendomirien si frater eius moriatur. Nos vero ad

postulata ipsorum dederamus negotium D. Castellano Lancicien., ut hac cum Mte vra tractaret nomine mo cum condicione eiusmodi, ut post mortem domini Palatini Sendomirien. libera haberet Mtas vra bona Italicz que ipse in certa pecuniarum summa habet apud se hypotecata. De qua re tractarit aliquid necne Dominus Castell. Lancicien. apud Mtem vram, adhuc nobis nihil constat. Quare ego hic iterum rogatus de hoc per dominum Palatinum Sendomiriensem admonitus idem rursus ad Mtem vram scribo, ut illi satisfaciam. Et sane supplico eius causa Mti vre Sermae, ut eius istius petitionis benignam rationem habere suisque simulque reipub. suae ex proposita condicione commodis prospicere dignetur. Nam factum istud in magnam utilitatem Mtis vre primum cedet, deinde etiam D. Palatinus Sendomirien. et ego una officiosissima servitute et sedulitate nostra bene mereri curabimus. Quam ego servitutem in gratiam Mtis vre, Sermae, iterum atque iterum commendo. Felicissimamque esse Mtem vram et in multos annos cum Serma Coniuge et liberis incolumem vehementer desidero. Datum Cracoviae iiii.ta May. Anno domini M° D°. XXIX°.

Andreas de Krziczko Eps Plocensis Petro Tomiczki Epo Crac. Regni Pol. Vicecancel.

Rme in Chro pater et domine mi colenme. Hesterno vesperi misit ad me dominus Palatinus Siradien., rogans me summis et officiosissimis precibus, ut non gravarer descendere ad villam quandam trans flumen, ubi me commodius convenire, propter urgentes quasdam occupationes suas, et mecum de rebus quibusdam arduis colloqui posset, nam si id fieri non posset, cogeretur me non viso, iter suum, quod moram non patitur, prosequi. Ego valde cupidus cum videndi hominem, tum etiam cognoscendi summam eius negocii, quod nunc in ore totius mundi versatur, traycio nunc flumen

ad locum, quem sibi delegit, et quicquid mecu egerit, et tractane-
rit, omnia vrae Rmae D. per primum Nuntium describam. Cuius
bonae gratiae me ex corde commendo. Ex Plozko die xx Maij
Anno domini M° D°. xxix°.

SIgismundo primo Regi Polonie

Petr. Tom. Eps C. R. P. Vicecancell.

SACRA Regia Mtas et domine domine clementissime.
Post humilem seruitutis et orationum mearum commendatonem. Tametsi
ego non ignorem qua clementia et equitate Jura Subditorum suorum
Mtas vra prosequi et conseruare soleat, quodque nemini quicquam nisi iuste
et causa data adimi moneriue permittat, quia tamen huc ad me
scripsit Magnus D. Georgius Radiuil Castellanus Vilnen Marsal-
cus Curiae Mtis vrae et Capitaneus Grodnen Nepotes suos filios do-
mini olim Nicolai Radiuili Palatini Vilnen aduersariorum suorum
inimicitiis et odio eo adductos esse apud Mtem vram vt dubitat
ne illi de bonis Goniacz decedere cogantur. Mti vrae supplicandum
duxi vt merita maiorum dominorum Radiuilorum et officia
que pater illorum D. Palatinus Vilnen cum summa fide et animi
affectu erga Mtem vram semper praestitit, in memoriam reuoca-
re, eosque nunc et ab inimicorum oppressione tueri, et possessione
bonorum Goniadz obtinere sinere dignetur, que bona patri illorum
pro iusta seruitute et obseruantiae studio a Mte vra liberaliter
sunt in vsum concessa et tradita. Est enim hec res digna non so-
lum equitate Mtis vrae Serenissimae verum etiam animi cuiusque gra-
titudine et pietate vt hoc quod dominis Radiuilis loco beneficii et
muneris ob maiorum suorum merita a Mte vra Serenissima datum est,
ab illis nunc sine aliqua causa non auferatur. Quare iterum atque
iterum hoc a Mte vra Serenissima rogo et enixe precor, ne simultate
et inuidia aduersariorum Dominos Radiuilos de iure suo detrudi

patiatur, neve siniat eosdem eorum adversarios cum illorum iactura locupletari. Cedet hoc in summam laudem et gloriam Mtis vrae Serenmae et domini Radiuili vna meorum perpetua seruitute sua hoc Mti Vrae Serenmae bene mereri curabunt. Quam ego seruitutem et me ipsum vna rursus in gratiam Mtis Vrae Serenmae suppliciter commendo, et felicissimam esse Mtem vram diuque cum Serenma Coniuge sua ac liberis sospitem ac incolumem vehementer desidero. Datum Cracoviae die Sanctae Trinitatis Anno domini M° D° xxix°.

Bone Regine Polonie
Petr To. eps. Vicecancellar

Sacra Rlis Mtas et domina domina clementissima

Post humilem seruitutis et orationum mearum commendacionem. Quamuis ego intelligam non satis mihi conuenire, vt me controuersiis aliquibus lituanicis interponere debeam, cum et ego istinc absim, et Mtes Regia cum Vra Mte sint pntes que pro summa sua sapientia et equitate Subditorum suorum negotia et causas tenere et dnoscere per se facile possint. Quia tamen scripsit ad me Magcus Dominus Georgius Radiuil Castellanus vilnen, et Capitaneus Grodnensis et rogauit, vt commendatione mea apud Regiam et vram Mtem negotium nepotum suorum adiuuarem, quod illis de quibusdam bonis Gomaradz nuncupatis aduersarii eorum sine causa nuper facessierunt. Mti vrae Serenmae supplico, vt et Dominos Radiuilos et causam illorum commendatam habere dignetur, neque permittere, vt conatu et opera aliquorum ex praenominatis bonis excludi vel exigi debeant que ipsis ob maiorum suorum merita et fidem ac officia pris sui integerrime et cum summa diligentia non solum in necessitate sed per totum vitae tempus Mti Regiae praestita, in vsum sunt a Mte sua data et concessa. Namque hoc pietas

et equitas suadet communis, ne sine causa beneficio quis priue-tur, quod semel est pro virtute et merito suo consequutus. faciet M^tas vestra rem clementia et equitate sua dignam et quam illi cum omnibus amicis similiterque etiam meum. M^ti vestrae Ser^mae perpetuo benemereri curabunt. Commendo me rursus et ser-vitutem meam M^ti V^ra Ser^mae, quam sanam saluam et cum Ser^mo Coniuge liberisque suis incolumem et felicissimam esse vehementer desidero. Datum Cracoviae die XXiij May Anno domini M°. D°. XXix°.

Petrus Tomiczki Ep^s Crac. Vicecancellar Ioanni Laski Archiep^o Gnesnensi. legato nato. Primati.

R^me in Chr^o p^r et domine maior honoran^e et domine colendiss^e. Accepimus l^ras P^r V^ra R^mae quibus declarat M^tem Regiam se adhortatam esse per l^ras, quarum exemplum P^r V^ra R^ma ad nos misit, Ut scilicet Synodum Contributionis decernendae gratia conuocet et agat. In qua re quia nihil statuere voluit P^r V^ra R^ma nobis inconsultis, agimus et habemus illi ob hanc humanita-tem plurimas gratias. Sententiamque illius quam ad nos de hac re perscripsit, approbamus, Namque et nobis eadem ratio qua et Pr V^ra R^mae Synodi congregatio necessaria hoc tempore non videtur. Verum si alii domini Ep^i et ordines Canonicorum ad quos etiam rescribimus P^r V^ram R^mam hoc negotium retulisse, co-trarium suadeant, et P^r V^ra R^ma illis assentiatur, Nos quoque ad illorum sententiam libenter accedemus, et quomodocumque illis et V^ra R^mae P^r. fuerit visum, ad consultationem Synodalem non mitti veniemus. Interea P^rtem V^ram R^mam esse felicissimam et quam diutissime incolumem vehementer optamus. Datum Craco-viae XX May

Petr. Tomic. Eps Crac. R. P. Vicecancell
Luce de Gorca Castell^o Posnamen̄ &
Capitaneo maioris Polonię generali

Mag^ce domine, domine et frater honorand^me. Reddite sunt mihi lrae M. Vrae, quibus requirit consilium et sententiam mea debeat ne apud Regiam Mtem agere prout amici eius suadent et hortantur Vt Dominus Andreas filius suus in Marsalcatum Curiae quem Gener M. Vrae Dominus Petrus Cmitha nunc obtinet suffitiatur, si forte vti spes est ille ad maiorem sublatus fuerit et promotus. Ego vero quia hoc ad honoris et dignitatis cum Mag^ciae Vrae, tum filii ipsius accessionem pertinere arbitror, senrio esse omni mora et cunctacione procul faciundum. Verum quia vltra haec que ad me scripsit Mag^ca Vra Dominus Andreas nomine M. Vrae a me petiit Vt lras in Commendacionem suam scriberem Regiae et R^di Mti, nunctiumque meum iam certa cum illis huc in Lituaniam mitterem. Scripsi feci ita vt optabat lras ad vtranque Mtem et Dominum Choienski, qui illic negociis curandis praeest, quas ad Mag^cam Vram istuc mitto Vt si eande Sententiam supplicandi pro filio obtineat quam ego amplectendam esse censeo et consulo, in promptu meae quoque commendacionis lras habere possit, quas simul cum suis et amicorum suorum lris vel ipsa mittat vel huc ad me remittat Vt nunctius meus si ita M. Vrae visum fuerit eas ferat ad Regiam Mtem faciam enim ego hoc non inuitus causa M. Vrae, sicuti et cetera omnia semper feci, que ad honorem et dignitatem Mag^ce Vrae et suorum omnium pertinere fui arbitratus.

Scripsi alias Mag^ciae Vrae D. Andream nimis acerbo et molesto animo esse, queriique vehementer, quod peticionis suae nuper repulsam tulerit, quod nunc etiam in ipso esse fixum et penitus radicatum

video namque mecum de hoc expostulat saepius et queritur. Ego tamen moderor atque consolatione lenio quantum possum dolorem illius, scio enim quantum haec turbatio cordis et animi soleat plerumque hominibus periculi afferre.

Nova hic ad praesens nulla sunt. Si tamen aliquid scitu dignum contigerit, non patiar esse incognitum Magnificentiae vestrae. Cuius me amori interim et benevolentiae summae plurimum commendo et eam felicissimam esse atque in multos annos cum omnibus suis bene incolumem vehementer desidero. Datum Cracoviae xxi Maii. Anno domini M° D° xxix°.

Bone reginae Poloniae
Petr. Tomicius Eps Vicecanc.

Sacra Regia Maiestas et domina domina clementissima

Post humilem servitutis et orationum mearum commendationem. Non existimabam quidem Maiestatem vestram cum Serenissimo domino nostro tam diu a nobis abesse debere, quia tamen ita nobis accidit, et Maiestatibus vestris est collibitum, boni et aequi hanc illarum absentiam consulimus omnes, precamurque ut sit mora ista illis semper felix et fausta. Verum quia multa hic indigna et maximi momenti faciunt mora, propter absentiam Maiestatum vestrarum committuntur, enixe rogo Maiestatem vestram, ut et ipsa sibi in animum inducere et Regiae Maiestati persuadere dignetur quo ad nos quamprimum revertatur et non patiatur nos tanto sui et Maiestatis vestrae desiderio et expectatione angi, facile enim id praestare poterit Maiestas vestra cum Ducatus istius negotia in ordinem erunt redacta et absoluta. Faciet Maiestas vestra rem subditis omnibus charam et iucundam Reipublicae huius regni utilem et necessariam, mihi vero in primis optatam qui Maiestatem Regiam Maiestatemque vestram et omnes illorum ac dulces liberos semper videre et intueri gestio

Commendo me humilis servitutemque meam Mti vrae Sermae quam diu sanam salvam et incolumem cum Sermo Coniuge suo et liberis felicem illustrem, semper et sospitem esse vehementer desidero. Datum Cracoviae die xxviii May anno domini M° D° xxix°.

Sigismundo primo Regi Polonie
Petr To. Eps Cr. R. P. Vicecancel

Sacra Regia Mtas et domine dne clementissime
Post humilem servitutis, et orationum mearum commendationem nihil dubito ex multorum literis et nunctiis iam satis cognitum esse Mti vrae Sermae, quod dominus Marsalcus magnus sit hic Cracoviae vita functus. Nam et ego id lris meis me scripsisse memini, quibus supplicavi apud Mtem vram Sermam Ut in locum demortui D. Marsalci sufficere dignaretur Dominum Petrum Cmitha de Visni;cze servitorem et Marsalcum Curiae suae, dignum equidem tali ho;nore virum, et eiusmodi fide et observantia erga Mtem vestram preditum Ut neminem esse alium crediderim, qui vel superare vel equare illum in hac parte valeat. Quare ego nunc hac neque nunctio neque commendatione itero Mti vrae Sermae, confido enim Mtem vram pro summa sua sapientia et officii dignitate, tum de;nique pro benemeritis domini Petri Kmithae dignam rationem et meae commendationis, et petitionis illius esse habituram. Verum quia nunc demum venit mihi in mentem fore utile et necessarium ut cum maiore officio Marsalcatus honoratus fuerit Dominus Kmi;tha, in hunc secundum etiam locum et Marsalcatum Curiae, quem nunc ipse gerit cum dignitate, honestus quoque aliquis et virtute mori;busque insignis a Mte vra Serma collocetur. Etenim non minoris esse momenti rem existimo Ut domino Kmithe, in minus, non in;ferior genere et industria succedat, quam id, ne ad illud officium

maius quod varat, alius aliquis domino Cmithe praeferatur. quem ipsa rei bene gerendae experientia omnibus sibi similibus longo intervallo praetulit, et superiorem effecit. Ac quia nunquam venit hoc mihi nunc in mentem Mti vrae Serenissimae supplico humiliter ut ad dnum Andream D. Castellani Posnan. filium, mentem et animum suum clementissimum adiicere, eumque hoc secundi loci Marsalcatu ornare, et honestare dignetur. Namque cum sit adolescens nobilis gente, claris parentibus in hoc Regno facile primis, et laudatis, ipse suo valens ingenio et prestans, tum vero quod non est in hac re postremum elegantis habitudinis, et formae adolescens, et opibus atque omni facultate abundans, poterit hoc munus cum summa sua laude, et Mtis vrae dignitate sustinere. Ego vero et amici ipsius, una cum ipso, perpetua servitute et officiis nostris hoc Mti vrae Serenissimae benemereri conabimus. Cuius ego me gratiae et servitutem meam rursus humiliter commendo, felicissimamque esse, et in multos annos cum Serenissima Coniuge sua et liberis incolumem vehementer desidero. Datum Cracoviae feria sexta proxima post octavam Corporis Chri anno domini M° D° XXIX°.

Bone Regine Polonie
P. Io. Eps Crac. Vicecancel

P SACRA Rhis Mtas et domina domina clementissima ost humilem servitutis et orationum mearum commendationem. Cum post mortem fris mei domini Castellani Gnesnen. Nunctium meum istuc cum lris misissem. Supplicaveram tum Mti Regiae ut dominum Andream filium domini Castellani Posnanien. Gnesnen. Castellanatus dignitate, ornare et augere dignaretur. Namque mihi illo dignus, et ad eum gerendum bene aptus videbatur. Mti autem vrae, et si maxime cupiebam, per oblivionem de hoc nihil scripseram. Subito enim et tumultuarie omnia tum scribebam, et luctu ac merore gravi op:

pressus, animadvertere ad singula non poteram. Quoniam aute eam dignitatem arbitratu suo in alium, quàm ego supplicaveram, Mtes vrae conferre et collocare dignatae sunt, ego in hoc conquiesco, et preces meas non admissas, modesto fero animo. At nunc demo mortuo domino Marsalco Regni, scripsi ad Regiam et vrãm Mtem lrãs, in commendationem domini Petri Kmithae Curiae Marschalci, hominis mea sententia singularis, et ad sustinendam in quoque officio dignitatem, egregie apti, Vt pro eius meritis et fide, quam in sustinendo munere suo semper prestitit, auctiorem hunc illi et authoritate superiorem locum Marsalcatus Regni, favere et conferre dignarentur. quod sane et Mtem Regiam, et Mtem Vrãm, facturam esse nihil dubito, cum ipse Mtes Vrae, per se satis noscant et perspiciant, illum ex omnibus ad id dignum, atque idoneum esse, Verum cum ille erit, vti spero, ex hoc loco, quem nunc obtinet, sublatus in alium, videor mihi videre multos sine discrimine ad eum secundum locum aspirare, et contendere pro se quemque vt illu quovis modo assequantur, apti ad id fiant necne hoc minime considerantes, modo habeant quod cupiunt, Confido tamen Mtes vras pro summa sua sapientia, in talem esse munus hoc collaturas, qualis, et sibi, et suae reipub. vtilis et pro honore esse possit. Ego equide qui officii mei esse scio, vt insinuem atque indicem Mti Regiae, et vrae Mti, quem ad aliquod munus sustinendum, idoneum dignumque iudicem, proponendum mihi duxi Mti vrae D. Andream filium domini Castellani Posnanien, quem, preter id quod est adolescens Nobilis, et claris parentibus ortus, scio esse vigenio, prudentiaque acutum, moribus gravem, etate non magis florentem, quam opibus auctu et insignem. Eum enim equidem Mti vrae Sacrae diligentissime commendo, maioribusque quibus possum precibus illam rogo et obsecro, vt hac oblata occasione, in familiam meam clementer aspicere dignetur, et efficere suo apud Mtem Regiam patrocinio et authoritate, ne quis domino Andreae in hoc secundi loci Marsalcatu obtinendo, preferatur. Namque ille, sicuti est adolescens.

industria et iudicio optimo praeditus, geret hoc munus non tam pro laude et gloria sua, quam pro dignitate et splendore, cum utrarum Altum, tum etiam Regni sui universi. Pater autem eius, et ego una cum familia nostra, perpetua servitute et officiis cumulatis, hoc et Regiae Mti et vrae, benemereri studebimus. Cui quidem Mti vrae ego quemadmodum soleo me et servitutem meam rursus suppliciter commendo, eamque felicissimam esse atque in multos annos cum Serenissimo Coniuge suo, et liberis sospitem ac incolumem vehementer desidero. Datum Cracoviae die iiii Junij. Anno domini M° D°. XXIX°.

Petrus Tomic. Eps Crac. R. P. Vicecancell
Ioanni Choienski PP Posnan Archidiaco Crac.

Ven^lis^ domine frater in Chro charissime. Cum rediens ex Lituania D. Andreas domini Castellani Posnanien filius huc ad nos venisset, declaravit nobis quam egro molestoque ferret animo repulsam quam in petitione Gnesnen Castellanatus istuc nuper accepit, multa commemorans et expendens, per que sibi et sue parentumque suorum authoritati plurimum detractum esse existimet. At nos qui in hoc genere affectuum et cupiditatum humanarum plane occallimus, solati sumus illum et admonuimus diligenter, ne tam turbato fiat corde et animo, cum occasio altera, hec sarcire illi et compensare possit. Exploratque illius et parentis sui voluntate, communicatoque consilio, scripsimus ad Regiam et R^lem^ Mtem, ut ad munus Marsalcatus Curiae quod dominus Petrus Cmitha obtinet, deligere et collocare illum dignaretur. si quod non diffido, dominus Cmitha ad Marsalcatum Regni accitus fiat et promotus. Nam equidem adolescens est egregiae indolis et plane Nobili ac Generoso animo preditus, abundans opibus et animis, valens ingenio, et forma habitudineque corporis ad munus quodque Regium sustinendum decentissimus. Quare et nos rogamus diligentissime

ut opera vra desiderium et petitionem hanc meam sedulo et officiose adiunetis. Nanque res haec periculo carere non posset, prout et vos ampl. aduertere potestis, si tam crebro Nobilissimi eius adolescentis et facile in hoc Regno primi, preces reyciantur, exacerbati enim cum fiunt viri insignes repulsa accepta alicuius sue honeste petitionis, difficiliores tum in repub. actiones et impedita hominum studia reddunt et conciliant, tametsi hec considerare non debeat Princeps, qui ad honores sustinendos et gerendos Magistratus viros sibi querit et deligit idoneum, namque arbitratu suo, et virtute preditum, repugnantibus etiam ceteris optare debet et adhibere. Tamen cum dominus Andreas non modo comparandus in virtute esse ceteris possit, verum etiam praeferendus multis, suadere hoc audemus et contendere apud Regiam Mtem, ut illi alterum in hac petitione Marsalcatus Curiae suae neminem praeferat. Etenim magno cum decore Mtis suae, et tocius Regni dignitate, ac commodo, poterit hoc munus exercere suamque gentem, accurata administratione honoris sibi commissi, claram efficere et insignem. Cuius rei, si ita uti cupimus authór fiat, Mtas Regia, et dominum Castellanum Posnanien, et omnem familiam illius facile sibi deuinctam efficiet, et ad omnia propensam atque studiosam reddet. Cupimus vos felicissime valere. Datum Cracoviae die iiii^ta^ Mensis Junij. Anno domini M° D° xxix°

Petrus Tomic. Eps C. R. P. Vicecancell.
Luce de Gorca Castellano Posnaniensi
& Capitaneo maioris Polonie generali.

Mag^ce domine, domine et frater Honoran^me. Accepi lras Mag^a vrae e quibus velle mag^am vestram intellexi, vt nunctius meus lras in causa filii sui domini Andreae scriptas, in Lituaniam ferret, quare e vestigio vnum misi, lrasq3 accuratius qm excogitari poterant scripsi, fortunet deus hanc missionem meam, vt et nunctius mature illuc perveniat, et nos quod cupimus assequamur. Pridie sunt mihi reddite a domino Choienski lrae, quibus scribit Marsalcatus magni officio et dignitate Dominum Petrum Cmitha Generum M. Vrae ornatum esse, ob quod ego vehementer sum letatus, Mag^am vero vram exinde etiam non mediocrem consolationem capturam esse certo scio.

De altero Marsalcatu scribit dnus Choienski Mtem Regiam adhuc deliberare, esse tamen plurimos, qui in petendo illo non desunt sibi ipsis.

Quod attinet ad debita Subditorum Mag^a Vrae, non existimabam equidem in tantam summam pecuniae excedere illa debuisse vti nunc ex servitorum meorum lris intellexi, quare retuli hoc ad d. Palatinum Cracovien. contutorem meum, et collato consilio ita de illis constituimus, Vt debitorum que vera legitima probabiliaq3 esse possent pars ad presens solveretur, reliqua vero pars posthac ex proventibus bonorum Samothuli numeraretur omnibus creditoribus. Probationem autem cuiusq3 debiti, tametsi sciamus ex legittimis testibus hoc est iureiurando creditoris cum sex aliis fide dignis eiusdem Civitatis possessionatis hominibus constitui debere, equitatis tamen servande causa eiusmodi nos esse debere illam decrevimus vt debita cuiusq3

que decem marcas pecuniae non excederent, queque servitoribus bonae memoriae domini Swidwa cognita essent a creditoribus solis qui pro illis agent iureiurando comprobentur, ita ut singuli in id quod sibi debetur ipsi iurent. Debita vero que summa decem marcarum excedunt queque et vetera sunt, et non ita liquida ut alicui ex servitoribus defuncti cognita fiant, singuli creditores cum sex sibi adiunctis sue Civitatis hominibus bene possessionatis et probatae fidei viris, iuramento comprobare debebunt. Atque ea omnia que ita probata erunt, suscipere servitoribus meis in obligacionem fecimus, et partem eorum p[rese]nti pecunia dissolvere, partem vero prorogare et differre ad insequencium annorum tempus cum pecunia ex provenctibus comparabitur et colligetur. Nam pecunia tanta nunc pupillorum non est qua omnibus creditoribus ex omni suo ere satisfieri posset. debetur enim non solum subditis Mag[nificen]ciae v[est]rae pecunia. Verum et subditis pupillorum in Szamothuli, et mercatoribus nonnullis Posnanien[sibus], et aliis plerisque, Id itaque quod unicum cum domino Palatino Crac[oviensi] equum et iustum mihi est visum, boni consulat Mag[nificenci]a v[est]ra, Nam hoc ad officium nostrum pertinet curare, ne pupilli iacturam et detrimentum aliquod paciantur, neve plus iusto alicui dent vel solvant, presertim cum p[ate]r illorum sit mortuus, qui solus sciebat cui quid iuste solvere debebat, et creditoribus qui debita sua repetunt non adsint legitime probaciones et documenta, Commendo me amori et benevolenciae fraternae Mag[nificenci]ae v[est]rae, quam sanam salvam et cum suis omnibus diu incolumem et felicem esse vehementer desidero. Datum Cracoviae iii[a] Junii. Anno domini M[o] D[o] xxiv[o].

Sigismundo primo Regi Polonie
Petrus Tomic. Eps Crac. R. Polonie Vicecancellarius.

Sacra Regia Mtas et domine domine clementissime. Post humilem seruitutis et orationum mearum commendationem. Opinor iam perlatum esse ad Mtem Vram de morte domini Stanislai de Chodecz Marsalci Regni Mtis Vrae Serenissimae ad quod officii munus ego iam aliis lris D. Petrum Cmitha affinem meum Mti Vrae commendaui. Verum quia et D. Palatinus Cracovien. mea opera in hac re et commendatione uti voluit has alias manu mea exaraui vt ijs animi mei sententiam liberius Mti Vrae explicarem, et equidem de D. Palatini fide erga M. Vram et in exercendis negociis publicis industria, multa me commemorare non oportet, nam haec ipsi Mti vestrae sunt satis de illo cognita et perspecta. Verum quod ad rem attinet, Mtem Vram plurimum rogo vt hoc officium Marsalcatus Regni sui illi conferre dignetur. Nam cum ille id expetit, et aliud nullum hactenus iunctum cum Palatinatus dignitate officium habuit vti ceteri Palatini Cracovien. antea habere erant soliti, satis dignum existimo. Vt Mtas vestra Serenissima per hanc occasionem illum desiderii sui compotem faciat, eaque re illum sibi ad sua reipublicaeque suae commoda deuinciet. Nam procul dubio hoc beneficio a Mte Vra accepto ille erit rerum et vtilitatis Mtis Vrae obseruantissimus cum omni facultate et ingenio suo quo hic et in obseruatione iuris, et in gratia populari plurimum valet et potest. In quo faciet Mtas Vra rem equidem dignam sapientia sua et reipub. suae plurimum in modum vtilem, mihi uero et multorum aliorum animis amplissime satis faciet Mtas Vra. Sed quoniam ego haec soli Mti Vrae aperire volui vehementer illam rogo ut lras certas conscindi vel concremari faciat ne quis iudicii istius mei sententiam cognoscere possit. Commendo me seruitutemque meam Mti

Petrus Tomiczki Eps Crac. R.P. Vicecancell
Petro kmite de Wissnicze Castello Voinicen
Marsalco Curie regie. Scepusien. Colensi et
Premisliensi Capitaneo.

Magce domine amice et affinis charissime ac honorandme. Cognoui ex litteris domini Choienski que mihi nudiustertius sunt reddite, ornatam esse Magam vram a Mte Regia officio Marsalcatus Regni ob quod ego vehementer eram consolatus. Nunc etiam plurimum gaudeo, magnopere enim me delectat, quod maior ratio virtutis et optimorum meritorum Maga vestre quam alterius cuiusque ambitionis sit habita. Quare maiorem in modum isti illius tante tamque insigni pronectioni ego gratulor, optoque ex animo, vt hec dignitas et diuturna illi esse, et in summam laudem illam suosque omnes euehere possit, quod facile futurum arbitror, si hanc qua dudum vsa est Maga vra prudenciam consiliumque suum ad hoc sibi datum munus accommodare voluerit. Cupio felicem esse Magam vram et diu cum omnibus suis sospitem ac incolumem. Datum Cracouie quarta Junii Anno domini M° D°. xxix°.

Petrus To. Eps Crac. R.P. Vicecancellarius
Ioanni Choienski Plto Posn Archidiacono
Cracouiensi & secretario regio.

Venlis domine, Heri reuersus istinc Jaroszek Nuncius noster Regie et Rlis Mtis item et vras lras nobis reddidit, quibus est animus noster non mediocriter exhilaratus, nam ex illis perspeximus Mtem Regiam ad priorem valetudinem iam prope restitutam esse, viribusque confirmatiorem in dies existere, ob quod sit dominus deus semper benedictus. Egritudo enim Mtis sue acerbissimo percelluerat nos omnes dolore et sollicitudine tenebat molestissima, nunc vero

isto accepto nuntio, recreati rursus omnes sumus, et exultamus laetitia

Scribemus Mag^co domino Castellano Posnanien fri nostro, haec quae et Mtas Regia et vos nobis de officio Marsalcatus Curiae Regiae vacante scripsistis. Dolemus vero magnopere, quod dominum Andream adolescentem summe Nobilem nulla in re opera et commendatione mea iuvare potuerimus, Verum quia ita visum est Mti Regiae dno meo clementissimo, equi bonique id consulimus, et aliud aliquod tempus expectabimus, quo fortunatior in promonendo illo opera mea esse possit, Tametsi veremur ne non ita semper vel etas immatura illi obijciatur, vel mentalis alterius absit designatio

De Paedago Regis pueri

Priusquam hinc abijsset Mtas Regia, constituere meum dignata erat ut ad Illrem Principis filij sui institutionem vir aliquis probus, et moribus vitaque integer adhiberetur, nunc vos scripsistis Doctorem Siculum ei Prouinciae et praeceptioni praefectum esse, quod probare non possumus Nam et Siculi vita est nobis optime cognita, et hoc quoque perspectum, quod Principis Christiani educatio, qui multis populis praeesse et imperare debet, duce probo, et non contaminatae vitae indiget, quique inter prima rudimenta et etatem teneram praecepta religionis instituat bene Valete. Datum Cracoviae XXiiii Junij Anno domini M° D° XXix°.

Andreas Cricius Eps Plocen
Petro Tomicio Epo Crac. Vicecancel

Rme in Christo pr, et domine mi colenme. Non est quod hunc ad presens scribam vrae Rmae D. neqz si esset, pre nimio dolore capitis et febricula, possum, causam nostrorum Podlodomien iuvi hic, quantum potui, et iuvabo in posterum licet iam tenet in me et queratur D. Naropinski invictissimus litigator / Cothwicz bonus servitor defuncti olim D. Castellani Gnesnen. heret adhuc in Stabulo Regio licet oppugnatur acriter, quem pro eo, quod gentilis meus est, et magna virtute preditus commendavi, ut potui utrisqz Mti, et amicis aulicis, sed proletaria et infirma erit commendacio mea, nisi adsit gra et favor vrae Rmae D. Itaqz oro illam plurimum non desit ope, et patrocinio suo servitori fraterno et benemerito. Solebant enim apud maiores Mtis Regiae, non maioris estimationis homines hunc gerere Stabularium magratum. Quando iste meus Rabula rursus huc rediturus erit, non dedignetur vra Rma D. me aliquibus rebus novis impartiri) Ostendit mihi D. Prepositus Gnesnen lras fratris sui domini Palatini Siradien, quibus illi scribit, se iam convenisse cum militibus illis Germanicis, quos in Hungariam ducturus est, speratqz se pro festo Sancti Joannis illuc cum eis venturum. Scribit numerum eorum xv millia conducta quinquaginta quor millibus aureorum mensternis, non grande quidem stipendium iuxta morem Germanicum sed nescio quam prestabile. Dominus Deus omnia bene vertat. Commendo me et servitia mea vrae Rmae D. quam dominus deus servet semper sospitem et felicem. Ex Ploczka die v. Junij. Anno domini Mo Do xxvjo.

Petrus Tomiczki Eps Cracoviensis
Et Regni Polonie Vicecancellarius

Proceribus ac optimatibus Bohemie.

Spectabiles et Magci domini, amici charissimi ac honorandissimi.
Judei Civitatem hanc Cracovien incolentes magno lamento et obortis passim lachrimis ad me accurrerunt, detuleruntque mihi affines suos et amicos Judeos qui ad bona spectabilium dominorum de Pessink commigraverant, magnam cladem et oppressionem cum infortuniis, tum in vita quoque sua nuper suscepisse, aiunt enim illos falso et per calumniam apud Spectabiles dominos de Pessink ob raptum et occisionem clandestinam infantis cuiusdam Christiani accusatos igni datos concremandos, quibus tamen illi existimant causam mortis non prebuisse delictum, ob quod insimulati feruntur esse, verum peculium eorum amplum et suppellectilem copiosam quam secum attulerant. Etenim non prius in illos crimen occisionis pueri est causatum, quam illi abire alio et fortunas suas ex bonis dominorum de Pessink exportare velle sunt auditi, quarum fortunarum occupandi cupiditas calumnie faciende occasionem in Judeos hiis prebuit qui sunt illos criminati. Cum autem multa in eam sententiam apud me commemorarent, et acerbe fortunam suorum cognatorum et affinium deplorarent, rogarunt tandem a me ut apud Magcam Vram meas interponerem partes, et negocium hoc illorum de quo conqueri apud Serenissimum dominum Regem Ferdinandum volunt, patrocinio illius commendarem. Ego vero tametsi non ignorem veterem hanc esse apud Christianos suspicionem de Judeis quod pueros religionis nostre rapiant, illorumque iusto et innocenti sanguine abutantur, quia tamen multoties ex invidia quoque hominum ob id criminatos illos esse sum expertus, prout et nunc ipsi in affines suos factum esse adiurant. Rogo plurimum Vram Magcam ut pro equitate sua causam illorum tueri et promovere apud Mtem domini sui velit et efficere quantum in se est

ut et agendi contra dominos de Peszink facultas illis detur et iustitiae consequende tribunalia p[otes]tas. Nam eadem r[ati]one nos pios et iustos convenit esse in Iudeos uti in alios quoscunque homines cum quibus bona fide agere ex officio pietatis Christianae tenemur. Cedet hoc in honorem v[est]rae Mag[nificenti]ae, et in summam laudem ac gloriam Ser[enissi]mi Regis ac domini sui, cuius nominis et gloriae, et ego et iudei iii praecones erunt atque testes si a iustitia que iure publico cuiuis debetur non excludentur. Commendo me amori et benevolentiae v[est]rae M. quam diutissime sanam et felicem esse vehementer desidero. Datum Cracoviae xi Iunii. Anno domini M° D° xxix°.

Petrus Tomic. Ep[iscop]us Crac. R. P. Vicecancell. Alberto Gastoldt Palatino Vilnen Cancell[ari]o Lituaniae.

MAG[nifi]ce domine amice charissime ac honorandissime. Contuli et egi diligenter cum domino Severino Boner Zuppario et Magno Procuratore Cracovien, q[uod] me per l[itte]ras Mag[nificen]tia v[est]ra rogaverit, ut scilicet de ~~morte~~ dote quam post mortem sororis suae a domino Stanislao Radiuilo illius marito repetit, aliquid remittat, sumptuumque eius quos in convenienda traducendaque uxore magnos fecerat, benignam habere vellet r[ati]onem. Verum tamen profecere in hoc parum aut nihil potui. Nam ille respondit non habere se hoc in p[otes]tate sua, ut aliquid ex dote sororis defunctae remittat, cum ea non ad se tantum sed ad alios fratres et sorores pertineat, quorum ille ad presens copiam hic habere non potuit, ut cum illis de hac re consulat. Ceterum etiam dixit sibi hoc videri novum et preter equitatem ut sumptus facti itineris refundere vel compensare ex hac dote debeat que iam iure publico et ex pacto l[itte]rarum tota reverti ad se fratresque suos et sorores debet, ait se l[itte]ras pacti initi et firmati habere, usque uti velle ad repetenda a domino Stanislao pecuniam quam dotis nomine cum sorore sua

acceperat. Quare ego M. V. rogo Ut haec uti sunt domino Stanislao referre dignetur, bonisque ipsa consulere quod accidit, et D. Stanislaum inducere quo id quod debet sine controversia Domino Boner et eius fratribus restituat. Nam si in restituendo difficilem se non praestabit, poterit et dominum Boner in remittenda aliquantula dotis parte facilem agnoscere. Commendo me amori et benevolentiae M. V. quam sanam salvam et incolumem esse vehementer desidero. Datum Cracoviae.

Petrus Tomic. Eps Crac. R. P. Vicecancel
Stanislao Radiuilo Pincerne Lituanie

Mag.ce domine et amice charissime. Cum allatum esset ad nos uxorem d. V. ab humanis sublatam, acerbe tulimus et illius mortem, et luctum d. V. quem ex iactura uxoris charissime suscepisse illa credebamus. Verum quia hos casus humanos inevitabiles esse sciebamus, et qui non arbitrio meo sed divina providentia inter nos contingunt solati eramus in hoc luctu d. V. prioribus nostris literis quas non multo ante tempore ad illam scripseramus. Quod ipsum etiam nunc facimus et rogamus, Ut a merore temperare velit neque in hoc quod in uxore sua contigit divinae voluntati resistere. Nam haec quae adversum Judicium dei tentantur frustra fiunt, et praeter hominis Christiani officium.

Sumus loquuti et egimus diligenter cum d. Severino Boner Zuppario et Magno procuratore Cracovien. Ut in repetenda dote post mortem sororis, et uxoris D. V. defunctae, amice cum illa agat, habeatque equam rationem sumptuum D. V. quos in convenienda huc et illuc item traducenda sorore illius grandes se fecisse scribit. Verum proficere parum potuimus. Respondit enim actionem hanc repetendae dotis non uni sibi tantum competere, sed communem esse cum aliis

fratibus sororibusque suis, quorum se ad presens copiam hic habere non posse dicebat. Ceterum etiam addidit se mirari plurimum, quod sumptus suos in habito itinere factos D. Vrã compensare cupiat, cum haec a nemine vnquam fieri est auditum, neque ipse facere se in partis de hoc solemniter initis obligauit, ait enim pacti conuenti lrãs se habere, a quibus discedere non putat sibi esse integrum, na illas et secundum formam iuris communis, et cum consensu mutuo scriptas esse affirmat. Nos autem contra has ipsius rationes contendere nesciebamus, cum presertim habemus incognitum, quantum sibi ex summa dotalis pecunie remitti cuperet D. Vrã. Nam si non multum aliquid postularet, speraremus illum inclinari posse ad transactione amicam. Verum tamen tum id ab illo petendum iudicauerimus cum restitutio dotis fieri inciperet. Quare M. Vrãm rogo, vt hoc quod a nobis in hac re prestari potuit, boni consulere velit, et cum dño Boner ita agere vt ex pacto inter se et illum conuenerit. Nam facilius id erit ab illo aliquid impetrare, cum amice negotium agetur, quam si iuris ratio in hoc teneatur. Bene valeat Magca vrã et sit diu incolumis et felix. Datum Cracouie xiii Junii. Anno domini M°. D°. xxix°.

Petrus Tomiczki Eps Crac. R. P. Vicecancell
Chrofero Sidloveczki Castell et Capit. Crac.
Regni Polonie Cancello. Corczinen Gostinen
Sochaczevien Capito.

Magce domine domine et amice honorandme. Dominus Joannes Radivilus Pincerna Magni Ducatus Lituanie postridie sui huc adventus privatim me convenit et gravi expostulatione verborum suam fratrumque suorum animi perturbationem in quam inimicorum suorum odio vel invidia sunt adducti mihi declaravit. Cui quidem ego perturbationi sue cum humaniter uti decebat indoluissem, solatus sum illum verbis amicis et sincera voluntate quidquid in hac re sentiebam illi suasi, monens illum atque exhortans ut quid agat diligenter consideret, neve voluntatem et authoritatem Principis ac domini sui, necessitati sue anteponat, verum modestiam amplectatur, gratiamque potius in causa sua Mtis Regie querat, quam iudicium aliquod persequatur.
De Procuratore etiam hinc in Lituaniam ducendo multis rationibus que me movebant illi dissuadebam, cum tamen illum in meam sententiam adducere non potui, propter amicos quibus ille discedens de consilio aduehendo fidem se dedisse dixit, suasi illi ut nullo modo hominem externum secum illuc ducat, sed si utique procuratorem habere vellet, eum hinc e Regno sibi deligeret, inter alios autem nominavi et consului illi ut D. Subiudicem Crac. aut D. Naszilowski secum ducat, qui mihi causarum actores inter alios domesticos solertes et prudentes esse videntur, propterque modestiam omnis Rme et Rli Mti plurimum grati. In qua re quid ille cum vra M. constituet erit in illius et vre M. arbitrio et iudicio, cuperem tamen ut id quod ille agit bene illi vertat.

In eo quod visum est Magcie vre ut dominus Martinus Zborowski Conciliator negotium dominorum Radivilonum curet et commendet Mti Regie nomine meo, ego et D. Thesaurarius illi assentimur, modo

id modeste et prudenter faciat, utque mea conditio in re tanta apud Mtem suam Regiam Dnm nostrum admittere videbitur. Nanque cavendum est diligenter, ne ob eam rem vel Regiae vel Rolis Mtis animus per nos offendatur. Praeter haec nihil habeo quae scribam Magtae vestrae, quare me amori et benevolentiae illius fraternae commendo, optoque ut sit semper felicissima et cum suis omnibus diu salva et incolumis. Datum Cracoviae xvii Junii Anno domini M° D° xxix°.

SIgismundo primo regi Polonie Petr. Tom. Eps Crac. R. P. Vicecancel

Sacra Regia Mtas et domine domine clementissime. Memini crebro sollicitatam esse Mtem vram a pluribus Regni incolis et publicis terrarum nunctiis, ut curare dignaretur, Coniungi Ducatus Lituaniae et Regni publicas ad resistendum Tartaris praestationes et copias, idque certa ratione et necessario consilio illos fecisse scio. Nam cum eorundem hostium vis et hostilitas pariter Lituaniam et Regnum infestet, et quivis iudicare posset hosti tunc maxime resisti, illumque arceri posse cum animorum sumptuum et copiarum sit facta in Regno et Ducatu coniunctio atque unitas, videbantur se ex commodo et utilitate Regni facturi, si id a Mte vra impetrarent. Quam quidem petitionem cum ego sperem illos repetitis vicibus quandoque adhuc iteraturos, ad officium meum pertinere sum arbitratus, ut Mti vrae hoc in memoriam dum istic adhuc est reducerem. Quo postmodum illa et subditorum suorum istiusmodi flagitationes expendens, et utilitati dominiorum suorum consulens, eius quoque rei nunc cum Consiliariis Ducatus istius inter ceteras de publicis commodis disceptationes, mentionem facere possit, et eo ipso tam subditorum suorum desiderio, quam utriusque reipublicae saluti et commoditati satisfacere. Cupio Mtem vram Serenissimam

semper esse felicissimam, et cum Sermā Coniuge suavissimisque liberis suis quamdiutissime sospitem et incolumem, Cui et me et servitutem meam iterum humiliter commendo

Petrus Tom. Eps Crac. R. P. Vicecancel
Ioanni Choienski Plco Posn Archidiaco
Cracouiensi & Secretario regio

Venlis domine frater in Chro charmme. Scripsimus lras meas ad Mtem Regiam in commendationem negotii uxoris Nicolai Salomonis defuncti quod ipsius negotium vobis quoque commendamus et rogamus a vobis plurimum ut Mtis suae Regiae animum ad causae equitatem et petitionem meam inclinetis quam ex his lris perspicietis quas de hac re ad Mtem suam scripsimus

Ceterum rogamus vos ut animadvertatis et observetis diligenter circum Regiam et Reginalem Mtem, si quid de nobis ab Iusto Lodovico scriptum istuc exit. Namque advertimus nos iracundo et acerbo existit animo propter patrocinium et operam quam in vindicanda iniuria sex sacerdotum et cantoris Ecclae meae, qui tempore illius Proconsulatus capti et in carcerem vi coniecti fuerant, pro officio et debito meo praestamus. Instituimus etenim hanc insignem iniuriam sacerdotum meorum impunitam non relinquere et eam com vindictae in eum pro violata libertate Eccae et iurisdictione mea exercere quae nobis de iure communi et Provincialibus statutis concessa est, maxime cum id suscipere detrectavit quod iam nos in satisfactionem tanti admissi amice et favorabiliter cum Capitulo nostro illi praescripseramus. Iactat autem se Regia negotia interuenisse ... si a nobis quicquam erga se quod displiceat fuerit attentatum. At nos neque verbis illius proferto neque ullo alio conatu abduci vel deterreri nos patiemur, quin id quod est officii et iurisdictionis nostrae in eum exequamur, qui nos et libertate

Ecclesiam non leviter lesit et offendit. Vos tamen si que inciderit mentio de hoc apud Maiestatem Regiam, causam nostram uti debetis pro officio vestro defendatis et excusetis quod potestis. Et bene valeatis. Datum Cracoviae xii Iunii Anno domini M°. D°. xxix°.

Petrus Tomiczki Episcopus Crac. R. P. Vicecancel. Ioanni Choienski Praeposito Posn. Archidiac. Crac.

Venerabilis domine, frater in Christo charissime. Scriptis iam omnibus his quas istuc ad vos Giersdorf laturus erat, reddite sunt nobis literae vestrae per Stamerlam Nuntium domini Castellani Crac. quibus nos simul et de egritudine vestra et de morte domini Episcopi Camenecensis facitis certiores, que utraque res non mediocrem dolorem nobis attulit. Nam et vobis optimam ac inoffensam valetudinem favemus, et illi vitam nunquam invidebamus. De vobis autem nihil miramur quod ita in egritudinem incidistis, cum intelligimus quantos labores vigiliasque in negotiis Maiestatis Regiae sustineatis. Speramus tamen vos pristinam vestram cito recuperaturum iri sanitatem, si modo et vestram curam et medicorum operam, quemadmodum expedit adhibueritis, ob quod vos plurimum rogamus et hortamur. Nam si ita facietis, et in laboribus vestris modum tenebitis, facile valetudini vestrae consuletis.

De sacerdotiis domini Episcopi Camenecensis que adhuc vacant, cui erit provisus facietis nos certiores. Cupimus enim intelligere in quem Episcopatus vacantis dignitas erit collocata. Vos bene valeatis et valetudinem vestram curate diligenter. Datum

Petrus Tom. Eps Crac. R. P. Vicecancel.

Otte de Chodecz Palatino Podolie
Halicien Colomien Snatinensi Capito

Magce domine, amice charme ac honoranme. Paulo ante quam redditae mihi essent literae vestrae M. vidi et legi literas apud dominum Epm Sirmien scriptas illi ex Hungaria, quibus significatur illi et de adventu Imperatoris Thurcorum cum magnis copiis in Hungariam, et de Moldavien et Transalpino woyewodis, qui iure debent cum gentibus suis contra Transilvaniam. id quod literae etiam vestrae Magcae indicant, quae quod ea quae habuit de his rebus explorata ad me perscripserit, magnas illi ago et habeo gratias.

In negotio vestrae M. nullum accepi responsum a Mte Regia scripsit vero mihi dnus Choiensis mentem suam propensam esse ad satisfaciendum votis et desideriis vestrae M. modo illa praestet ea quae promisit. Ego bene recordor quibus condicionibus petiit vestra M. concedi sibi in administrationem Capitaneatum Leopolien. promittebat enim remissuram se Mti Regiae post mortem suam omnes pecuniarum summas, quas habet ascriptas sibi in Castro et Civitate Halicz, et nonnullis villis prope Rohathin reservatis duntaxat ex illis sibi mille florenis seu marcis pecuniarum libere dispositioni suae, Capitaneatum vero ipsum Leopolien offerebat se vestra M. ita administraturam tantumque de proventibus illius quotannis soluturam esse, quantum quisque alter Capitaneus solvere posset et deberet. Si igitur has aut alias condiciones proposuit vestra M. per suas literas et Nuncium, eas Mti Regiae significare velit, et certo speret quod Mtas sua non gravabit vestram Magam, nec cupiet ab ea id quod ipsa cum bona gratia consanguineorum suorum praestare non posset.

Heri advenit huc Cubicularius Regius ex Vilna, cum literis quibus

declarabitur nobis Mtem Regiam die penultima Maij in gravem, egritudinem febrilem incidisse, hii tamen qui ad me scripserunt, cum iam idem Cubicularius inde discessurus esset, nunciarunt mihi, positis scedulis in literas suas, quod Mtas sua post diem tertium longo melius habere cepit, nam et dormivit, somno naturali, et cibum cum appetitu sumpsit, et cum in urinis, tum in pulsu dedit signa bone valetudinis, puto autem quod Reginalis Mtas declarabit id quoque suis literis Vrae M. quam ego cupio sanam et felicem esse in multos annos, eiusque fine benevolentiae me commendo. Datum Cracoviae die XVI Junii Anno domini M° D°. XXIX°.

Sigismundo primo Regi Polonie
Petr Tomiczki Eps Crac. vicecancel

Sacra Regia Mtas et domine dne clementissime. Post humilem servitutis et orationum mearum commendationem. Erat hic nuper Dominus Palatinus Podoliae, et is cum videret D. Stanislaum de Chodecz Marsalcum in extremis vite laborare petiit a me Vt si illum contingeret mori, se ad aliquod officium Mti Vrae commendarem. Ego vero quia illius fidem erga Mtem Vram et officia diligentissime servitutis satis insignia novi. Nam in illa parte Regni ubi habitat, neque sumptibus neque labori parcit ut Mti Vrae et reipublice commodis inserviat. Mti Vrae Serenissimae supplico, ut in commutatione hac officiorum, que obtigit, illius servitutis et sumptuum quos fecit in aula existens benignam rationem habere dignetur. nam et ille id meretur, et Mtas Vra non in ingratum beneficium conferet. Scio enim illum servitute sua et officiis omnibus gratum hoc Mti Vrae effecturum esse, quod pro gratia et liberalitate sua Regia in illum conferre dignabitur. Ego vero ipse servitute mea id Vrae Mti Serenissimae bene mereri curabo, quam illi iterum atque iterum in gratiam Vram

meam suppliciter commendo, et felicissimam esse Mtem vram
et in multos annos cum Serma sua Coniuge et liberis sospite
ac incolumem vehementer desidero. Datum Cracoviae

Sigismundo primo Regi Poloniae
Petrus Tomic. Eps Crac. Vicecancel.

Post Sacra Regia Mtas et domine domine clementissime
obt humilem servitutis et orationum mearum commendatione
vehementi me et omnes in hoc Regno subditos Mtis vestrae do
lore atque perturbatione afficit Nuntius quem nuper de adver
sa valetudine Mtis vrae accepimus, namque et nobis omnibus
et toti Christianae Reipublicae bona salus Mtis vrae Sermae
sime est chara, utilis, ac necessaria, pro qua ego indignus cu
omnium meorum sacerdotum coetu assidue Deum omnipotentem
oro, et confido equidem, quod dominus deus pro sua bonitate et
clementia Mtem vram nobis et pristinae sanitati restituet, et
diu servabit incolumem et felicem. Verum cum Mtas vra
valetudinem pristinam recuperabit, prout ego futurum cito spero,
suppliciter ab illa rogo, ut quamprimum ad nos cum Serma Co
iuge sua et liberis reverti dignetur, et illius Coeli et terrarum inclemenciam
mature devitare, cuius solius causa iam bis in bona valetudine
sua Mtas vra est offensa. Hic enim rediens Mtas vra, et aeris
salubritate meliore, et rerum omnium ad usum pertinentium
commoditate et copia maiore feliciter frui poterit. Quod ut facere
velit M vra, iterum atque iterum illam rogo. Cuique me et ser
vitutem meam rursus commendo perpetuo, et felicissimam esse
Mtem vram ac diutissime cum Serma Coniuge sua et libe
ris incolumem vehementer desidero. Datum Cracoviae XX
Junii. Anno domini Mo Do XXXo.

Sigismundus Primus Rex Poloniæ

Petrus Tomic. Eps Crac. R. P. Vicecancel.

P Sacra Regia Mtas et domine domine clementissime.
Post humilem servitutis et orationum mearum commendationem.
Ioannes Dantiscus servitor Mtis vræ, mittens istuc ad Mtem vram
fratrem hunc suum, scripsit mihi, quod accepto mandato Mtis vræ de
reversione sua, curavit quidem se ab Imperatore absolvi et iter
Poloniam versus suscipere, verum quia ab illius Mte cum iam
discessisset, et per Regnum Galliæ transire deberet, revocatus
erat ex itinere nuntio et his reversalibus, coactus est ad reditum
suum in aliud tempus differre, et iter diversum a Regno Fran-
ciæ instituere. Namque scribit Imperatorem classe in Italiam conte-
dere debere, seque in comitatu suo habere velle. De qua re cum
esset solicitus multum, ne forte id præter voluntatem Mtis vræ
faciat misit fratrem cum his ad vram Mtem quibus se de mora
excusat et supplicat illi ut fratrem suum reversus ad se maturæ
remittere dignetur, et eo internuntio sibi mandare, si quid cum
Imperatore priusquam illinc discedat Mtis vræ nomine tractare
adhuc debeat. Quare cum istuc pervenerit frater Dantisci præ-
nominatus Mtem vram servmam plurimum rogo, ut illum et
clementer audire et viatico provisum cito absolvi iubere dignetur.

Dum hæc scriberem nuntius meus mihi istinc ex Vilna rediit, attu-
litque cum a Mte vra, tum ab aliis plerisque dominis et amicis
meis lras quæ me mirifico ac iucundo gaudio lætitiaque afferent,
perspexi enim ex illis Mtem vram periculo egritudinis suæ
superato, ad pristinam valetudinem redisse, et vires recupe-
rare incepisse, qua re nihil charius vel optatum magis mihi
contingere potuit, cum hoc solum mihi iucundissimum et præstantissimum

in vita videatur. Ut Mtas vra dintissime sit salva et incolumis, pro cuiusquidem ego salute, cum omni meorum sacerdotum ordine apud divinam clementiam preces obtuli et orari assidue, orabo que deinceps incessanter. Cum autem ut video exauditi sumus, et de valetudine Mtis vrae consolati, vehementer ego illi supplico ut brevi ad nos cito revertatur cum Serma Coniuge et liberis suis dignetur, istud que celum quod illi et his qui eam istuc comitati sunt est infestum, propere relinquere. Nam quanto celerius id declinabit Mtas vra, tanto plus et valetudini et commoditati sue, suorumque omnium consulet; nobis vero omnibus rem longe iucundissimam faciet. Commendo me rursus et servitutem meam Mti vrae Sermae, quam felicissimam esse, et cum Serma Coniuge sua ac liberis bene incolumem vehementer desidero. Datum Cracoviae die XXiiii Junii Anno domini M°D°XXX°.

Tomicius Eps Vicecancel
Bone Regine Polonie

P Sacra Regia Mtas et domina domina clementissima post humilem servitutis et orationum mearum commendationem. Is qui meas reddet lras Mti vrae Sermae Dantisci frater est. missus ab illo ex Hispaniis ad vram Mtem puto propterea ut se de mora redditus sui excusaret, utque certiorem faceret Mtem vram quod acceptis lris Mtis vrae et mandato reversionis se illico absolverit, et quod rursus ex itinere nuntio misso, sit ab Imperatore hac de causa revocatus ut secum in Italiam proficiscatur. Pro ut hoc frater eius Mti vrae explicabit. Ego vero quia me per lras quoque ob id rogavit. Mti vero supplico ut eundem eius fratrem clementer in omnibus audire, et cito rursus ad se cum bona gratia remittere dignetur

Scribenti hæc mihi, Nuncius meus qui istinc rediit lras Mtis Regiæ et
Mtis vestræ mihi reddidit, quæ me summo gaudio et consolatione
attulerunt, cum propter Mtis Regiæ valetudinem recuperatam
tum propter spem, quam mihi de celeri ad nos reditu illius et
vræ Mtis dare visæ sunt, ob quod ego ingentes ago Mti vræ
Serenissimæ gratias, Illamque summis oro precibus, vt perseuerare in
hac sententia dignaretur, et curare apud Mtem suam vt quam
celerrime se ad nos conferat, locumque istum sibi generique suo et
suis Aulicis infestum, relinquat. Nam ista ratione, et suæ Mtis
saluti et necessitati multorum consulere poterit Mtas vra, mihi
vero et omnibus Regni huius incolis rem longe charissimam
et gratissimam præstabit. Quam illi ego perpetua seruitute mea
benemereri curabo. Commendo me seruitutemque meam diligen-
tem in gratiam Mtis vræ Serenissimæ, quam sanam saluam et
semper cum Serenissimo Coniuge suo et liberis felicissimam esse,
vehementer opto. Datum Cracoviæ die xxiiii Junii. Anno
domini M^o D^o xxix^o.

Petrus Tomiczki Eps Crac. R. P. Vicecancell. Ioanni Dantisco oratori regio apud Carolum Quintum Cesarem Catolicum

MAg^ce domine amice mi charissime. Accepimus lras vras, ex quibus
simul et ex fratre accepimus causam moræ et tardioris reuersionis
vræ, quam iam pridem scire plurimum optabamus. Namque cum post
datas Regiæ Mtis lras, quibus vocabamini, diu non rediretis, solicito
et anxio fuimus de vobis animo. Nunc tamen facti certiores de
statu ac bona valetudine vra, dubitare amplius et anxii esse
desijmus, ob quam valetudinem vobis gratulamur et optamus vt
eadem bona qua istic estis ad nos redeatis, quod vos cito facturos
speramus, siue Imperator in Italiam transmittat, siue domi pro-
ut hic increbescere coepit maneat. Nos spe et expectatione celeris

vestri reditus seducti, et quod verebamur ne non offenderent nos istic literae nostrae vobis per id tempus nihil scripsimus, quod vos boni et equi uti debetis consuletis. Nunc si quid esset quod supra ea que frater vester hic vidit et cognovit scribi posset, equidem ut nobis satisfaceremus, calamo non parceremus ulla ex parte. Verum frater vester, prout est ~~mediustercius~~ industrius et bonae indolis adolescens cum in Lituania unde nos absimus, tum hic apud nos et in vicinis provinciis, perspexit et cognovit diligenter omnia que aguntur et fiunt. Qui coram veniens vobis edisseret recensebitque verbis singula, modo felix et incolumis, prout cupimus, ad vos perveniat, vosque bene valentem offendat, quem nos ex animo sanum et felicem esse semper optamus. Datum Cracoviae die xxiiii^a Iunii anno domini M° D°. xxix°.

Sigismundo primo Regi Polonie Petrus Tomiczki Eps Cr. Vicecancell.

Sacra Regia Mtas et domine domine clementissime. Post humilem servitutis et orationum commendacionem. Mirifico nos gaudio et leticia afferit is Mtis vestrae Serenissimae Cubicularius, qui primum de plene recuperata valetudine Mtis vrae nobis nunciavit, pro qua nos omnipotenti deo assidue hic supplicavimus et vota pia facimus. Quare ob hanc ipsam valetudinem restitutam ego toto pectore et animo vehementer gratulor Mti vrae Serenissimae. optoque ut Mtas vestra prioris sanitatis sue firmitudine arrepta diutissime vivat felix et incolumis, ad nosque optime salva et leta cito revertatur.

Quod in dictio Conventus in Prussia necessaria Mti vrae Serenissimae non videbatur mihi nunc quoque ea res satisfacit. Namque intelligo Mtem vram prudentissimo consilio animadvertisse fore melius

ne Conventus illic habeatur. Quare acquiesco ei voluntati Mtis vrae illamque probo. Cum intellexissent quidam Theloneatores quibus est cura exigendorum vectigalium Mtis vestrae comissa quod Serenissimus Rex Ferdinandus petat a Mte vra edictum de non exercendis in Silesia a mercatoribus regni commerciis factum, tolli et abrogari admonuerunt me ut referrem Mti vrae, quod illis haec res non aliena a commodis Mtis vrae videtur, si cum conditione hoc Mtis vestra facere dignaretur, vzt ut quivis libertate hac negotiandi in Silesia uti voluerit Theloneum et vectigal Mti vrae solvat, sive is fuerit qui privilegium immunitatis de non solvendis vectigalibus antehac habeat. Nam ea ratione et Mtis vrae redditus augeri et neminem iniuria affici posse putant, quippe qui in arbitrio cuiusque erit uti qua volet libertate. Quare ego hoc hortatu illorum, et pro officio meo Mti vrae Sermae significo, illamque rogo ut si Sermi Regis Ferdinandi petitionem admittere edictumque abrogare dignabitur commodorum suorum quoque rationem hanc habere dignetur, qua Teloneatores certo consilio Mti vrae insinuant et suadent

Notarius terrestris Craccovien, ob aetatis fastidium et gravitatem officio notariatus se abdicavit in cuius locum de more ad deligendum Mti vrae Sermae, D. Palatinus cum ceteris ad quos ea res pertinet eligare debent, vel iam forte elegerunt quatuor viros honestos, et ad sustinendum officium idoneos, In quorum quidem numero, quia, ego confido futurum electum Joannem Osmiesski Aulicum Mtis vrae Sermae. Supplico illi humiliter et diligenter ut illi potissimum hunc honorem donare, et tribuere, ad officiumque notariatus Cracovien illum nominare dignetur. Nam convenit hoc clementiae Mtis vrae, ut servitores et Aulicos suos in paribus petitionibus iis preferat, quos neque novit fortasse, neque est in aliquo munere experta unquam, ille autem hoc sicuti est probus homo et modestus Mti vrae servitute sua optime mereri semper curabit

Ceterum, est apud me Joannes Rokiczki, qui in aula quondam ducum Masoviae munus amanuensis scribae exercebat, Is quia habet l[itte]ras a Ducibus concessas super duabus parochialibus, que primo vacarent obtinendis, quas non putat apud M[aies]tatem v[est]ram robur habituras. Supplicat M[aies]ti v[est]rae, et ego pro illo supplico, ut illi vire istius donationis et privilegii a Ducibus concessi, dare l[itte]ras expectativas ad Mansionariam varsovien[sem], primo vacantem dignetur, qua ille contentus vult esse, et pro M[aies]tis v[est]rae bona valetudine illic assidue dum eam habebit, dominum deum orare, constituit enim propediem sacerdotale munus suscipere, et in Ecclesia dei laborare.

Nudiustercius Nuncius domini Ep[iscop]i Sirmien[sis] ex Lipa a Rege Joanne rediens, attulit domino Ep[iscop]o l[itte]ras, quibus scribitur, q[uod] woiewoda valachiae valentinum Bucek cum non modicis Transsilvanorum copiis profligarit, q[uod]q[ue] Turcus cum magno exercitu ad initium p[rese]ntis mensis Julii ad Nandoralbam appulerit. Alia que aliunde afferuntur, variant multum, quare illa non scribo M[aies]ti v[est]rae Ser[enissi]mae, sed si aliquid constans et verisimile post hac fuero nactus, M[aies]ti vestrae perscribere non negligam. Interea illam felicissimam esse, et in multos annos sanam, salvam, et incolumem cum Ser[enissi]ma Coniuge sua et liberis vehementer desidero, Cui curs[u]s me et servitutem meam perpetuo suppliciter commendo. Datum Cracoviae xviii Julii Anno domini M°. D°. xxix°.

Sigismundo primo Regi Poloniae
Petrus Tomiczki Eps Cracouiensis et Regni Poloniae Vicecancellar

P. S. Sacra Regia Mtas et domina domine clementme post humilem seruitutis et orationum mearum commendationem, Responderam anterioribus literis Mti vrae Serenmae, quod neminem hic reperire potuerim, qui munus Epatus Cameneceñ simul et suscipere vellet, et ad illud mihi aptus videretur. Rogaueramque a Mte vra, vt illum Epatum non temere cuiuis petenti concedere et tribuere dignaretur. Namque cum periculum nullum in mora viderem, censebam fore ex re publica vt serius quidem conferatur. Sed nunc tu dignus Mte vra et re publica. In quo tametsi ignore quantum Mti vrae probata sit mea ista sententia, Ego tamen pro mandato priore Mtis vrae Serenmae, et pro officio meo curare non desieram si quem ex omni parte dignum ad id munus Epale reperire potuissem, et dum id mente et animo diligentius reuoluerem, ecce ex insperato Dominus felix Narcopinski Decanus Vladislauien ad me scripsit, et nepotem misit vt pro se de hoc Epatu apud Mtem vram intercederem. Ego autem quia et doctrinam et industriam atque mores, tum denique amplas facultates illius, certe noui facile sum illi in hoc assensus vt eum Mti vrae commendarem. Intelligo enim eum hominem quem ad res gerendas ~~et~~ aptissimum esse noui, et Mti vrae et reip atque Epatui illi vtilem et honorificum futurum. Quare plurimum rogo Mtem vram Serenissimam vt illum in gratiam suscipere, Epatusque Cameneceñ dignitatem illi tribuere et concedere dignetur. Procul dubio enim ille et Epale munus cum dignitate sustinebit, et Mti vrae diligentissima et vtili seruitute sua perpetuo id mereri curabit, ego vero illum officiis omnibus et seruitute mea diligenti adiuuabo.

Dum hec scriberem, venit ad me dominus Przeczlaus Lanczkorunski et rogavit a me, ut me interponerem ad Mtem vestram pro domino Leonardo Jaczimirski terre Buscen Nobili, quo illi Mtas vra Tribunatum Buscen qui nunc per obitum Vanisko Stanmirski vacat, conferre et tribuere dignetur. Ego autem quia intellexi eundem Jaczimirski virtute et disciplina militari insignem esse, facturum me esse recepi quod petebat d. Lanczkorunski. Quare supplico Mti vre ut eum ipsum Leonardum Jaczimirski hominem militarem commendatum habere apud se, et officium Tribunatus illi attribuere dignetur. Nam hoc apud viros militares cedet in magnam gloriam Mtis vre, et ipse dominus Lanczkorunski meorum in vite perpetua hoc servitute sua bene mereri curabit. Commendo me humilis et servitutem meam in gratiam Mtis vre Sermae quam felicissimam esse, et in plurimos annos cum Serma Coniuge sua et omnibus liberis bene incolumem vehementer desidero Datum Cracovie XXVI Julii Anno domini M° D° XXIX°.

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell
Ioanni Choienski Iᵒ Posn. Archidiacono
Cracoviensi. Regio secretario

Venlis domine fr in Chro charmᵉ. Dum post obsignatas priores lras meas abiturus iam esset is Cubicularius hic immoratus esset, Scribi iussimus ea que necessaria esse vobis putavimus ad lras Conventus conscribendas, et ea vobis mittimus cum pntibus.

Ceterum d. Joannes de Volborz Capellanus quondam Mtis Regie et in Jaslo Plebanus, publice est de homicidio infamatus, quod factum quia ille constanter negat, nemoque sit qui eum propterea in ius attraxi velit, Nos ex officio nro propter famam et correctionem publicam, scrutari et percontari de hoc crimine faciemus, in quo si repertus fuerit reus, prout habet ius animadvertemus.

Interea tamen, quam conuictus fiat de crimine, non libenter videremus vt aliquis periculi alieni cupidus Plebanatum suum Jasłen. apud Mtem Regiam impetrare debeat vti iam ab aliquibus id tentatum predicatur. Quare a vobis rogamus vt si aliquis id conari velit pro officio vro illi resistatis

De Epatu Cameneceñ conferrendo scripsimus Mti Regiae sententiam, quam ex litis suae Mtis cognoscetis, non videri nobis scz vt domino Słuniczki qui est aliqui vir probus, munus hoc deferatur, quod ille sustinere neqz sciret, neqz posset. Nam ad publicas actiones exercendas et retinendam autoritatem quae illi loco conuenit, est minime aptus. ad quae d. Archiepus no tantum curat animaduertere, qntum vt voluntati desiderioqz suo satisfiat. Nam et in doio Médzileski promouendo idem fecerat. Cuius mores et viuendi consuetudo quam honesta et decora fuerit vro ordini et publicae rei, quisqz facile iudicare potest. Nos in presens neminem reperire potuimus, qui simul et aptus videri possit, et conditiom arripere velit. Vnum tantummodo ex vris filium domini Crupski reperimus quem nisi paulum obstaret iuuenilis etas maxime idoneum ad id munus fore iudicaremus, est enim et industrius adolescens et non solum amicis, sed etiam facultatibus in illa prouincia abundans, que illi ad anthoritatem retinendam et recte administrandum Presulatum, magnum afferre posset adiumentu, preterea Decanatu Leopoliensem obtinet, qui illi dignitatis Epalis amplitudinem cumulare et augere posset. Hec vobis scripsimus propterea vt intelligatis que nobis in animo et deliberatione obuersantur Cogitabimus tn amplius si quid pro bono et honesto publico reperire valeamus. Cupimus vos felicem esse et recte incolumem. Datum Cracouiae vltima Julii

Petrus Tomic. Eps Crac. Vicecancell
Stanislao Lanczkorunski de Brezie
Capitº Camenecensi.

Generose domine amice charmme. Magnas agimus et habemus grãs Vrẽ D. q nos suis liis iniserit salutaribz, deqz conflictu et victoria Valachorum contra Transsilnanos, rectiores fecerit. Quam rem et victoriam tametsi nos iam antea ab aliis cognoveramus, iucundum tamen fuit a Vrã quoqz d. illam accepisse. De Imperatore Precopensi q querat modos quibus redire possit in gratiam cum Aslam Soltano scriptum etiam est nobis ex Lituania, et nisi esset d. Eustaphi cum Aslam Soltano in contubernio forte ille iam se patruo suo reconciliasset, gentes nãqz sue percupiunt et urgent eum ut id faciat. De magnis copiis Turcorum q venerint in Hungariam cum Imperatore suo, constans fama hic habet, adhuc tamen nihil audimus quod aliquid hostile tentaverint. Dominus deus servet qm diutissime Vrãm D. incolumem et felicem. Datum Cracoviae.

Nostri cesi ad Oczakow

Petrus Tomiczki Eps Crac. R. P. vicecancell
Ioanni de Tarnow Palat^o Russie. exercituu
Regni Polonie Capitaneo generali

Mag^ce domine, frater et consanguinee charissime et honorandissime
Cum huc ad nos cum literis Mag^cie vestre D. Orlowski venisset, gravi
et acerbo dolore commoti omnes eramus propter infelicem et insperata
quam nunciabat insignium virorum et militum nostrorum internecionem. Nunc tamen fama in meliorem partem commutata, de qua nos
certiores fecit Mag^ci domini Palatini Crac. nuncius, qui nudius
tercius istinc a M^te V^ra rediit, nonnihil sumus recreati, et in eam
spem erecti, ut credamus divina clementia operante, et ex iis
paucos desyderari debere, et Tartaros ab irruptione in Regnum hoc
anno abstinere. hic tamen si quod repentinum malum ingrueret ita
animaduerto, quod tenue admodum et infirmum foret presidium. Pauci
sunt enim qui reipublice commoda suis privatis utilitatibus et emolumentis preferre vellent. Ego tametsi intellexeram ab initio infausti
Nuncii de nostris accepti M. V^ram vehementer fuisse perturbatam
pro animi tamen eius bonis que illi natura, studio, fortuna data esse
scio, confidebam illam et dolorem suum et casus istos humanos modeste humaniterque ferre, quare id illius prudencie et animo infracto
committendum esse et nunc putavi

Mihi equidem nostra presidia que in Conventibus nostris statuuntur adversus tam incommodum validum et inconstantem hostem debilia admodum
et infirma videntur, de quibus ampliandis confirmandisque, si ab hoste hac estate tutos nos et liberos deus fecerit, referendum et consulendum in Conventu proxime futuro censerem. Nam et ego quantum in me
est opere et consilii ad id per quam libenter accomodare vellem, neque
tamen diffido id commode constitui posse, si et M^tas Regia presens

esse, et optimates certam et uniformem sententiam in Senatu tenere voluerint

Noua que hic vulgo circumferuntur, referet M. vra dominus Cr. lowski qui pro industria qua vallet omnia hic cognouit et explorauit, posthac tamen si que erunt scitu digna, per occasionem M. vre perscribere curabo. Interea temporis me illius amori et beniuolentie sue commendo. Quam felicissimam esse et optime ac diutissime sospitem ac incolumem vehementer desidero. Cracouie XXVI. Augusti. Anno domini M°. D°. XXIX°.

Petr. To. Eps Crac. R. P. Vicecancell. Stanislao Lanczkorunski Capitaneo Camenecensi.

Generose domine amice charissime. P. R. in sequenti accurrisset huc is Nuncius et puer vre D. iam nunciatum erat nobis milites nros sub Ocza: kow profligatos et oppressos esse per Thartaros, et ex eo infausto casu eramus affecti omnes merore magno et luctu, gratissimum tamen fuit nobis enim quoque casum ex his vre D. intellexisse, abunde enim omnia que cum nostris acta sunt nobis vra D. perscripsit, pro quo illi magnas gras agimus et habemus, et hanc eius erga me beneuolentiam volumus viciss[im] illi omni studio et gratificatione nra referre

Constans fama habet apud nos Thurcos cum valido exercitu in Vngariam aduenisse, quid autem illic agant, aut quo se conuertant, hactenus nihil certi habemus. Dominus deus prosperiat rebus Christianis et auertat iram suam a nobis, felicissime Valeat vra D. et nos diligat. Datum

Petrus To. Eps Crac. R. P. Vicecancell.
Nicolao Volski Castell.o Sochaczeuiensi
Regine Bone Curie Magistro. Sanocensi
Lomsensi Visnen. Lanczkorunen. Capitaneo

Generose domine amice charissime. Agimus et habemus magnas gratias vestre d. quod seruus testatam facit suam erga nos beneuolentiam suis litteris ac de statu ac prospera valetudine Serenissimorum Principum nostrorum reddit nos certiores, quod illius erga nos officium volumus illi vicissim omni studio et gratificatione nostra semper referre. Nos sumus nunc in magno merore et luctu constituti omnes ob amissos nonnullos electissimos milites, qui per Tartaros comites Aslam soltani sunt nuper in campis cesi et oppressi plerique vero capti. Sed et timemus vehementer ne et alii Tartari cede et excidio nostrorum militum animati ad populandas terras Regni excurrerant, qui si venerint reliqui milites mercenarii qui extant satis pauci, resistere illorum potencie nequaquam poterint.

De Thurcis constans fama habet, quod sint iam in Hungaria cum validissimo ac munitissimo exercitu, et ad populandam Austriam profectionem suam parent, preterea d. Petrus Perenni Voyevoda Transsiluanie dicitur esse captus per dominum Joannem Zerichen consanguineum Serenissimi Regis Joannis cum vxore et altero ex filiis, et toto Thesauro suo. Valeat feliciter vestra D. et nos diligat. Datum Cracouie

P. To. Eps Crac. R. P. Vicecancell.
Petro Kmite de Vissnicz Castellano
Voinicensi Marsalco Regni Poloniae
Scepusien. Colensi Premslien. Capit°.

Mag.ce domine amice et affinis charis.me ac honoran.me. Exhilararunt me nuper literae et nuncius vestrae M., ex quibus factus sum certior de bona illius valetudine, quam ego illi toto corde et animo faveo et precor.

Conturbavit nos omnes hic graviter adversus casus nostrorum militum, qui sub Oczakow sunt ~~nos~~ profligati et plurimi capti, faxit deus, ut M.tas Regia liberet illos a dura et miseranda servitute, quod si non fecerit, aut facere non poterit M.tas sua, magnum damnum accipiet respublica nostra, si quisque illorum vitam suam redimere cogetur precio immodico, quo hostes nostri augebunt facultates suas et alacriores promptioresque posthac erunt manus cum nostris conserere.

Scribunt mihi mei amici ex Vilna, quod M.tas Regia deliberavit venire omnino ad Conventum Regni, quem pro festo Sancti Andreae in Piothrkow indicere decrevit. Ego precor dominum Deum, ut M.tem suam cito reducat ad nos cum suis omnibus sanam ac felicem. Commendo me ex animo vestrae M., quam Christus Jesus servet cum charissima sua Coniuge quam diutissime sospitem et incolumem. Datum Cracoviae

Vt Nobilitas terre Sandomirien sumat arma contra Tartaros

Vniuersis et singulis Regiae mtis Capitaneis et eorum Vicecapitaneis in terra Sandomirien et districtibus eius vbilibet constitutis Petrus dei gra Epus Cracovien et vicecancellarius, et Cristophorus de Szidlowiecz Castellanus et Capitaneus Cracovien gnalis et Cancellarius Regni Poloniae etc. fratribus et amicis nostris dilectis. Salutem et prosperos ad vota successus. Significauit nobis Magcus dominus Joannes Comes de Tharnow Palatinus Russiae et exercituum Regni Capitaneus gnalis, casum infelicem qui accidit nuper militibus nostris, quos ad arcendos hostes Thartaros in campos expediuerat, quod vzt iidem milites obruti vi hostium, quibus longe erant impares, sunt profligati, quodque hostes ipsi Tartari felici hoc successu suo animati, maiori manu Regnum et dominium Mtis Regiae irrumpere conantur. Quia vero vt non ignoratis pauca admodum praesidia sunt hoc anno in terris Russiae, praesertim cum hi qui nunc sunt caesi et prostrati erant selectiores, ne respublica sub absentia Regiae Mtis, graue aliquod periculum et discrimen incurrerat, postulamus et hortamur vos vt clamari vbique publice in Capitaneatibus vestris faciatis, et persuadeatis vniuersis militaribus quo arma capiant, et ad extinguendum commune hoc incendium, accurrant ad Magnificumque dnum Capitaneum exercituum gnalem proposita omni mora proficiscantur, ad quem vos etiam cum eo Comitatu quem maiorem quisque virum comparare sibi poterit proficiscamini. Nihil enim dubitamus futurum hoc gratissimum Regiae Mti, quae procul dubio vnicuique qui huic communi necessitati subuenerit hoc officium gratia sua non dedignabitur pensare et meminisse pro amore et salute

patriae et communis boni, proque fama et gloria nominis Poloni facturi et bene valete. Datum

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancellarius
Ioanni Comiti de Tarnow Castell° Cracovien
exercituum regni Pol. Duci generali. Sando:
miriensi Capitaneo.

Magce domine, domine et amice honorandme. Hodie sunt allatae ad meliorem d. Marsalci Curiae, cum litteris, etiam ab ipso ad d. vram inscriptis, et nonnullis exemplis litterarum quas scripsisse dicitur d. Carianer Capitaneus exercitus Serenissimi domini Regis Ferdinandi ad Praefectum Scepusien, et is deinde ad Lubovien vicecapitaneum. Quas ego litteras et praenominata exempla d. vrae mitto, ex quibus cum intelliget quid nunc illic agatur rescribat d. Marsalco quid ad hanc rem facto opus esse existimaverit. Et equidem quantum ego coniectura et opinione assequi possum istiusmodi comminationes et mandata, quae in exemplis leguntur non sunt a dno Carianer exercitus Imperatore, ad nris Regni subditos directa scripta, sed ab eo cui ille scripsit, hoc est a Capitaneo et Nobilibus Comitatus Scepusien per inimiciam ad eosdem subditos detorta. Etenim ego domini Carianer prudentiae et animi magnitudini tantum tribuo, ut nihil diffidam eum potius haec si ab alio fierent prohibiturum esse, quam quod ipse sponte sua et consulto eiusmodi iniuriosas denunctiationes committere deberet

Petrus Tomiczki Eps Crac. R. P. Vicecancell

Anthonio Rinconi oratori regis Gallie.

Magce domine amice charme ac honorandme. Circabulor plurimum saluam et incolumem M. vram ad nos rediisse, quoque melius suis viserit, magnas illi ago et habeo gras. Vtraque enim hec res ob amorem quo complector M. vram est mihi charissima et iocunda. Ceterum egritudo illius in quam se incidisse scribit, magnam mihi molestiam et solicitudinem attulit, non propterea solum quod congressum meum est remorata, de periculo enim aliquo vite illius quid metuere debeam, non video, cum id morbi genus ex molestia longe itineris illi obtigisse plane confidam, quod procul dubio diuturnum esse non poterit. Ac ego quidem qui desiderio videnda M. vre teneor, deum orabo vt illam pristine sanitati restituat, quo ad nos propediem venire possit. Commendo me ex animo vre Magnificentiae, quam dominus Deus diu seruet sospitem ac felicem. Datum Cracoviae V. Julii Anno domini Mo Do. xxxixo.

Petrus Tomiczki Eps Cracovien' & Regni Polonie Vicecancellarius

Ioanni Carnkowski Epo Premislien'

Rme in Chro pr et domine frater et amice charissime ac honoran'.
Gratissime mihi fuerunt d. vrae Rme lrae cum propter alia multa
que summam illius erga me humanitatem declarabant, tum maxime
quod ex illis perspexi D. vram Rmam recte saluam et incolu,
mem esse, quo equidem nihil mihi charius aut magis gratum istinc
nunciari potuit. optarem autem vt eadem bona valetudine D.
vra Rma et istic suo modo ac voto viuat, et ad nos felix et
sospes cito reuertatur. Venerunt huc eodem ferme tempore
D. Antonius Rincon Christianissimi Regis Galliae, et d. Sigismun
dus Herbeisten Serenmi domini Ferdinandi Regis, Oratores. quid
afferrant, et an ad Regiam certe mandata habeant, non,
dum est mihi cognitum, spero tamen illos mihi communicaturos esse,
cum liberius cum illis congredi et loqui incipiam, D. Rinconem au,
dini hoc potissimum nomine iterum huc a Christianissimo Rege Gal,
liae missum esse, ut inter hos duos Reges vicinos de Regno Hungariae
decernentes pacem suadeat, Regem vero Joannem contineat
ne auxiliis Thurcarum in potiendo Regno vtatur. quorum iam ma
gnae copiae in finibus Hungariae castra habere dicuntur

Nudiustertius huc etiam venit d. Castellanus Cracovien' cum vxore
et liberis sanis, cum omnibus ipse recte valens. Aliud quod scri,
bam d. v. Rmae, habeo nihil, nisi quod illam felicem saluam
et incolumem recte esse vehementer opto. Cuiusque fraernae beneuole,
riae me ex animo commendo Datum Cracoviae xi. Julii.

Sigismundo primo Regi Poloniae
Petrus Tomiczki Eps Cracouiensis et Regni Poloniae Vicecancell.

Sacra Regia M^tas et domine, domine clementissime
Post humilem seruitutis et orationum mearum commendacionem.
Dominus Sigismundus Orator Ser^mi Regis Ferdinandi, qui huc in
id tempus venit quo etiam dominus Antonius Rincon Christiani-
ssimi Regis Orator applicauit, multis à me verbis contendit, vt
meas apud M^tem V^ram interponerem partes, quo aliquam pe-
cuniae summam in expeditione contra Thurcum faciendam mutuari Regi
suo dignaretur. In qua pecunia dixit illum obligare velle M^ti
V^rae arcem aliquam in Hungaria seu Silesia. Cui cum ego quantum
scirem respondissem, M^tem V^ram copiam pecuniae parate et reposite
non habere, rursus ita me aggressus est vt suaderem M^ti V^rae
quo mutuam sumeret à Fucaris, quos certo existimat illa non gra-
uatim M^ti V^rae esse daturos. In quo tametsi etiam ego quod veri
simile accommodatumque mihi videbatur, illi respondi, negare nihilo
magis ne scriberem ob id M^ti V^rae non potui, quare haec vt sunt ab eo
proposita, M^ti V^rae Ser^mae praesentibus declaro, et ab illa multum rogo
vt haec apud se diligenter expendere dignetur, talemque se in
Ser^mo Regi Ferdinando praebere, qualem et coniunctio fra-
terna et vicinitatis ac amicitiae officia maxime exposcunt.
Cetera mandata que nomine Regis sui habet, ad M^tem V^ram
Ser^mam ipse et d. Castellanus Cracouien suis litteris illi perscribet.
Dominus Rincon etiam, dicit se habere mandata ad M^tem V^ram
que litteris quoque suis declarat, quas mitto cum praesentibus M^ti Vestrae
Ac ego quidem quantum ex illo cognoscere potui, puto illum hac de cau-
sa potissimum huc remissum esse, vt inter Regem Ferdinandum et
Regem Joannem pacem et concordiam suadeat. Nam Thurcorum
auxilia ad controuersiam illorum aduocata Rex Christianissimus

non arbitratur professioni Christiane conuenire. Alia hic ad presens non sunt, que a me ad Mtem V. ram scribi possent, nisi quod ex conualescentia Mtis V. re maiorem in modum omnes letamur, et Mtis V. re redditum plurimo cum desiderio expectamus. Speramus enim Mtem V. ram Ser. mam simulatque confirmatior erit vel ad pristinum vigorem robur redierit ad nos iri reuersuram. Commendo me rursus et seruitutem meam in gratiam Mtis V. re Ser. me, quam felicissimam esse et diu recte cum Ser. ma Coniuge et liberis suis saluam et incolumem vehementer desidero. Datum CRacouie xii Julii

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell. Ioanni Choienski Archidiac.o Cracouiensi. Secretario regio.

Venerabilis domine fr in Chro charissime. Sunt hic in presens D. Antonius Rincon Gallie, et D. Sigismundus Ferdinandi Regis, Oratores, qui qua de causa huc sunt missi, partim ex meis, partim ex illorum et d. Castellani Cracouien. litteris ad Regiam Mtem datis intelliget. Nam quecunque mandata habent, litteris suis omnia Mti Regie exponunt. Noui hic aliud nihil hactenus nisi quod Turcorum exercitum in finibus Hungarie esse multi constanter et vno ore predicant. Nos de recuperata Mtis R. valetudine plurimum letamur, et vobis quod sani estis magnopere gratulamur. Optamus vero vt deinceps bene valeatis et felix sitis. Crac. xi Julii

Facta est hic hodie magna iniuria et contumelia Oratori Ser. mi D. Regis Gallie, D. enim Joannes Mielieczki ingressus cum famulis suis in domum domini Petri Kmitę Marsalci in qua ille hospitatus est, arripit ei ui vnum iuuenem aurigam, quem habuit commodatum sibi in Lowicz vna cum equis et curru a dño Joanne Laski Preposito Gnesnen. qua de re turbatus est plurimum Orator et nos cum eo. Est autem ille Mielieczki qui ante

aliquot annos occidit servum nostrum Grabski sub Castro Cracovien. et curia Regiae urbis, quod facinus quia tum abiit impunitum, etiam aliud iterum subsequutum est, verendumque est, ne et alia graviora eveniant, nisi hominum audacia, severa animadversione et poena coerceatur.

Sigismundus primus Rex Poloniae
Petro Tomiczki Epo Crac. Vicecancell°
Chrphoro de Szidlovec Castel. Capit°.
Cracovien. Regni Poloniae Cancell°.

Rme, Spectabilis, et Magce Sincere nobis dilecti. Ex Serenissimorum Regum Franciae et Ferdinandi Oratores S. Vris communicarunt ea de quibus iussu Principum suorum nobiscum per literas agunt, gratum nobis est, sed acceptius fuisset, si vrae S. consilium suum nobis etiam prescripsissent, in hiis presertim quae Serenissimus Rex Ferdinandus a nobis postulare videtur, licet iam ad quedam nos quidem dum hic coram egisset D. Sigismundus, responderamus, et eadem ferme etiam nunc repetenda erunt, quae medio vrarum S. significare illi satius duximus, quam ut per literas de tantis negotiis cum eo agere debeamus. Cum scribi iussimus, acceptiorem eam mentis nostrae declarationem ab vris S. quibus rem de mittendo ad Turciam Nuntio, ut olim apud nos tractata et habita sit, qualesque agentium demum putaremus, recensere hisce volumus.

Sed in primis quod attinet mutuum nomine Serenissimi Regis Ferdinandi petitum, respondendum erit, Nos non habere tantam copiam parte et reposite pecuniae qua possemus gratificari sue dignitati, neque enim sinunt maxima et quotidiana impendia, (quae in reprimendis incursionibus Tartarorum et aliarum gentium facere cogimur) ut tesaurisemus. Accedere ad hec Inducias et federa non pridem inter nos et Thur-

ram inita, que cum sanctissime doceant etiam gentilium precepta ob-
servari. Neq fas sit fidem & hosti datam non servare, & proinde neq
suppetias ullas nos facere posse adversum Thurcas Sermo Regi Ferdi-
nando dederamus in responsis. Unde facile perpendi potuit nobis inte-
grum non esse mutuo aliquo pecuniario sublevare ~~male~~ illius principis
nisi forte bonus vir censeri debeat, qui clancularium admissum simula-
tione tegeret, aut Christiano Principi decorum, quod gentili turpe im-
putaret, Sed quomodo occultari posset officium meum, qui vel Aeres
pro pignore à Sermo Rege Ferdi arripere vel à Foraris mutuum
sponsione acquirere debeamus, quinis non omnino nobis persuadere
possumus Foraros (cum quibus paucula negocia unqm habuimus, neq
illi in ditione mea aliquas possessiones habent) Pecuniae grandem
summam aliquam mutuaturos absq sufficienti pignore, neq intelligi-
mus, quobrem non citius ~~maluerint~~ Sermo Regi Ferdinando quam
nobis tali obsequio gratificari. Cum eius mtis gra sit illis magis ex
usu, quàm mea futura, faciliusq illis per Mtem suam quam per
nos de servitute solutionis caveri posset

De Nuntio ad Imperatorem Turcorum conabatur dum hic esset D.
Sigismundus nobis persuadere, idq ut ille dicebat de mente dunta-
xat D. Epi Tridentini, Ut mitteremus aliquem ex Subditis nostris
prudentem dexterum, & qui adversę parti non esset nimium adfe-
ctus, medio cuius ageremus apud Turcas pro Induciis & Treugis cu
Sermo Rege Ferdinando, Adiecerat & conditiones easdem ferme
quas nunc quoq descripsit, per quas ad inducias perveniri debeat.
Ad quod ei tunc responderamus, nihil quidem nobis magis ex mente
& desideriis nostris esse, quam ut hoc obsequio potuissemus comodare Sermo
Regi Ferdinando & Christianę Reipublice, non ignari presertim quantum
sit aucta potentia Turce, quamq secundis gaudeat & floreat successi-
bus. At cum ille, neq lras fidei neq nos significationem ullam à Sermo
Rege suo habuissemus, non videbatur consultum ut rem tantam fuisse-
mus aggressi, priusquam certiores cautioresq facti essemus de volu-

tate et consensu principis sui. Dum vero ille affectum et desiderium nostrum ac propensionem animi mei Serenissimo Regi suo signi- ficaturum se recepisset, institissetque quo Principem suum certum se- curumque reddere potuisset. Nos vero missuros eum ipsum nuncium ad Thurcam mox ubi nobis cautum esset de mente et voluntate Princi- pis sui

Ad que item illi responsum est a nobis Rem quidem inceptam serius quam ut vel opinione mea ullum profectum iam esset paritura, quod et tempus belligerandi instaret, famaque constans haberet Imperatorem Turcarum propria in persona Hungariam magna cum potentia ingressurum, et quem assequuturus esset nuncius meus non alibi quam in Castris et in Hungaria, unde quod ullis persuasionibus reduci posset vix credibile apud nos esset, quod memoria teneamus Serenissimum olim parentem meum non potuisse efficere precibus apud predecessorem huius Imperatoris Turcarum, Ut aversus a profectione in Valachia ad sua redire voluisset vel ob id maxime, quia pene iam iter desti- natum confecerat, qui obsecundaturus quidem erat Ut tum aiebat votis eiusdem parentis mei, si in Constantinopoli priusque inde movisset preventus fuisset, sed tunc cum iam tanto impendio exercitum edu- xisset redire infecto negotio pene ignominiosum sibi reputabat, quod si tamen staret sententia Serenissimo Regi Ferdinando Ut nuncius pro- ficiscatur etiam si assequi debeat Turcam in media Hungaria, nos non reluctaturos ut obsecundaremus Principi amico, cui pacem et felicitatem optaremus.

Quo responso accepto ille demum petiit ut quod reliquum quodque de Principis sui mente esset nobiscum perfici possit medio Magnifici Castellani Cracovien. cuius petitioni etiam libenter assensum prebuimus

Nunc tandem agit nobiscum per litteras nomine Serenissimi Regis sui signi- ficans Principem suum velle hoc consilio aggredi in primis Thurcam

vt uel cura vra sibi suisque parem parare posset, nos etiam summe optaremus operas nostras non inanes futuras. Sed plura sunt, que nobis pauorem incutiunt, quibus tamen abduci nolumus quin impendamus et sumptum et operam ut agnoscat Sermus Rex Ferdinandus, per nos non stare, quominus desiderio suo quantum in nobis est fieret satis

Quia vero nuntius vr transiturus est valachiam etiam forte Transalpinam, Non enim esset tantum illum per Hungariam proficisci, quod iter fortasse compendiosius esset, opus censemus prius saluum conductum pro nuntio vro ab Imperatore Turcarum obtinere, pro quo Vasilium Armenum huc missuri sumus, Nam iussu vro cum Oratore Turci huc venturus est propediem vt eo interprete uteremur cum alium hic habeamus neminem, neque tamen moram vllam faciemus in mittendo illo.

Interim autem donec ille redit cum Saluo conductu, mandabimus ut Cnosus Petrus Opalienski Castellanus Landen se itineri accingat

Legationem vero Sinceritatis vrae ex collatis mutuo consiliis cum dno Sigismundo conscribant, negotio et tempore consilium vrum pro prudentia vra accommodari, conditiones quibus res transigi debeat declarabit dominus Sigismundus

Admonitas tamen esse volumus vras S. minis aut terroribus in legatione non obstrepere Turco Vt vero illi debeat poni ob oculos Christianorum potentia duorum istorum Principum et summa felicitas et fortunarum amplitudo, nam ista videre solent pagani et illis ammerandis quemadmodum ad nos scripsit D. Sigismundus potius gentes iste efferae exacerbantur quam mitigantur, quod vt fama fert experti sunt Sermi Regis ferdinandi apud Thurcas anno superiore Oratores

Quia tamen Caduceator iste Vasil emensurus est iter non breue

et proinde non statim ad nos rediturus. Poterunt interea tempore S. vestrae etiam nobis transmittere exemplum instructionis pro Nuntio per vos conscripte,

Cui illud addendum putaremus, ut si deus votis nostris aspiraverit et Turcus non refutaretur foedus inire cum Serenissimo Rege Ferdinando, accerserentur tum Oratores sui, qui reliquum perficerent et concluderent. Sed hec et alia que ad rem maxime pertinent vestrae prudentiae et fidei committimus

D. Rinkon Orator Christianissimi Regis significat nobis ex Ciur habere se quedam in Commissis a Rege suo, postulatque ut illi declararemus, velimusne ut literas et mandata Principis sui nostris illic Consiliariis communicaret. Cui rescribi mandavimus, ut que habet exponat vestris S. Quibus committimus, ut eo exaudito, rebusque ab ipso intellectis nobis perscribant omnia S. vestrae simul et consilium suum quemadmodum nos facere aut respondere censuerint. Ubi res ab illo recensite dicto aut facto opus haberent. facturae S. vestrae pro officio suo et gratia nostra, et bene valeant. Datum Vilne xxiiii Julii Anno domini M° D° xxix°.

Sigismundus Rex Subscripsit

Sigismundii Primo Regi Polonie

Petrus Tomiczki Eps Cracouien
Regni Polonie Vicecancellarius.

Sacra Regia Mtas et domine, domine clementissime. Post humilem seruitutis et orationum mearum commendationem. Cu ego et dnus Castellanus Cracouien mandato Mtis vrae Sermae D. Sigismundo Sermi Regis Ferdinandi Oratori exposuimus, ea que de mittendo ad Thurcum in causa eiusdem Regis Ferdinandi Oratore suo Mtas vra deliberauit et statuit. ingentes coram nobis Mti vrae Sermae nomine Regis sui agit gratias. Nunctiumqz extemplo suum cum lris ad illius Mtem misit, vt simul et hanc propensionem atqz beneuolentiam Mtis vrae illi declaret, et voluntatem illius Mtis quid deinceps facere debeat exploratum. At ego quidem tametsi ab initio cum isthic apud Mtem vram dominus Sigismundus coram ageret, et nunc cum lris negocium repeteret, hanc rem plane ignorassem, non possum tamen consilium in hoc et deliberationem Mtis vrae non laudare, quam proculdubio in hac parte cum apud omnes, ceteros, tum maxime apud Sermum Rege Ferdinandum, officium sua Regia et Christiani Principis pietate dignum probaturam esse existimo, tametsi nonnihil verear ne serius id quam res postulabat promoueatur, quemcunqz tamen hec res euentum sortiatur, ego confido integra omnia mansura esse Mti vrae Sermae, que ea que facit semper cuiuis probare poterit se pio, sincero, Christianoqz consilio et animo facere.

D. Antonius Rincon cum vocatus a Rege Joanne hinc discederet, Retulit mihi ea se in mandatis a Rege suo ad Mtem vram attulisse, Vt primum salutem nunciet innisatqz Mtem vram Sermam, deinde ut declaret beneuolentiam, amorem, et animum fraternum, quem singularem, et sincerum erga Mtem vram

semper habet et gerit, quam apud se statuat, si ei in amore et beneuolentia respondere Maiestas Vestra amicitiamque suam cum illius coniunctione copulare et firmare voluerit velle in singulos annos sublevare Maiestatem Vestram ad arcendos propulsandosque hostium conatus duodecim millibus armatorum. Ad Regem autem Joannem se propterea remissum esse dixit vt illi nomine Regis sui adsit. Cui etiam nunc aliquid pecuniarii subsidii se afferre dixit. Quam vero et D. Sirmiensis Episcopus vnacum domino Lincone abiens literas apud me reliquit que Maiestati Vestre sunt inscripte, eas ego cum presentibus Maiestati Vestre Serenissime mitto. Cui me seruitutemque meam rursus commendo, et felicissimam esse Maiestatem Vestram ac in multos annos cum Serenissima Coniuge sua et liberis incolumem vehementer desidero. Datum Cracouie XXVI. Augusti Anno domini M°. D°. XXIX°.

Sigismundo primo regi Polonie Petrus Tomiczki Episcopus Cracouiensis & Regni Polonie Vicecancellarius.

P

Sacra Regia Maiestas et domine domine clementissime post humilem seruitutis et orationum mearum commendationem. Cum redisset istinc a Maiestate Vestra Serenissima d. Sigismundus de Herbeisten Serenissimi Regis Ferdinandi orator, commoratus est hic quindecim vel amplius dies, propterea fortasse, ut quibusdam videtur, quod responsum in negotio nescio quo Regis sui expectauit, heri iam primum hinc discessit, sed tamen per id tempus quo hic erat, ad res que in Hungaria geruntur animaduertebat diligenter, et studia que in hominibus huius Regni essent, circumspiciebat.

Mecum vero est loquutus, et longa oratione expostulauit quod d. Broderic um Episcopum Sirmiensem apud me fouerem ad iniuriam dignitatis Regis sui, et inuidiam officii mei singularem. Verum ego qui ingenia illorum nostri cuiusmodi esse, quod sine quis officio viri boni adductus

& non contemptus vel contumelie alicuius gratia, exulem Hungarum foveat, modo is suarum partium non esset, existiment grandem sibi ex hoc inferri iniuriam, respondi illius orationi commode & modeste, explicavique rem uti se habebat in veritate, me scilicet hominem cum pietatis solius causa & ex officio humanitatis hospitio accepisse, quem & calamitate oppressum videbam, & satis sciebam non pulsum illum patria ob malefactum aliquod esse, sed sponte sua propterea ad nos secessisse, ut a civilibus controversiis & armorum strepitu abesset, vitaretque omnem factionis domestice suspicionem. Quod tametsi nesciam uti ille a me suscepit, miror tamen vehementer immodestiam illius orationis, qua visus est expetere, ne nos in afflictos & exules homines officiosi simus & hospitales. Sed ipsi iudicent quod suum est, ego certe ab officio pietatis maxime quod sine iniuria alicuius prestatur non discedam, quoad eius fieri poterit.

Hodie mihi innunciavit D. Epus Sirmien. id, quod recens ex Hungaria scriptum accepit, Imperatorem Turcarum iam a viginti diebus loco se movisse, & cum magnis copiis Hungariam versus proficisci. Alia que hic circumferuntur sunt varia & incerta, quare illa non scribo M. V. R.e, quicquid tamen ab aliquo certo & fidedigno authore cognovero, non negligam ad M.tem V. R.am perscribere. Cui me interea & servitutem meam suppliciter commendo, eamque felicissimam esse, & in multos annos cum Serenissima Coniuge & liberis suis sospitem ac incolumem vehementer desidero. Datum Cracovie XVI Maij Anno domini M° D°. XXIX°.

Petrus Tomiczki Eps Crac
Regni Poloniae Vicecancell
Ioanni Choienski Plcu Posn
Archidiaco Crac Secretario

V'lis Ven domine fr in Chro char^me. Et que D. Sigismundus Regis Ferdinandi Orator et ante cum istic presens esset, et nunc per lras apud Mtem Regiam egit, tametsi nobis erant incognita, quoad illa ex D. Castellano Cracovien, et lris Mtis Regiae cognouissemus, probatur nobis tamen Mtis sue Regie in ea re, factum et consilium, nihil enim metuimus inde aliquid sinistri et aduersi accidere posse, sed omnia fausta, et que ad summam laudem et gloriam Mtis sue pertinebunt.

Hic magna est perturbatio partim ex his que iam vera de aduentu Turcorum in Hungariam afferuntur, partim ex his que ab initio de infaustissima nostrorum in Podolia internitione, nunc vero cum has scriberemus ceterorum tantummodo paucorum iactura et interitu nuntiabantur. Sunt et alia que exacerbatos multorum in rep. animos, et ad dissensionem dissidiumque pronos indicant. Quare plurimum vos rogamus, quod iam quoque antea sepius fecimus, Ut intendatis vires ad persuadendum Mti Regiae utrumque, ut et cito ad nos reuertatur, et ante diem Conuentui dicat et statuat, ad quem ipsa certo et ad tempus venire possit. Nam alioqui frustra et nos ad Conuentum proficisci deberemus, cum id nobis sit iam exploratissimum, neminem venturum, si Mtem suam presenserint non adfuturam, et si venerint, nihil tamen confecturos.

Scripseramus ad vos in negotio quorundam egentissimorum et pauperum Aduocatorum de villa Lopunie, quod nunc rursus

vobis commendamus, et rogamus a vobis, ut lras in eorum negocio ad nos transmittere memineritis una cum cittatione quam pro Nicolao Regula obsignandam istuc ad nos miseramus. de his expectatiuis ad Masionariam Ecclie Varsouien quas seruitori nro impetrastis, agimus vobis gras. Referemus id vobis beneuolentia et gratificatione nra cumulate dum se occasio offeret

Commendamus Mti Regiae uti videbitis dnum Felicem Naropinski Decanum Wladislauien ad Capitulum Camenecen permoti precibus fris eius germani D. Joannis Naropinski Canonici Ecclie nrae Cracouien quem etiam fauori et patrocinio vestro commendamus. Rogamusque a vobis ut si Mtas Regia eam illi dignitatem conferre dignabitur, condicionem interponere et adscribere in literis suis etiam velit quo et in Capitulo illo frequenter maneat et hoc iure quod ad Plebanatum in magna Skrzin habere se contra Stanislaum Podlodorski seruitorem nostrum pretendit, cedat, illudque dno Samueli Maczieiouski Canonico Cracouien et seruitori nro liberum dimittat, na et Podlodorski illi suo iure cessit, quod illic habuit. In quo facietis nobis rem gratam, et quam dnus Maczieiouski omnibus officiis vobis optime mereri curabit. Eas autem lras quae domino Felici Naropinski pertinebant vellemus et in manus nostras transmittatis

Extorsit paulo ante a nobis Coriczki seruitor domini Thesaurarii Regni lras ad Mtem Regiam, quibus supplicauimus Mti sue ut permittere velit illi redimere Aduocatiam in Przedborz, posthac vero aduenit ad nos possessor eiusdem Aduocatiae Joannes Vanthuch, et retulit nobis se Aduocatiam suam in Przedborz Martino Ligon vendidisse, seu contractum de illa vendenda fecisse, rogauitque nos impense ut se in obtinendo consensu Regio iuuaremus. Is cum sit hospes nr et de nobis bene meritus, cumque certo sciamus utiliorem et magis gratum Aduocatum incolis Oppidi Przedborz Martinum Ligon quam Coriczki futurum, rogamus vos plurimum si hactenus Coriczki non obtinuit ed

quod volunt, Impetrentis a M^te Regia et venditionem praenominatae
Advocatiae Martino Ligon factam ratam habere, et lras Consen
sus sui quas cum p̄ntibus mittimus, obsignari facere dignetur, quo
rem admodum piam et nobis gratam facietis, felicissime valete
Datum

Bone Sphortie Regine Polonie
Petrus Tomiczki Eps Cracovien
Et Regni Polonie Vicecancellar.

Sacra Regia Mtas et domina domina clementissima
Post humilem servitutis et orationum mearum commendationem.
Ingentes ago Mti vrae Sermae grãs, q me et literis et nuntio
de sua Mtisque Regiae et liberorum suorum bona valetudine, certio
rem facere dignata est, quae equidem res in gravissimo dolore et
perturbatione animi quam ex Turcorum adventu in Hungariam,
et nostrorum militum in Podolia infelici casu accepi, mire fere me re
creavit, tametsi dum haec scriberam, laetiora iam nova proximis affe
rebantur de illis, quod ego iam Mti est vestrae et Regiae Mti
puto esse optime cognitum.

Scripseram saepius Mti vestrae Ser^mae illam rogans et obsecrans,
ut ad reditum in Regnum Mtem Regiam sollicitaret, quod nunc
iterato tanto impensius diligentiusque rogo, quanto id magis hoc tem
pore, quam ante, necessarium esse intelligo, perspicio enim gravem esse
in animis multorum exacerbationem et dissensionem voluntatum,
quae nisi adsit Mtas Regia in proxime futuro Conventu, vereor ne quid pe
riculosae perturbationis in hac re pariat, et ne quod deus avertat,
conventu
Mtas sua iacturam aliquam in reipub. subeat, quam nunc sola p̄ntia
sua vitare posset. Quare etiam atque etiam rogo et obtestor Mtem vram,
ut et suae et publicae pacis et tranquillitatis amore, contendere apud
Mtem suam dignetur, quo absolutis istius Ducatus negotiis, mature ad

nos et ad tempus Conventus venire dignetur, ne res pub. detrimenti aliquod patiatur. In quo faciet Mtas Vra rem officio suo Regiali dignam, et quam omnes subditi gratitudine suma prosequentur, ego vero servitute perpetua bene mereri curabo, quam servitutem meque ipsus in gratiam Mtis Vrae Serenissimae commendo, felicissimamque esse Mtem Vram et cum Serenissimo Coniuge suo ac liberis omnibus semper incolumem vehementer desidero. Datum Cracoviae

Petrus Tomiczki Eps C. Vicecancell
Petro Kmite Marsalco. Scepusiensi
Colensi. Premisliensi Capitaneo

Mce domine amice charissime ac honorande. Existens hic dnus Sigismundus de Erbeisten Orator Serenissimi domini Ferdinandi Regis questus est coram nobis nomine praefati Serenissimi Regis sui, quod vra M. prohibuerit et publice proclamari fecerit in territoriis et districtibus submontanis, ne quispiam Subditorum Mtis domini nostri proficiscatur mercatum in Civitatem Bardeiomen commerciaque aliqua illic cum Civibus habere audeat, dicitque idem dnus Sigismundus exaggerans querimoniam suam, eam M. vrae prohibitionem non alio, quam eorsum redere posse, ut videlicet per illam dissolvatur necessitudo et amicitia que Regiae Mti cum praefato Serenissimo Rege suo intercedit, Cumque nos respondissemus illi nos credere id de M. vra nequaquam posse, quin immo recte nobis persuadere illam custodire diligenter et observare ea omnia, que ipsi domino Sigismundo eiusque collegis in Conventu Piothrcovien preterito ex voto Regiae Mtis ac totius Senatus Regni erant responsa, retulit ipse M. vram detulisse ultro potestatem eius controversiae que illi est cum Bardeiomen componendae sopiendaeque domino Andreae Stadniczki quam ille dederat quidem iam litteras salvi Conductus seu securitatis Bardeiomen, quibus illi forte non satis confisi, eo quod deesse in eis non nihil dicebant, postulaverunt dari sibi alias tutiores literas

que postea non erant eis misse, atque ita negocium componende
differentie predicte non fuit aggressum, Quia vero nos non dubi-
tamus imo certo nobis persuademus, quod M.tas domini nostri id libe-
ter et grato animo videret ut hec ipsa controversia equis et
honestis aliquibus modis componeretur. Rogamus plurimum M. vram
ut si ipsa interesse hic commode hoc tempore non posset, mitte-
re velit huc aliquem cui fideret, qui vna nobiscum intenderet
negocio eidem controversie componende, quod aggredi et susci-
pere vellemus causa reipublice et bone vicinie cum Ser.mo
domino Ferdinando conservande. De qua re que sit mens et
animus M. vre nos quamprimum facere velit certiores, mansurus
est namque adhuc aliquantisper hic dnus Sigismundus, in cuius
presentia negotium hoc commodius transigi et confici posset, Sique M.
vra concordiam non detrectaret, mitteret huc quoque consangui-
neos et amicos illorum qui circa illam sunt interempti. Id quod
ut facere velit M. vra illam etiam atque etiam rogamus, me-
lius enim et reipub. multo vtilius fore existimamus Vt ea res po-
tius per concordiam quam aliquo alio modo transigatur, felix sit M.
vra cum suis omnibus et diu incolumis. Cuius fraterne beneuo-
lentie nos commendamus. Datum Cracovie XXvi.a
Julii. Anno domini M.o D.o XXix.o

Petrus Tomiczki eps Crac. Vicecancell. Petro Kmite de Vissnicze Marsalco Regni Polonie. Scepusiensi Colensi & Premisliensi Capitaneo.

Mag^ce domine amice et affinis charissime ac honorandam. Tametsi nihil dubitarem d. Iudicem Crac. omnia quae hic aguntur M. vrae narraturum esse, proficiscentem tn istuc ad illam, vacuum meis literis dimittere nolui, quibus M. vram viso, plurimamque illi salutem nuncio, eam etenim illi eque ac ipsi mihi faveo et cupio. Summa haec est eorum quae ex Pannonia sunt allata. Voijewoda Moldaviensis Transsilvanos qui adversum Regem Joannem faciebant, dicitur omnes profligasse, et plurimos ex illis cecidisse et cepisse. Turcarum etiam Imperator fertur cum validissimo suorum exercitu ad fines Hungariae accessisse. Castraque apud Nandorabam habere. Hic apud nos sunt ad presens Oratores duo alter Christianissimi Domini Regis Galliae Dominus Antonius Rincon, alter vero Serenissimi Regis Ferdinandi D. Sigismundus de Herbeisten, mandata que huc a Regibus suis attulerunt, literis suis ad Mtem domini mei Imperatoris missis declararunt. Cetera Dominus Iudex verbis exponet M. vrae, Cuius ego amori et benevolentiae fraternae me commendo et felicem illam esse ac diu cum suis omnibus incolumem vehementer desidero. Datum Cracoviae XIX Iulii Anno domini M°. D°. XXIX

Sigismundo primo Regi Poloniæ
Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancellar.
Christoferus de Ssidlovec Castell. Crac. Cancel.
Nicolaus de Ssidlovec Thesaurus regni Poloniæ

Sacra Regia Mtas et domine domine clementissime Post humilem servitutis, studii, observantiæque nræ commendationem. Accepimus lras Mtis vræ Seromæ, ex quibus cognovimus reversum dominum Isserzieczki a Voiewoda Valachiæ responsum attulisse Mti vræ, quod de damnis et iniuriis vltro citroque inter confines subditos illius et Mtis vestræ illatis, iusticiam mutuam ministrare velit, dummodo duobus diebus cis, tertio vero vltra fluuium sub chocim, ius vtrinque dicatur, In qua re, quid ad statuendum optimum factu sit, sciamus, Mtas vra a nobis requirit. Nos vero tametsi meminerimus Voiewodam id multotiens conatum fuisse, vt in altera parte fluuii, Nestr. ex equo vt in hac Jus dicatur, quia tamen certo scimus in lris federum que cum Mte vra iniuit et firmauit contineri, vt de administranda iusticia iniuriarum vel damnorum vtrinque ab eo, finibus subditis sibi inuicem datorum, mos et consuetudo vetus teneatur atque observetur, existimamus ad dignitatem et commodum Mtis vræ et totius Regni pertinere, vt Mtas vra a federum ratione et consuetudine veteri non discedere, sed in hac parte fluuii in locis consuetis de omnibus iniuriis decerni postulare dignetur. Alioquin enim et Mtis vræ authoritati detractum multum putaremus, et verremur ne non committantur periculo hi qui iurisdicendi causa in alteram partem fluuii traiicerent, Hæc nos pro officio nro et mandato Mtis vestræ communi consensu significandum censuimus. Mtas tamen vra visis et inspectis lris federum quarum exemplum cum presentibus illi mittimus, pro summa sua sapientia et authoritate, quod sibi suisque subditis de terra Podoliæ magis vtile magisque gratum ac honorificum existimauerit, statuere dignabitur. Cui nos rursus seruitutemque nram et nosmetipsos diligentissime commendamus

felicissimamqꝫ esse Mtem vram et in multos annos cum Serma Coniuge sua ac liberis sanam, saluam et incolumem vehementer desideramus. Datum Cracouię

Sigismundo primo Regi Polonie
Petr. Tom. Eps Crac R. P. Vicecancell

Sacra Regia Mtas et domine, domine clementissime.
Post humilem seruitutis et orationum mearum commendationem. Sicuti communi consensu ego cum domino Castellano Crac. et domino Thesaurario illius fratre, perscripsimus sententiam meam Mti vrę de ratione agendi Conuentus cum Valachis, ita ego etiam ipse illi nunc repeto, me satis recenti memoria tenere et quantum retroacti temporis recordatio mea assequi potest, eum morem et consuetudinem seruatam esse semper, vt non in illa, sed in hac parte fluminis Dniestr, Jus de iniuriis et damnis a confinibus mutuo illatis diceretur, nominatim in Villa Chodorowcze, aut Hawrilowcze, quarem puto descriptam esse in pactionibus quas post nouissimum bellum Valachicum Consiliarii Mtis vrę cum Consiliariis Bohdani Voievodę quondam Moldauien. in Camieniecz confecerant, vbi procul dubio illarum scripta in hoc tempus extant et seruantur, quare si necesse fiat illas consuli, reducere de iis in memoriam Mti vrę Sermę officii mei esse putaui.

Caeterum lras que sunt recens ex Italia allate, Mti vrę Sermę mitto, illiqꝫ me et seruitutem meam iterum supplex commendo. Quam felicissimam esse semper, et cum Serma Coniuge sua et liberis bene saluam sanam et incolumem vehementer desidero. Datum Cracouię

Bone Sphortie Regine Polonie
Petrus Tomiczki Eps Cracouiensis
et Regni Polonie Vicecancellar.

Sacra Regia Mtas et domina dna clementissime.

Post humilem seruitutis et orationum mearum commendationem. Reddite sunt mihi lrae Mtis vrae Serenissimae, quae summi illius in Rempub. amoris, indicium mihi prebuerunt, quippe qd ex illis perspexi, Mtem vram de constituendo hic maturo Conuentu publico, iam cogitare, qui, ad multa ardua, et inchoata negocia, summe necessarius esse uidetur, Et ea quidem in rebus cura et sollicitudo diligens Mtis vrae Serenissimae me adducit ut sperem, et credam, reipub. eius statum optimum aliquando et quietum futurum, si haec modo mens, et animus (uti confido) apud Mtem vram, constans maneat. De mea uero sententia, qd Mtas vra me requirit, in quod vsqz tempus, opportunius cogi posse Conuentum indicem, uno et altero uerbo accipiat Mtas vra. Ex multis argumentis tam adinuentis, qm etiam acti temporis cogitatione assequor, ad impedita, et difficillima eius reipublicae negocia, nihil vel salubre magis, vel necessarium accedere posse, qz ut celebrando Conuentui, et tractandis, pariterqz in ordinem collocandis omnibus Mtas vra adesse dignetur, sine qua proculdubio, neqz recte inchoari, neqz ut oporteat confici aliquid poterit. Quare ut Mtas vra optime et ad tempus huc venire possit, auferendam, extrahendamqz Conuentus Regni rationem censeo in diem vsqz Sanctae Catherinae Intra quod tempus negocia istius suae alterius reipublicae, propter quam istuc est profecta, et quibus infectis discedere tutum illi non arbitrarer, absoluere, et ultimam manum illis imponere facile poterit. Tempus uero quod a die Sanctae Catherinae vsqz ad initium quadragesimae futuro anno superexit, tractandis eius Regni negociis, abunde sufficiet si et Mtas vra ipsa ad diem dictam venire

et consiliariis suis ac Nunctiis terrarum generins in his precipere dignabitur, vt in Conueniendo Piothrconiam (qui locus omnibus ad Conuentum accommodatissimus videtur) dictae diei tempus diligẽ, cius quam precedentibus annis fecerunt, obseruare curent, et haec sane est deliberationis, consilijq mei summa, quam sicuti ab animo sincero et integro est profecta, equo etiam ac beneuolenti animo Mtas vra a me suscipere dignabitur, animumq suum et voluntatem ita comparare vt tam de consilio, quam de pria Mtis vrae Serenmae vtriq reipublicae satisfactum esse possit.

Caeterum quod de Epatu Camenecen ad me scripsit Mtas vestra Serenma, vtrumq vehementer miror, quod scilicet et Secretarius nullus illum petat, qui Epale munus cum dignitate sustineret, et quod dnus Archiepus dominum Slijwniczki illi obtendat, quem virum quidẽ bonum scio esse, et honestum verum ad publicos gerendos Magratus, minime aptum, cum tamen ille locus, hominem, et consilio, et authoritate valentem magnopere postulet, partim propter vicinitatem valachiae populi, partim etiam propter multa illius prouinciae domestica negocia, in quibus curandis expediendisq, vtilis esse solet et necessaria singularis alicuius viri prudentia et authoritas. Ac ego quidem iussu Mtis vestrae Serenmae de reperiendo homine qui isti muneri praefici cum dignitate posit, diu mecum cogitaui, tentauiq non nullorum meorum Canonicorum animos, reperire tamen hactenus nõ potui, qui simul et munus suscipere vellit, et ad illud aptus foret, dabo tamen operam, quantum in me erit, vt alicui, qui fuerit genere Nobilis et idoneus, persuadeam, quo Epatus eius munus a M. vra petat et suscipiat. Interea etiam Mtas vra ipsa deliberare dignabitur, si forte aliquam personam illo loco dignam reperire posit. Satius est enim aliquandiu Epo carere, ut publicae utilitati consulatur, quam temere cuius primum petenti Epatum tribuere, cum praesertim in mora nullum fuerit periculum, siue ad aduentum hur suum Mtas vra differat

namque in bonis Epalibus administratorem factum esse dubitari non potest, et si id forte sit hactenus neglectum, Mtas vra demandare hanc curam Capitulo Ecclesiae Camenecen pro authoritate sua facile poterit, et de Epo deligendo interea meditari

Dominus Antonius Rincon, et Dnus Broderitus Epus Sirmien in Hungaria sunt profecti, arcessiti per Serenissimi Regis Joannis lras, et nuncium, Noua hic ad presens alia non sunt, nisi quae dudum de Thurcis et homines praedicant, et ego perscripsi Mti vrae Serenissimae, Commendo me itersus et humilem seruitutem meam Mti vrae Serenissimae quam felicissimam esse, et simul cum Serenissima Coniuge sua ac liberis omnibus bene saluam et incolumem vehementer desidero. Datum Cracoviae XXV Julii

Petrus Tomiczki Eps Crac Vicecancell
Joanni Choienski Archidiaco Cracovien
Secretario regio

Venlis domine frater in Christo charissime. Tametsi adhuc nedum ad indicendum, verum etiam ad consultandum de indicendo Conventu satis fuerit temporis, quia tamen ita tempestiue placuit in hoc Mti Regiae sententiam meam requirere, parendo iussis illius, perscripsimus sententiam meam de Conuentu generali, pro festo Sanctae Catherinae Piothrcouiae indicendo, namque id tempus in vtramque partem nobis commodissimum et oportunum visum est, si quidem interea et negotia istius reipub. quae iam sunt cepta absoluere poterit Mtas Regia, et ad nos mature reuerti, de qua re illi vehementer supplicamus, prouidemus enim quam frustra esset et conuentum indicere, et illi interesse, si Mtas sua abesse debeat, cum et venturos multos non esse illo sciamus, et qui venirent, id tantummodo curaturos, vt nequid vtilitatis publicae causa, statuatur, propter iniuriam qua rempub. ex bonoribus minus recte distributis afflictam esse cum conquestione disputabunt. Quare

Et nos monemus et hortamur, vt pro officio uestro, persuadere curetis M.ti suae, vt ad tantos fluctus depellendos tempestatemque temeritatis hominum superandam, dux nobis et gubernator adesse dignetur, pro cuius nos salute dum egra esset, non minus deum precabamur, quam nunc pro recuperata illius valetudine, et ipsi gratulamur, et omnipotenti deo, cum publice, tum priuatim, peragimus gratias.

Caeterum scribimus M.ti suae in commendationem Aduocatorum de Villa Lopunie literas. Item alias in Commendationem Nobilis Vbislai Lubowiczki de terra Ploren, et Ancillae Apoloniae famulae dominae Birsowa, et vxoris quondam Michaelis Szpisz Ciuis Cracouien, quorum omnium, etiam negotia vobis commendamus, et rogamus uos, vt illos desiderii sui compotes, fieri curetis. Praeterea mittimus uobis Commissionis literas, quibus, domina Majkowa indiget, et citationem Nicolai Regula vt illos anullo M.tis suae obsignetis, signatasque rursus nobis remittatis. Formulam conscribendarum literarum pro Conuentu generali, primo quoque nuncio qui se offerat, vobis mittemus. Petro Conarski non permittemus, vt posthabitis studiis bonarum literarum, viuat secundum voluntatem et feruorem adolescentiae suae, et speramus, quod eum facile continebimus in officio, et obedientia debita. bene valete. Datum Cracouiae XXV. Julii. Anno domini M°. D°. XXI°.

ad

Petrus Tomicius Eps Cracouiensis Regni Poloniae Vicecancellarius Andreae Cricio Epo Ploce*n*

R*everendissi*me in Chr*ist*o pater et domine, nepos charissime, Cum istuc ad d*ominationem* v*est*ram R*everendissi*mam proficisceretur Joannes Oszwiezki meus, dimittere eum sine meis ad d*ominationem* v*est*ram R*everendissi*mam his nolui, quibus illam viso, et saluto, vtque sit salua semper et incolumis, ex animo opto. Noua quae hic aliunde afferuntur, recensere illi subtilius poterit verbis ipse Oszwiezki, qui est ad res eiusmodi, homo satis prudens, et industrius, ego tamen officii causa summatim illi omnia explicabo. Quod ab initio multotiens dicebatur, de Turcorum, in Pannoniam aduentu, hoc iam certissimi nobis confirmarunt nuncii, cumque et venisse Thurcum cum validissimo, instructissimoque exercitu, et Alba Regali, Budaque capta, Austriam versus contendere, magnae authoritatis, et fide insignes viri, perscripserunt.

Caeterum etiam l*ite*rae certissimae nonnullorum hominum hic habentur, quibus scribitur, Imperatorem cum Rege Galliae, certis conditionibus, perpetuum foedus peregisse, Pontificemque in illorum fidem, societatemque accesisse, Quae res, ut magna est, et optimis auspiciis cepta, ita spem quoque non vulgarem omnibus facit, constituendi in pace tandem orbis Christiani totius

Oszwiezki eo animo istuc est profectus, vt rem familiarem suam praesens curet, et administret, neque absens amplius ab domo sua viuat. Quare, cum proximius d*ominationem* v*est*ram R*everendissi*mam, quam me, vitam aget, commendo illum d*ominationi* v*est*rae R*everendissi*mae, et rogo illam plurimum vt pro illius erga me fide, et meritis, complecti illum beneuolentia et fauore suo, et, ubi opus illi et commodum fuerit, suum patrocinium et operam, no grauate praestare velit, in quo et mihi plurimum gratificabitur

d. vra Rma, et illum sibi devinciet multum. Commendo me amori et benevolentiae fraternae D. vrae Rmae, quam sanam saluam et incolumem vna et felicem esse diutissime opto. Datum Cracov. xv. Septembris

Petrus Tomiczki Eps Crac R.P. Vicecancell Iacobo Epo Wratislavien: Carolo Duci Minsterbergen, Capito ceterisque Ducibus et ordinibus Slesie.

Rme in Chro pr et domine. Illrmi Principes, Spectabilesque et Magci domini, domini et amici honorandi. Accepimus lras vrarum D., quibus nos eorum certiorem faciunt, quae in medium ipsarum dnus Joannes Thurso de Betlem valna liber dnus in Plezina detulit, nos scilicet neque ostendere sibi voluisse privilegia, quae haberemus super nonnullis villis Eccliae nrae, et quas ille sitas esse in territorio Plezinen praetendit, neque tributum publice in Slesia Sermo Principi domino Ferdinando Hungariae, et Bohemiae Regi decretum, solvisse, cum tamen ceteri ordinis et conditionis nostrae viri, qui bonis Ecclesiis in Silesia praesunt, de bonis suis illud praestiterint. Nosque rogant et hortantur, vt et tributum praenominatum exemplo aliorum Praesulum de villis nostris solui faceremus, et privilegia si quae haberemus immunitatis vel donationis, domino Thursoni ostenderemus. Qua in re tametsi nos adhortationem D. vrarum, vt debemus, grato et benevolenti animo accipimus, miramur tamen vehementer, dnum Thursonem ita animatum esse, vt et queri de nobis non vereatur, et nra, libertatesque et quiete bonorum nostrae Ecclae lacessere contendat, quae a longo tempore et multis praedecessoribus nostris huiusque libere, quiete et sine vlla impetitione obtinebantur. Ac cum ita haec res nova nobis videatur, et in qua nos nihil statuere possimus absente et inconsulta Mte Regia, quam et tutorem summum bonorum quae ad Eccliam nostram pertinent agnoscimus, et authorem dnumque eorum omnium scimus quae ad fines Regni sui cum vicinis provinciis regendos distinguendosque

pertinent, referemus haec ad Mtis suae authoritatem, consiliumque de ea re ab illa petemus, et quae illa vel suaserit, vel permiserit, vel iusserit nos facere, non inuiti omnia faciemus et praestabimus. Interea autem nos et officia nra veris D. sedulo commendamus, quas felicissimas esse omnes, et optime saluas et incolumes, vehementer desideramus. Datum Cracoviae xiii Augusti.

Petrus Tomiczki Eps Crac Vicecancell
Ioanni Latalski Epo Posnaniensi

Rme in Chro pr et domine frater et amice charmae ac honorandme. Perspexi ex lris D. vrae Rmae iniuriam illi eam videri, quod pecunia Nundinalium seu foralium fuerit exacta pro festo Sancti Adalberti praeterito in Nundinis Gnesnen nomine fratris mei domini Castellani Gnesnen defuncti, qui ante nundinas tum vita iam fuerat functus, quoniam existimet hanc ipsam pecuniam ad dominum Castellanum fratrem suum qui in Castellanealu meo fri successit, pertinere debuisse. In qua quidem re tametsi ego nihil vellem contra ius et aequitatem vel ad iniuriam domini Castellani fris D. vrae Rmae committere, quia tamen aliter quam sentit D. vra Rma ego scio hac de re et ius et patriae consuetudinem disponere, nollem Nepotes meos iustitia ipsorum in hac parte fraudare. Et enim vis sive in eiusmodi, sive in haereditariis successionibus, fingit vivere defunctum ad omne onus et emolumentum, interea dum de novo haerede vel successore definitur. Exempla autem in rem nepotum meorum, et si multa reperiri alia possunt, vel hoc unum tamen quod est recens domini olim Swidwe in pria commemorare sufficiat, post cuius mortem in simili casu, non frater meus qui ei successerat in dignitate, sed haeredes domini Swidwae Nundinalia exigerunt. Quare ne temere quid in hac re egisse videar, vel amicorum

iudicio, uel decreto Regiae M.tis hanc rem diffiniendam relinquo. Cum enim una fauente deo Pioltcouiae confererimus inuicem, et quod utrinque aequum et iustum uidebitur statuemus. Interea boni hac consulat D. V.ra R.ma qua facio. Teneor enim rem et facultates ne potuum meorum tutari, praesertim quae mihi in re undique aequa et iusta uidetur.

Noua que hic habentur, superuacaneum putaui his scribere, cum illa commodius ex uerbis domini Sebastiani Sebastiani Opalieniczki Custodis Ecc.ae suae coram cognoscere posse D. V.ram R.mam intelligerem. Quare hoc quod restat me amori et beneuolentiae fraternae D. V.rae R.mae commendo, illamque felicem, et quam diutissime incolumem esse uehementer opto. Datum Cracouiae die sancti Lucae Euangelistae, Anno domini M. D. XXIX.

Petrus Tomiczki Ep.s Crac. Vicecancellarius
Ioanni Choienski Ep.o Premisliensi.

R.me in Chr.o p.r et domine fr. et amice charissime et honorande. Ago et habeo D. V.rae R.mae magnas gratias, quod me de omnibus quae istic aguntur, certiorem fecerit, ex quibus id mihi praecipue fuit iocundum quod Ser.mi Principes nostri cum D. V.ra R.ma et reliquis Aulae suae officialibus et seruitoribus, sani et incolumes istuc peruenerint, illud autem apprime molestum, quod aliquorum dominorum istius Ducatus Consiliariorum animi, male sint affecti ad res bene et ex utilitate reipub. gerendas, Hyramidemque in alios exerceant. Verum cum hoc sit felicitas M.tis Principis, quod simultates quae sciente illa, inter quantumuis magnos subditos exoriuntur, diuturnae esse non soleant, spem optimam concipio, suam M.tem et istas istorum rixas et altos sp.us sua prudentia sine caede et sanguine moderaturam, et in optima demum omnium concordia, res istius Du,

ratus pro honore et commodo suo constituturam, pro quo ego hic et pro optata Mtis suæ et omnium suorum incolumitate, in tota mea Diœcesi ad deum omnipotentem supplicationes imperaui.

Dominus Nicolaus Cziżowski Castellanus Sandecen, paucis ante diebus misit ad me lras longas et acerbas querellé contra D. Coszielieczki Succamerarium Crac plenas, quem dicit assumere sibi autoritatem incepisse, eligendi in Ciuitate Bochnen contra priuilegia sua Consules, iurisdictionemqz in eos exercendi, de qua re tametsi D. Succamerarium ad presens arte et ingenio depulit, quia tamen metuit, ne sub absentia Mtis Regiæ a Regno, aliquid illi iterum negotii facessatur. Rogauit a me Vt eius causam Rmæ D. vestre commendarem, quare plurimum rogo Rmam D. vram Vt in consideratione habeat et obseruet eius aduersarios, ne quid impetret a Mte Regia, quod ad iniuriam illius vergeret, vel quod posset aliquam concertationem non necessariam inter vtranqz partem parere. Hec enim tota de priuilegiis et iure eligendi Consulatus Bochnen controuersia, commodius in Regnum suspendetur, quam quod de illa quidpiam isthic in absentia parcium et non visis illarum iuribus, decerni debeat

Aquæ, pluuiæ, et fluminum ingens inundatio, magnum passim in regno damnum hominibus intulit. quæ noxia labes, alteram luem pestiferam post se in hominum perniciem trahere portendit. Cometes etiam qui vbiqz magnitudine et pallore horridus est visus si quid boni vel mali ominetur vel indicet adhuc mihi est incertum, retuli tamen negocium ad Astrologos, super quo, quicquid ab illis responsi habuero D. vra per alium Nuncium declarabo. Interea illam rogo plurimum, Vt quas ad illam in vrbem conscriptas mitto lras, manu Mtis Regiæ subscribi curare, et ad me vel dnum doctorem Borek per primum nuncium remittat.

Doctor Crziessow Canonicus et officialis meus Cracovien, vir probus et religiosus, mortuus est die xxvii mensis praeteriti hora noctis secunda, qui die S. Jacobi bene sanus, rem diuinam fecit, missam celebrauit, et vesperis interfuit. Commendo me amori et fraternae beneuolentiae vestrae R^mae D. quam felicissimam esse, atque recte sanam et incolumem ex animo opto. Datum Cracoviae

Sigismundo primo Regi Poloniae, Petrus Tomiczki Eps Cracouien & Regni Poloniae Vicecancellar.

Cives Gedanen priusquam mitterent istuc ad Mtem vram nuntios suos, miserunt huc ad me, et dominum Castellanum Crac dominum Petrum Beher Consulem, et Magistrum Jacobum Secretarium suum, qui cum principio Senatum suum diligenter his de rebus apud nos excusassent, ob quas illum de temeritate sua et negligentia obseruandi decreta publica apud Mtem vram accusatum intellexerant, post deinde a nobis petierunt vt eorum causam et innocentiam per literas nras tueremur, queruntur enim et ostendunt nouae monetae institutionem et marcae prioris auctionem magno incommodo rationes suas publicas oppressisse, quod cum ego ex illorum sermone ad magnum detrimentum illius Ciuitatis pertinere animaduerterem, probaui institutum illorum, quod in adeunda consulendaque hac de re Mte vra susceperunt, Cui ego partim propter illorum petitionem, partim propter necessitatem commodumque publicum terrarum Prussiae, supplico humiliter, vt priusquam aliquid de ea re statuat exequendum, diligenter expendere dignetur, quid in commodum, quidue in detrimentum publicum Ciuitatis suae Gedanen et prouinciae illius totius cedere debeat, atque omnem istam deliberationem rei monetariae quae est admodum difficilis et recondita, ac executionem mandatorum suorum ad suum felicem in Regnum reditum Mtas vra suspendere et differre

dignetur, quo tempore perspecta diligenter eius negotii ratione, adhibitisq[ue] Consiliariorum illius provinciae iudiciis, id quod salubre ac frugiferum sibi suaeq[ue] reipub. existimabit, M[aies]tas V[est]ra statuere dignabi[tur]. In quo non modo privatim, sed publice etiam commoda et utilitatem suorum tuebitur M[aies]tas V[est]ra, summumq[ue] officium et clementiam Regiam apud subditos vehementer, gratam et illustrem faciet.

Ceterum habent in mandatis hi ipsi Nuntii qui ad M[aies]t[a]tem V[est]ram sunt designati, ut nomine Civitatis suae petant M[aies]t[a]tem Vestram, quo illis monetae cudendae p[otes]tatem secundum privilegia eorum facere dignet[ur].

Praeterea excusativi sunt apud M[aies]t[a]tem V[est]ram innocentiam Civium suorum de his rebus ob quas se senserunt apud M[aies]t[a]tem V[est]ram insimulatos esse. Quod omne illorum negotium et petitionem, ego suppliciter et vehementer commendo M[aiesta]ti V[est]rae Ser[enissi]mae, illamq[ue] etiam atque etiam rogo, ut habita ra[ti]one fidei illorum, quam erga M[aies]t[a]tem Vestram et eius praedecessores Reges ac Regnum Poloniae, in omni fortuna semper constantissime servarunt, illorum desiderio pro benignitate sua Regia assentiri, et petitionem admittere dignetur, ut d[omi]nus clementissimus. In cuius gratiam, ego me servitutemq[ue] meam, iterum atq[ue] iterum commendo, felicissimamq[ue] esse M[aies]t[a]tem, et cum Ser[enissi]ma Coniuge sua et liberis sanam, salvam et incolumem vehementer desidero. Datum Cracoviae ✝ ✝ Augusti

Sigismundo primo Regi Polonie
Petrus Tomiczki Eps Cracouien
& Regni Polonie Vicecancellarius

Cives Elbingen subditi Mtis Mae Sermae, petierunt a me per lras ut Mti Mae pro illis supplicarem, quo illorum Ciuitati cudendae monete ptatem facere dignetur, ex eo priuilegio, quod antiquitus se in Ciuitate sua habere asserunt, petierunt etiam, ut partes meas apud Mtem Vram interponerem, ut illos a praestatione contributionis, quae in eorum Ciuitate, qntum ego memini in septennium perpetuum propter rempub. eorum perturbatam et exauthoratum Senatum decreta fuerat, ab eo tempore immunes liberosqz facere dignetur, cum reliquae illius prouinciae Ciuitates, Ut Thorunium et aliae minores, quibus in triennium tantummodo contributio erat imperata, sua obligatione se absoluerint, quod illorum negotium, ut non desim petentibus, ego Mti Vrae Sermae commendo, Ut qntum permittent Mtis Mae rationes, quantumqz pro equitate Regia, Mtem Vram facere conuenit, illorum petitionem intueri et liberaliter admittere dignetur, quod illi Mti Mae Sermae una mecum perpetuo bene mereri curabunt. Commendo me rursus et seruitutem meam in gratiam Mtis Vrae Sermae, quam felicissimam esse, et cum Serma Coniuge sua et liberis probe semper sanam et incolumem uehementer desidero. Datum Cracouiae xxja Augusti Anno domini M° D° xxix°.

Petrus Thomiczki Eps Crac. Vicecancell. Epo Wratislavien: Ducibus et ordinibus Slesie.

Rme in Chro pr et domine. Illmi Principes Spectabilesque et Magci domini, domini et amici honorandi. Accepimus lras vrarum D. quibus nos eorum certiorem faciunt, quae in medium ipsarum D. Joannes Thurzo detulit, nos scilicet neque ostendere sibi noluisse privilegia quae haberemus super nonnullis villis Ecclae nrae, et quas ille sitas esse in territorio Plezinen. praetendit, neque tributum publice in Slesia Serenmo domino Principi Ferdinando etc. decretum solvisse, Cum tamen ceteri ordinis et conditionis nrae viri, qui bonis Ecclesiis in Slesia praesunt de bonis suis illud praestiterint, nosque rogant et hortantur, ut et tributum praenominatum exemplo aliorum Praesulum de villis nostris solvi faceremus et privilegia si quae haberemus immunitatis vel donationis, domino Thurzoni ostenderemus. Qua in re tametsi nos adhortationem Dominationum vestrarum grato et benevolenti animo accipimus, miramur tamen vehementer D. Thurzonem ita animatum esse, ut et queri de nobis non vereatur, et nra libertatesque et quietem bonorum Ecclae nrae lacessere contendat, quae a longo retro tempore, et multis praedecessoribus nostris, huc usque libere, quiete, et sine ullius impetitione obtinebantur, Ac cum ita haec res nova nobis videatur, et in qua nos statuere nihil possumus, absente et inconsulta Mte Regia quam et tutorem summum bonorum, quae ad Ecclesiam nostram pertinet agnoscimus, et authorem dominumque eorum omnium scimus, quae ad fines Regni sui cum vicinis suis provinciis regundos distinguendos pertinent, referemus haec ad Mtis suae authoritatem, consiliumque de ea re ab illa petemus, et quae illa vel suaserit vel permiserit vel iusserit, nos facere non inviti omnia faciemus et praestabimus Interea nos et officia nra vris D. sedulo commendamus Quas felicissimas esse omnes et optime salvas et incolumes

Sigismundo primo Regi Poloniae
Petrus Tomiczki Eps Cracovien
& Regni Poloniae Vicecancellar.

Sacra Regia Mtas et domine domine clementme.
Scripsit ad me dominus Palatinus Masoviae, se non potuisse assequi Praefecturam Zakroczimen, quam illi Mtas vra contulerat, propter Privilegium quod ad certum tempus obtinendi eiusdem Capitaneatus pnti illius possessori, ab dominis olim Ducibus Masoviae datum erat, et a Mte vra nunc in Lituania confirmatum, quare cum ita et hunc Capitaneatum adeptus non esset, et in Palatinatus dignitate magnum onus et sumptus non mediocres sustineat, petiit a me, ut apud Mtem vram pro se interponerem meas partes, quo illum ad tantam negociorum molem et curam sublevare aliquo reditu animo dignetur, Ego vero quia id honestum et equum esse video, ut is qui onere premitur, commodo etiam subleventur. Mti vrae Sermae supplico, ut ad illius rationes aspicere, animumque advertere dignetur, simulque consulere, ut ad dignitatem sustinere sine suo incommodo, et negocia in loco Mtis vrae commode curare et expedire possit, quod partim in Mtis vrae laudem, partim in utilitatem illius provinciae cedet. Ille vero de clementia et liberalitate Regia in se collata Mti vrae Sermae, optime merenti una merum perpetuo curabit.

Caeterum is ipse dnus Palatinus habet quandam controversiam cum dna Elizabet Sieprska in iure spuali fori Plocen. diuturnitate temporis impeditam et difficilem, quia, quia vellet in Conventu proxime futuro coram Mte vra et consiliariis illius referre, Supplicat Mti vrae Sermae, ut pro authoritate sua Regia, inhibere dno Suffraganeo, et dno Vithinio Canonico Plocen. iudicibus, dignetur, ne in cognitione huius causae ulterius promoveant et procedant, sed illam ad Conventum qui proxime instat, suspendant, Ego vero tametsi suadere non ausim Mti vrae ut in praeiudicium alterius partis inhibere debeat, quia tamen

hoc a me dominus Palatinus petiit, commendo Mti uestrae illius petitionem, ab illaque rogo, ut quantum honestum, et aequum uidebitur, illi in petitione clementia et authoritate sua Regia adesse dignetur, quod ille Mti vestrae inuicem meorum perpetua seruitute bene mereri curabit. Quam ego seruitutem, et me ipsum rursus Mti uestrae Serenissimae, Commendo. felicissimamque esse Mtem vestram, et in plurimos annos cum Serenissima sua Coniuge et liberis certe incolumem uehementer desidero. Datum Cracouiae XXV. Augusti. Anno domini Mo. Do. XXIXo.

Petrus To. Eps Crac. R. P. Vicecancel Ioanni Choienski Archidiaco Crac Secretario regio.

Venerabilis domine, Ea quae dnus Sigismundus Regis Ferdinandi Orator, et ante cum istic praesens esset, et nunc per lras apud Mtem Regiam agit, tametsi nobis erant incognita, quoad illa ex dno Castellano Cracouien et lris Mtis Regiae cognouissemus, probatur nobis tamen Mtis suae Regiae in ea re factum et consilium, nihil enim metuimus inde aliquid sinistri et aduersi accidere posse sed omnia fausta, et quae ad summam laudem et gloriam Mtis suae pertinebunt.

Hic magna est perturbatio partim ex his quae iam uera de aduentu Thurcorum in Hungariam afferuntur, partim ex his quae ab initio de infaustissima nostrorum in Podolia internicione, nunc uero cum has scriberemus, certorum tantummodo paucorum iactura et interitu nunciabantur.

Sunt et alia quae exacerbatos multorum in repub. animos, et ad dissensionem dissidiumque pronos indicant. Quare plurimum a Vobis rogamus, quod iam quoque antea saepius fecimus ut intendatis, uires uras

ad persuadendum Mti Regiæ, vtcunque vt cito ad nos reuerta, tur, et cum diem Conuentui dicat et statuat, ad quem ipsa certo et ad tempus venire possit, nam aliōqui frustra et nos ad Conue, tum proficisci deberemus, cum id nobis sit iam exploratissimum, nemi, nem venturum, si Mtem suam præsentem non adfuturam, et si venerint, nihil tamen confecturos

Scripseramus ad vos in negotio quorundam egentissimorum et paupe, rum Aduocatorum de Villa Lopunie, quod nunc rursus nobis commen, damus et rogamus a vobis, ut lras in eorum negotio ad nos trans, mittere memineritis, vna cum citatione, quam pro Nicolao Regula obsignandam istuc ad vos miseramus

Commendauimus Mti Regiæ uti uidebitis D. felicem Naramp[i]nski Decanum Vladislauien ad Epatum Cameneceñ, permoti precibus frs eius germani, Canonici Ecclæ nræ Cracov. quem etiam fauori, et patrocinio vro commendamus, rogamusque a vobis, vt si Mtas Regia eam illi dignitatem conferre dignabr condicionem interponere et adscribere in lrs suis etiam velit, quo et in Epatu illo frequenter maneat, et hoc iure quod ad plebanatum in magna Slezin habere contra Stanislaum Podlodowski seruitorem nostrum prætendit, cedat, illudque domino Samueli Marzieiowski Canonico Cracovien, et seruito, ri nostro liberum dimittat. Nam et Podlodowski illi suo iure cessit, qd illic habuit. In quo facietis nobis rem gratam, et quam D. Marzie, iowski omnibus officiis nobis optime mereri curabit. Has autem lras quæ domino felici Naramp[i]nski pertinebunt, vellemus, vt in manus uras transmittatis, felicissime valete. Datum Cracoviæ XXvi Augusti. Anno domini M°. D°. XXix°.

Petrus Tomiczki Eps Crac Et Regni Polonie Cancell

Mathie de Drzewicza Epo Cuiauiensi

R[me] in Chro pr et domine, frater et amice charo[me] ac honoran. Accepi lras d. vrae Rmae, quibus dnum Felicem Naropinski Cancellarium suum mihi commendat, a meque petit, ut ad Cpatum Camenecen, ego eundem illum apud Mtem Regiam commendarem atque promouerem, quod quidem ego priusqn lras d. vrae accepissem pro virtute eius et meritis in d. vram Rmam, tum denique quod et ab illo per nepotem et a fratre hic coram rogatus essem, officiose et diligenter praesti, neque dubito Mtem Regiam mo et illius desiderio satisfacturam esse, modo vra quoque Rma D. illi sua commendatione apud Mtem suam non desit

Grauiter hic perturbati sumus omnes ex infelici casu et iactura, que in militibus nostris, iisque primariis et insignioribus viris, nuper in Podolia accidit, nempe fusi per gentes Aslam Soltani sub Oczakow dicitur ex quibus plerique occisi, sed quingenti capti alii in turpem fugam acti sunt, missus est nunctius ab Aslamo Ttolano ad Regiam Mtem, qui quicquid illic aget, quicquid referet, dum erit mihi cognitum, d. vram Rmam facere certiorem curabo. Imperator Thurcorum cum valido et numeroso exercitu Hungariam inuasit animo, ut dicitur eo, Regem Joannem in sedem et solium suum restituendi. Imperator vero Romanus dicitur cum ingenti classe Januam applicuisse concordiamque et pacem cum Rege Galliae iniisse. Caterum Peterus Peren pererum perhennis Regis Joannis hostis, captus esse perhibetur cum vxore et altero ex filiis suis, et in vincula coniectus. Commendo me amori et beneuolentiae fraternae vrae Rmae D, quam et felicem esse quamdiutissime sanam et incolumem vehementer desidero. Datum Cracouiae penultima Augusti. Anno. Mo Do xxix

Petrus Thomiczki Eps Cracovien & Regni Poloniae Vicecancellarius

Paulo Duci Olssanen Epo Luceoriensi

Rme in Chro pater et domine, fr et amice charissime ac honorandi.
Retulit mihi dnus Volborz D. vram Rmam, nescio quid de mutato
meo erga se animo arrepisse, illudque ipsum moleste ferre. Quae res si,
cut apud me nova extitit, ita auditu non admodum fuit grata. Namque
ego non mutare modo mentem et affectum meum erga vram Rmam
D. diligenter cavi, verum etiam amorem, coniunctionemque mam mutu-
am tueri et conservare quantum in me erat semper studui, quod cum
nunc aliter nonnullos interpretari senciam, non possum non graviter
ferre. Tantoque id magis quod nec causam ullam talia de me suspican-
di alicui de me praebuerim, nisi forte inde suspicio ista trahat exordium
quod cum multa indigna in Synodo praeterita Piotrkoviae celebra-
ta contra Cancellarium d. vrae Rmae proposita fuissent sensissem, dixeri
bona ratione me dolere vehementer, in talem servitorem d. vram R.
incidisse, qui moribus suis veterem bonam existimationem d. vrae
Rmae et gratiam popularem minuaret, nomenque illius in invidia
adduceret. Caeterum aliud quod mihi suspiciones eiusmodi parare
posset nihil unquam in verbis contigisse memini / de animo autem
ita ipse sum mihi conscius quod illum sicut antea semper, ita et
nunc integerrimum et amicum servem. Quare D. vram R.
rogo non admittat haec apud se de me ita dici ut illis credere
et assentiri debeat. Non possum quidem probare factum nep-
tis ex sorore d. vrae Rmae, quae nunc post mortem D. Oborski
mariti sui, inconsulta d. vra Rma, novum sibi susceperit maritum
D. Wrzelowski, verum quia iam ita factum est ut in integrum
reduci nequeat. D. vram Rmam rogo causa mariti istius novi
qui me rogavit ut hanc culpam et errorem suae neptis in quem
fragilitate sexus ducta est, condonare illi vellit, maritumque simul

cum ipsa nepte in gratiam redire, et pro sua pietate, in iusti
tia et iure quod sibi in quibusuis bonis et rebus competit, tueri

Ad haec putaui pro meo erga D. vram Rmam affectu cum ve
nia illam hoc loco admonere velit suorum veterum seruitorum
quorum fidem et probitatem haberet perspectam, consilia et per
suasiones amare, illisque uti magis quam aliis quibuspiam, de qui
bus non ita dudum exploratam certamque habeat ronem, longe enim
praestat homini laudato ad eorum se accommodare sententiam, quorn
vitam et temporis longinquitas, et in actione certa fides, pluribus
commendauit. verum prudenti multa in hanc sententiam referen
re non oportet. In quam solo iudicio facto per se rationes suas re
ponere certe poterit. Ego me amori et beneuolentiae fraternae
D. vrae Rmae commendo, illamque felicissimam esse, et optime
sospitem ac incolumem ex animo desidero. Datum Cracoviae X^a
Septembris.

Petrus To. eps Crac. R. P. Vicecanc
Andreae Cricio Epo Plocensi

Rme
in Chro pr et domine, nepos charme. Cum indignu
mihi videretur si Lubomezki meus absque meis lris d. vram con
uenire debuisset, solius officii probandi causa istas exaraui, quibus
D. vestram Rmam uiso et saluto utque sit quam diutissime incolumis
et felix uehementer opto, quae hic de rebus Pannonicis, uel aliis
quibuscumque habentur. Lubomezki singula verbis exponet d. vrae
Rmae, summa tamen omnium haec est, quod Turcus quinque miliaribus
proxime Budam castra posuerit, quodque nouem millia hominum ad
expugnandum uel euertendum castrum illud nobilissimum Buden
magnifico sumptu extructumque opere insigne miserit, dicitur enim illic
ad defensionem illius Castri Rex Ferdinandus praesidia collocasse

Imperator vero Christianus cum summo Pontifice, et Galliae Angliaeq[ue] et Bohemiae Regibus quibus conditionibus perpetuam pacem et foedus peregisse dicitur, ex exemplo literarum domini Forberi, quod cum p[rese]ntibus mitto, V. ma M[aies]tas cognoscet, reliqua quae erunt Luboviczki illi dicet. Ego me amori et benevolentiae fraternae V. mae M[aies]tatis commendo, quam felicissimam, et optime salvam esse ex animo cupio. Datum Cracoviae xxiiii Septembr[is] Anno domini M° D° xxx°.

Salomon Sultan Chan Cesar Turcorum Sigismundo primo Regi Poloniae

Dei gratia, cuius nomine nihil sublimius est. Post deum autem hunc dominum recognoscimus, qui venit a deo in fide et scriptura vera, in fine omnium sanctorum dei, quem deus supra omnes sanctos constituit. Cuius nomen est Machometus Mustafa.

Insuper et illorum nomina invocamus, qui a Chri[st]i fide recedentes, illi adheserunt, et secuti sunt eum, Illorum nomina sunt. Abubekier. Himer. Esman, Haly, retribuet deus illorum animabus

EGO Caesar magnus quo maior in terris nullus est. Deus in coelo ego autem in terris sum umbra eius. Albi maris et nigri maris Romanie, Anathaliae, Carmaniae, Romaniae, ultra mare etc. Affricae, Europe, Siriae, Arabiae, Indiae, Cananeae, Galiciae, Phemiae, Alexandriae, et Aegipti, necnon magnae Civitatis Alkairi, Aethiopiae, Mediae, et Lamechiae, Libiae, et maris indiaci, Rubigiae, Regni Jerusalem, Samariae et maris Tiberiadis, Damasci, Halepi, Magnae et Anthiochiae, Mesopotamiae, Caldeae, et magni Babilonis cum maiori et minori Armenia, Parthiae, Persiae, Hiberiae, Georgianiae cu[m] Mari Caspio, Trapesunti, Thauriciae, Capadociae, Coesareae, Ram,

philiæ, Ciliciæ et Tarsiæ, Amasiæ, Phaphlogoniæ, Frigiæ, Bithiniæ, Niromediæ, et Calcedoniæ, necnon vniuersæ Græciæ, Traciæ, Macedoniæ, Thessaliæ, Peloponsi, Chorinti, Cheronesi, Albaniæ, Bosnæ, Bulgariæ, Valachiæ, Sirbiæ, Thartariæ, et multarum aliarum Prouinciarum, Imperii Regni nostri fortitudine, armis virtute bellica, per nostros prædecessores Imperatores, patrem et Auum acquisitarum, et licet quedam Regna defecerunt, ego tamen illa recuperaui gladio meo igneo,

Ego sum Sulthan Baias filius Sultani Selymran Chan, Tu es dominus magnus, quo in Christianitate, nihil maius prudencius, et felicius est, Sigismunde Rex, Significamus tibi, quemadmodum proxime misisti ad nos orationem tuam, nos ita vobiscum conuenerimus et conclusimus, amico uestro nos fore amicum, hosti hostem, Cum vero alii Principes Christiani insurrexerunt in me hostiliter, qui a gladio meo auxiliante deo perierunt, Terras illorum vastaui, Arces et Ciuitates destruxi, et illos ex illorum terris in fugam conuerti, sunt illi autem supra omnes bestias imprudenciores, quia te Regem prudentem obaudierunt, ydem et me, et deum etiam obaudierunt.

Itaque ego auxilio dei uolo contra illos proficisci franeam meam et ignem ardentem mittere, illosque pro talibus verbis, et minis vehementer corrigere, et illorum immunda corpora destruere, et Machometica mundissima fide illorum vires conterrere, Exercitus autem mei fortitudo, est supra omnes vires et fortitudines bestiarum terræ

Exercitus et vires meas de suprascriptis terris eductas, firmamentum terræ sustinere non poterit, præ iisdem exercitibus, et pixidibus apparatuque bellico terra timebit et contremiscet, Cum primo apparatu et exercitu permittam vnum dominum Consilii mei Principem, qui est gentis et nationis Christianæ, Nomen illius Imbraymbascha, cui tribuat dominus longam vitam, hunc ego sequar cum omnibus viribus meis

exercitus mei similes erunt aquarum maris, in quibus tamen ego non repono spem, sed in dei benignitate, ante hac vbicunque ambulaui dominus adiutor fuit mihi, et in presens meam spem in potentiam et gratiam diuine repono, aut illos aut me deus iuuabit. Haec tuae Mti Rex magne significare voluimus. Datum Constantinopoli a morte Machometi Nongentesimo tricesimo sexto. Amen

Ioannes Rex Vngarie
Petro Tomicio Epo Crac
Regni Polonie Vicecancel.

Rme in Christo pr, amice nr charissime. Amorem vestrum, et affectum erga res Mtis nrae dum diuersis casibus agitaremur, optime in memoria retinemus, vnde est, ut cum nunc res nrae felicius deo optimo Duce procedant, voluimus vos de statu earundem reddere certiores, existimantes id Rmae pti vrae fore gratissimum, sciat ergo eadem nos auxilio dei omnipotentis Regiam nostram Buden vnacum Corona Regni et Castro nro Vissegrad recuperasse, plures deinde Arces, quae a Corona Regni nri, perfidia hominum fuerant alienatae, sperantes in deo altissimo caetera quoque negocia nra eodem felicitatis tenore successura. Qualiter autem hostis nostri res se habeant, ipse de se scribat, Nos gratias agimus deo immortali de omnibus bnficiis suis, qui sit Benedictus in secula. Rogamus autem vestram Rmam pr. vt Mtem nrām et res nrās, eadem, ut prius, dilectione prosequatur, Nam nos quoque omni benignitate, et officio Regio vrām erga nos obseruantiam compensare studebimus, Et vrām pr. Rmam feliciter valere optamus. Datum Bude XXVIII die Mensis Septembr. Anno domini Mo. Do. XXIX. Regni vero nostrorum etc. Anno iiio.

Ioannes Rex
manu propria

Stefanus Brodericus Eps Sirmiensis
Petro Tomiczki Epo Crac. Vicecancell,
Christofero de Szidlovec Castel. Cracouien
Cancellario regni Poloniæ.

Rme et Illes ac Magce domini mihi colendissimi, Salutem et ser-
uitiorum meorum commendationem. Nos cum domino Oratore Re-
gis Christianissimi venimus huc paucis ante diebus Regia Mte existente
tunc Vissegradi, que pro Corona recuperanda fuerat profecta, qua
recuperata, et Castro Vissegrado diligenter munito Mtas sua rediit
sunt apud eam non pauci ex dominis, inter cæteros autem Magcus do-
minus Joannes Bamffi, seruate fidei singulare exemplum, indixit Mtas
sua omnibus dominis et Regnicolis dietam gnalem, pro festo Bti Lucæ
Euangelistæ Coesar his diebus fuit circa Posonium, Castra quæ uel ca-
pta, uel deserta per germanos fuerunt, inter alia Owar, sunt tradita
ad manus Regias, Nunc credimus Coesarem esse circa Viennam, si nõ
ulterius, Venerunt hodie noua, septem milia Germanorum citra
Vigenniam esse per Thurcos oppressa, et ex his sex millia cæsa/ Pau-
lus Archieppus supplicauit Imperatori pro saluo Conductu, quo habito
uel iam iuit, uel iturus omnino est ad Imperatorem, supplicauit instan-
tissime Mti Regiæ, pro grã quam adhuc obtinere non potuit, nisi forte
iam medio Imperatoris obtineat, quod ego vix credo/ Imperatorem cre-
do vastata et combusta Austria, uel habito uel non habito conflictu, cu
Rege Ferdinando, retro abiturum idqz breui/ Petrus Pereni est apud
Imperatorem / de Castellano Buden Thoma Nadasdino, alumno olim meo,
quid factum sit V. D. intelligere potuerunt. Is enim, cũ captiuus morte
euadere nullo modo posset, et se ad Regis tentorium confugiens, ad
pedes Regis proiecisset, gratiam eius meruit, et vere gratiam, prosequi-
tur enim eum Regia Mtas singulari gratia hoc potissimum nomine, q
Regi Ferdinando usqz ad mortem fuerit fidissimus, et Castrum Bu-
den miva diligentia curauerit, ac muniverit, ut post obitum diui Mathiæ

Regis confessione omnium. Arx Buden, neminem habuerit meliorem curatorem

Magnus dominus Ludouicus Gritti vir certe summa prudentia praeditus et Regi charissimus est, hic heri habuit litteras a patre serenissimo Duce Venetiarum, in quibus scribitur, Carolum Caesarem esse in Italia Placentiae, sed cum paruo exercitu venisse cum Germanis non nisi cum septem millibus Armatorum, expectari ex Germania XII millia hominum, Confederatos autem habere ingentem exercitum terra et mari

Scribitur etiam Regem Christianissimum iniisse concordiam cum Caesare filios eius esse apud dominam Margaretam in Flandria quousque duo milliones auri pro eis soluantur. Seruitia mea V. D. humiliter commendo, et domino etiam Thesaurario ac domino Zuppario commendari cupio, quae felicissime valeant. Datum Bude XXIX Septembris Anno domini M°. D°. XXIX°.

Me solita valetudinis imbecillitas persequitur, nunc quoque cum haec scribere vehementi tum laterum quam stomachi dolore premebar, nec puto me vllo modo posse subire illa onera quae mihi Maiestas domini mei clementissimi imponere vellet, qua de re his diebus Maiestas sua multa mecum egit, et ipsa per se et per amicos, Ego siue sanus, siue infirmus quocunque in statu deus me esse voluerit, et valetudo mea passa fuerit conseruabo semper constantissime meam erga D. V. obseruantiam.

Istae litterae quas cum praesentibus mitto, supplico, ut mittantur ad D. Marsalcum Regni, vel saltem ad Visznicze.

Petrus Tomiczki Eps Cracouien & Regni Polonie Vicecancell Luce de gorca Castell Posnan Capitaneo maioris Pol. generali

Mag^ce^ domine domine et frater honoran^me^. Tametsi paulo ante de his quae hic habentur, meas ad M. V^ram^ dederam per Martinum Przyborowski lras, proficiscente tamen istuc domino Custode Opalienczki has etiā ex abundantia quadam amoris et beniuolentiae meae erga M. V^ram^ scribere illi uolui, quibus idem quod soleo presto, primum ipso M. V^ram^ et saluto, deinde plurimum opto, ut sit quamdiutissime salua et incolumis. Me quidem mala ualetudo tentauit, et pressit aliquantisper, sed iam gratia deo remittere, et mihi pristinas uires restituere sensim incipit, longe ad instar caeterarum aegritudinum quae et moleste, et prolixe admodum mihi obtingere consueuerunt

De bello Imperatoris Turcarum ac illius oppugnatione Ciuitatum Austriae verbis exponet melius D. Custos M. V^rae^, quam ego possem calamo describere, feruntur enim mira de illius copiis et apparatu grandi, quem partim in Commeatu, partim in tormentis bellicis in Christianorum perniciē Danubio terraque inuexit. Aiunt Viennam obsidione grauiter tenet et urget, in qua tamen vrbe, dicuntur esse collocata triginta quatuor millia lectissimorum militum, et flos Germaniae Nobilium, atque in militari disciplina quorumcunque exercitatissimorum, qui hactenus ad quemlibet Turcorum impetum et submissiones ordinum quas frequentes muris intendunt strenue et fortiter se dicuntur defendere. Quae res ut ad extremum secunde illis succedat, ego magnopere cupio et precor, quicquid tamē tempus uel casus attulerit, per orationem scribere non negligam M. V^rae^ Cuius me interea beneuolentiae et amori fraterno plurimum commendo, eamque felicissimam esse diu, et cum suis omnibus in multa tempora sospitem, et bene sanam, vehementer opto. Datum Cracouiae xvi^a^ Octobris.

Ad Reginam Bonam

Raciones Alberti Gastoldi Palatini Vilnen. Cancellarii Lituaniae. ne Iudices instar regni Poloniae, in Lituania constituantur. quos regina Bona instituendos cupiebat

Hoc primum, ꝙ ego non propter authoritatem, officii mei, nec propter commodum privatum, sed propter commodum publicum et dominorum nostrorum, perducor ad hanc sentenciam ut non videatur mihi esse ex re utilitatum suarum haec mutacio iudicium, ut scilicet ordinentur per districtus iudices, ad morem et consuetudinem Regni Poloniae. Video enim me duntaxat unicum habere filium, qui si habebit etiam successores, incertum est. Sed et hoc non minus incertum, si aliquando ad hanc perveniet Palatinatus dignitatem. cum hoc in gracia Mtis suae, et etiam meritis suis consistet, Sed utcumque sit, poterit et filius meus tot habere filios et successive etiam et nepotes, ~~deinde~~ deinde pronepotes, ut propter multiplicacionem eorum, bona quae filio relicturus sum, eis non sufficient, et inter alios nobiles computabuntur, non privato ergo sed publico ad hanc sentenciam astringor commodo, et iuramento fidelitatis quo Mtibus suis teneor.

2 Cum enim alia fundacio sit Regni Poloniae, alia Magni Ducatus, aliae consuetudines, aliae observaciones necesse est ut fiant, Regnum in primis liberam habet electionem, ut quemcunque voluerit, eligere sibi possit Regem. Haec communis est omnium filiorum Regis, patria.

Item Regnum omni fere ex parte vicinos habet Christianos, qui non nisi ex magna aliqua causa, bellum indicunt Regno, et hoc rarissime, ex una duntaxat parte Valachum habent hostem, utique Regni viribus imparem, et quem faciliter debellare poterint. Et Thartaros communes, tam Regno, quam scilicet nobis hostes, nobis continuo Moschi imminent, quibus vix resistere poterimus, atque ideo continuo et armatos nos esse oportet, nec expectare ut nobiscum Mtas Regia ad bellum proficiscatur, sicut dni Poloni

faciunt, Et commemorabat expeditiones plerasq;, quas cum Rege faciebant velut illam circa Chiezko, iam moribundo Alexandro Rege et illam in Campis Scitiris, tempore iam Mtis suae, ubi Duce Constantino profligaverunt Tartaros, et alias.

3 Item quotiens, pro defensione Regni contributionem aliquam, habere necesse est, Convocantur omnes Consiliarii, vocantur etiam totius Nobilitatis Nuncii, sine quorum assensu et voluntate, nulla fieri poterit Contributio imo multotiens ipsi domini, Nunctios Nobilitatis subordinant, ne ad aliquam Contributionem consentiant. Regia vero Mtas etiam si sciat, Dominis hoc imputare non poterit, cum omnem in Nunctios culpam retorquent. Nostre longe aliter absolvuntur Conventiones, et quicquid per Mtem Regiam concluditur et dominos, Nobilitas exequatur necesse est, Vocamus quidem ad nros Conventus etiam Nobilitatem, tanqm honoris gra. Revera autem Ut singulis palam sit, quicquid conclusimus

4 Et quemadmodum circa defensionem, ita etiam in dicendo iure, alia dominis Polonis, alia nobis est ratio. Domini Poloni villas suas habent coniunctas et ab aliis vicinis distinctas, Nostri villam unicam permixti et confusi sunt, cum suis agris, pratis, et campis, Atque ideo differentiae, quae inter eos oboriuntur, si iuxta consuetudinem iuris Polonici, dirimi et sopiri deberent, maior esset interpretatio, et confusio, qm litis diremtio. Non sine magna ratione, ita usus et consuetudo obtinuit, Ut singula Regna et Dominia, Imo etiam singulae Civitates, suam peculiarem habent dicendi iuris observantiam; Ut aliter Romae; aliter Venetiis; aliter observetur Florentiae, Praeterea aliter in Germania: aliter in Hispania, Gallia habet suum parlamentum, Item aliter in Bohemia, aliter in Hungaria, in Slesia, in Prussia, in Masovia, aliter hic in Lituania, Jam etiam longe aliter in Moscovia/ singula haec dominia, suos habent peculiares ritus et etiam iudiciorum observantiam, moribus hominum et situi Regionum accommodatam

5 Queratur Mtas sua S. a Mte Regia, quanta quottidie temeritate et impudentia, hii domini, qui cum Mte Regia, iudicio praesident, sua et suorum tutatur negocia. Et qui Consultores Mti suae adesse deberent, pro iusticia decernenda, patronos se et defensores statuant. Si haec in praesentia Mtis suae fiant, quid futurum est in absentia ab his Judicibus ex medio Nobilitatis eligendis. Credo vix aliquam futuram ab eis sententiam, quae propter iniquitatem suam, ad Mtem Regiam per appellationem non devolvetur, ita quod et Mtas Regia magis habebit occupationes et molestiae, et ipsi litigantes tardius et vix aliquando iusticiam suam consequi poterint

6 Neque credat Mtas sua, omnes, istam iudiciorum mutationem appetere, quod Paulus cum Nicodemo illam petunt, qui nunquam contra se euaginatum viderunt ensem, et Vexillifer de Upita, qui antea in maleficio deprehensus, et ob id in carceres fuit coniectus, et qui ei assistebant Vix decem. Non ad hunc numerum, et hos duces, et consultores redacta est Nobilitas, et militia Lituana, si idem cum istis, Duces et patricii istius Ducatus sentirent, utique eis assisterent

7 Quod si etiam ab ipsis Drohicien et Bielscien, queratur modo optimo, quo iure potius uti vellent. Credo potius Lituanicum, quam Polonicum eligerent, Cuius vix aliquando finis est, adeo ut quisquis abundat pecuniis, poterit illud in infinitum protrahere.

8. Animaduertat etiam Mtas sua, quid sibi velit, haec tanta, quae modo caepit, inter Subditos istius Ducatus inobedientia, quia modo Praete etiam Mte sua experti sumus, et oculis vidimus, iussit Mtas sua omnes pro expeditione bellica convenire, multi eorum venire contempserunt, et quia eorum inobedientia mansit impunita, pro secunda expeditione, plures venire neglexerunt imo paucissimi convenerant, Ubi agebatur quasi de summa rerum, cum hostis, iam iam instabat, et sedi huius Ducatus appropinquabat, qui si progressus fuisset ulterius, nihil aliud restabat, nisi discessio et fuga Mti suae cum filio et Mte Vra Rx, in magnam leuitatem et ignominiam

9 Lituanos ergo Lituanico more servandos censeo, Polonos Polonico, neque id ex re mea privata, sed ex re publica fieri iudico. Non sine caussa Rex Casimirus nunquam passus fuit, vel nominari aliquam mutationem fieri in isto Ducatu. Sed iuxta antiquum morem et consuetudinem manere volebat. In quo tot seculis permanentes a temporibus scilicet Attile Regis. Non solum suos fines ab omnibus hostibus tutabantur, sed etiam eos augebant et dilatabant. Itaque Maiestas sua Regis bene deliberet, antequam hanc mutationem Iudiciorum Maiestati Regiae persuadeat, quam successu temporis Maiestas sua mutare et abolere cuperet, et non poterit.

10 Praeterea habemus iam a Maiestate sua etiam istorum Iudiciorum ordinacionem privilegio et iuramento a Maiestate sua roboratam et confirmatam, que nescio quo pacto vel modo aboleri poterit vel infringi

Responsio pro Iudicibus in Lituania instituendis instar regni Polonie contra raciones Alberti Gastoldi Palatini Vilnensis. Cancellarii Lituaniae.

Ad Rationes quibus contendit dominus Palatinus Vilnensis, persuadere non esse ex re Principum et huius Ducatus, quod in Lituania constituantur Iudices per districtus, ut est in Regno Poloniae, Tametsi multa et dici et ostendi possunt, paucis tamen indicabo non habere efficaciam rationes istas domini Palatini, imo pugnare cum ratione naturali, tum demum cum moribus receptissimis apud quaslibet Christianas et paganas nationes

In primis credibile est ita se rem habere, sicut in primo articulo deduxit D. Palatinus, quod sic censet consulturus futurum ex bono publico, sicut consulit. Verum illud advertere deberet, se hominem esse, labi et errare posse, forsan ipse vincitur aliquo affectu, fidit proprio ingenio, que res plurimos deduxit ad precipicium, quod vel inde facile colligi potest, quia

tutatur eam rem, quam simmeri dicunt esse causam ruinæ istius Ducatus, idque argumentis sane frigidis, nec mirum quia non scrutatur scripturas, cum aliis de hoc non consultat, aliarum gentium mores non investigat, quod apparet ex infrascriptis

2 Nam quod in secundo articulo dicit aliam esse fundationem Regni Poloniæ, aliam Ducatus Lituaniæ, non omnino certum est, nam et in Polonia ab initio ex unius arbitrio nempe Principis omnia dependebat. nullæ leges erant, imperio Principis res gerebantur, sicuti et in Lituania olim fuit, et quelibet Provincia ab origine, rudibus moribus semper vixit, successu tamen temporis, crescentibus ad immensum magnum hominibus, coeperunt constituere Urbes, comertia habere cum vicinis primum, et demum cum remotioribus populis, ita, ut alteri alterorum mores, quos et politiores et ad virtutes proximiores cognoverunt, usurparent.

Et ideo, quia Lituani Principem non eligunt, sed natum habent, nihil hoc impedit, quominus Judices et iustitia fiat, sunt innumere Provinciæ, quibus nascuntur et Reges et Principes, tamen in omnibus provisum est, ut omnes ex aequo utoque iustitiam assequantur.

Neque hostes quantumlibet potentes, et vicini impedire debent constituendos Judices, imo quanto nequiores habet vicinos aliqua Provincia, tanto magis curandum, ut domi quisque celerem assequatur iustitiam, quo alacrius pro patria, pro posteris, contra vicinos pugnet et se opponat.

facilis enim et cita iustitiæ ministratio, parit quietem domesticam et internam, quæ adeo dulcis est, ut nihili pendatur adversitas, ab hostibus exhibita. Sed quando domi opprimuntur homines, bona eis per vim et potentiam adimuntur, neque pro iniuriis quas sustinent iustitiam accipere possunt, friget animus, neque habet, cur adversus externos hostes pugnet, cum domi habeat maiores vel certe pares et plerumque attrociores inimicos

3 Sed ad quid allegatur mos Polonorum in 3. articulo de Contributionum difficultate, quasi morem Judicum per districtus constituendorum, necessario sequi debeant aliae consuetudines, quod tamen nemo prudens dicet, apud Polonos receptus est mos in quibusdam ab Italis, in quibusdam ab Almanis, et tamen multa sunt alia in illis regionibus, quae in Polonia neque servantur, neque noscuntur. Ex multis optima sunt deligenda / Si tamen non placent Judices ad instar Polonorum, inveniatur modus, per quem quisque assequatur iustitiam, et cito, et sine tantis spoliis sicut hic fit, hoc tamen certum est, quod hoc modo dum soli tres domini, totum Ducatum Lituaniae iudicant, iustitia bene ministrari non potest, ut rationabiliter deducit Nobilitas.

4 Nimis etiam excludit petitionem Nobilitatis, quod allegatur in quarto articulo nempe, quod alia sit ratio Polonis et aliis nationibus in defensione facienda et iure dicendo, Neque enim Nobilitas cupit, ut in omnibus iudicia habeant paria Polonis, tantum ut iura eorum quae eis data sunt a Maiestate Regia, completa habeant, et Judices illis constituantur. Judices enim Lituanici, non Polonico, sed Lituanico iure iudicaturi sunt. Consuetudines et mores in iudiciis suis vel antiquos, vel si novi instituentur, observabunt.

5 De his qui titantur in iudicio Regio negotia sua et suorum, vetus est querela, sicut 5. articulus, imo iam evenit quod habet vetus proverbium, Muli mutuum scabunt; Consiliarii Consiliariis adhaerent si cuipiam illorum est actio cum inferiore, adeo, ut nisi obstet prudentia Principis, nullus inferiorum esset reportaturus sententiam ex iudicio, et ideo petuntur iudices. Nam si D. Palatinus fert sententiam a qua appellatur, alter propter se, curans ne ipsius quoque sententia reprobatur, dat operam, ut salva maneat, quantumlibet iniqua sententia a qua appellatum est. Verum quod allegatur de Judicibus quod propter importunam temeritatem quorundam, nullam possent ferre sententiam maxime in absentia Maiestatis Regiae, ad hoc facile reme-

dium inueniri potest non unum, Nam iure iuran possent iudex astri-
gi ad ferendam iustam sententiam, deinde caueretur parti ap-
pellanti aduersus iudicem, qui poenam certam rogatur soluere, Ubi
Regia Mtas ipsius sententiam reprobaret, similiter et alia possunt
inueniri, per quae et iudices non reformidarent diuitum potentiam,
et iustitiae essent custodes diligentes

6 Neque solius Pauli et Nicodemi hec est petitio de constituendis iudici-
bus, sed uniuersae nobilitatis, que iam ab octo annis precibus et
lachrimis sollicitat de hoc Mtem Regiam, Sed quia uident potentiā
non iustitiam hic dominari, timent sibi a dominis Palatinis, in quo-
rum iurisdictione sunt, nec audent propalam petere, quod tot effusis
precibus frustrari dubitant se impetrari posse, dominis Palatinis re-
sistentibus

7 Et Drohobiczen cum Bielscen plurimum letantur de iure Polonico, sed
queruntur, qui eis non seruatur, quod in appellationibus domini Cō-
siliarii Lituaniae secundum ius suum eos iudicant

De eo uero quod dr in iure Polonico posse causas protrahi in
longum tempus, si litigans est diues, hoc se aliter habet Nam in Po-
lonia non adeo charus est nummus, ut propter eum passim iustitia ne-
gligatur, et etiam causae per appellationem deuoluuntur ad R.
Mtem, a quo non appellatur, sed ibi quisque finem causae suae sumit

8 Quod allegatur in VIII.o Articulo de inobedientia Subditorum Re-
giorum in Ducatu, quae apparuit in duplici expeditione bellica, haec
facilius castigari posset, constitutis iudicibus, et statuta poena ut
pntes in bello, absentium bona impetrare possent, et demum pro-
sequi posset impetrans actionem coram Iudice, quam non esset tuti
prosequi apud dominos, Nam domini ut fama habet dederunt
ansam huic inobedientiae, subtrahentes se a bello inferioribus, qui uidet

quomodo primates istius Ducatus, mox postquam acies ordinate, et exer-
citus lustratus, et ad ordinem redactus est, remittuntque famulos suos
non paucos cum equis potioribus ad domos suas, et ideo quod ab illis
uident, putant sibi quoque licere, qui maiori uel necessitate, uel inopia
ipsa premuntur, quomodo ergo illi castigandi sunt et primores im-
pune dimittendi, non hoc suadet recte iustitia.

9 Neque obstat aut impedit, ut iure Lituanico et maioribus utantur, mo-
do iustitia, et celerius et rectius utrique sicut magno ita paruo, mi-
nistretur, quod fieri non potest, nisi in tam spacioso et largo Ducatu
plures iudices constituantur, qui tamen iure et moribus suis, iudi-
cia exercere possint

Mutare autem iura et consuetudines in omnibus in Lituania nemo
forte uel optat uel consulit, sicut nemo prudens non optat uel consu-
lit unam aliquam, quam perniciosam censet consuetudinem, muta-
re in meliorem, Nam qui domum habet antiquam, uno angulo rui-
nam minantem, alioqui durabilem utique illum angulum curat, ne
totam amittat domum, Neque hoc nouum et inusitatum est, quod
solum uicini à uicinis, gentes à gentibus, Nationes à nationibus,
usurpant et accipiunt, et mores et leges, olim a Grecis acceperunt leges
Romani, à Romanis ferme totus orbis Christianus, et uix una natio
in orbe inuenitur, que non habeat aliquid alienorum uel morum,
uel legum admixtum.

Non frustra est, quod ab antiquis usurpatum esse scimus, nempe, quod homo
homini sit deus, nam ut homo insignis, dotibus anime et corporis pluribus
est auxilio, consilio, et exemplo, ut se alii ad instar illius uirtutibus ador-
nent, ita etiam prouincia, non solum rebus, sed etiam legibus, aut mori-
bus, alit Prouinciam

10. De priuilegio et iuramento quod ultimo allegatur, nihil habet solidi, nam a primi

legio subditi in eorum gratiam concesso, recedere vnanimi voto possunt, et si ipsi recedunt et aliud petunt, ipsi, non Princeps abrogant, Tametsi possibile non sit tale priuilegium haberi, quod prohibeat nouas ordinationes de consensu omnium ordinum fieri, et quod attinet Palatinos, si non habet speciale priuilegium, in cõi, non possunt se tueri, quia maior pars vincit minorem

Possent adduci alia multa, sed hæc sufficient prudenti, et bonis rebus facile assentienti &c.

Illud addendum censui, Ducatum Lituaniæ iam dudum accepisse et mores aliarum nationum, et iura etiam, et si voluerit examinare per singula, In nullo melius valent Lituani, qũ in hijs, in quibus desciuerunt ab antiqua illa ruditate sua

Nam ex paganis Christiani primum sunt facti, ex idolorum cultoribus, filii lucis æternæ, ex ignobilibus, Nobiles. prius enim non erat discrimen inter Nobilem et ignobilem, et ideo non tantus virtutis amor et custodia.

Jam in œconomia, in rebus domesticis nonne quottidie assuescunt alienis moribus, an est verecundia, q Poloni assuescunt Italicis moribus et victui, aut Germanorum mercimoniis. quis bonus non optat suos videre esseqz similes quibuslibet nationibus, præsertim in hijs quæ ad bonum ordinem et iustitiæ ministrationem pertinent

Vellent Poloni hic ad instar parlamenti Judices Crãrũ, sed adhuc nõ reperiunt prouentus, quibus sustentari possent. Quare etiam domini Lituani hoc idem non faciant. ~.

Sigismundo primo regi Polonie,
Petrus Tomiczki Eps Cracouien
& Regni Polonie Vicecancellar

SACRA REGIA Mtas et domine domine clementissime.

Post humilem seruitutis et orationum mearum commendationem. Magno me gaudio et letitia afferit, Mtis vrae nuncius, qui simul, et quod recte salua sit Mtas vra cum omnibus liberis et Serma Coniuge sua, et quod ad nos propediem reuerti debet, nunciauit. Quod vero de sublimatione Illmi Principis filii Mtis vrae Sermae, que intra hos paucos dies confici debeat, retulit. Ingenti quadam voluptate animum meum recreauit. Namque nihil est in rebus, quod mihi magis charum iucundiusque esse possit, quam salus et inoffensa ac firma, et quam diutissima valetudo Mtis vrae, et Illmi filii eius, matura ad Principatum prouectio, qua Illtis sue auspicia, Vtinam ita fortunet deus, ut et viuente ipsa Mte vra, ad integram aetatem perueniret, et Mtas vra Illtem suam feliciter et cum summa laude suis imperantem diu intueri possit. Illud autem quod mandare mihi lris suis dignata est Mtas vra, ut et generali et particularibus praecedentibus Conuentibus interessem, summe curae mihi erit, et profecto nisi me egritudo mea remoretur, quam ab vno iam fere mense sustineo, committere aduersus iussa Mtis vestrae nolo, sed ut imperat, tam ad particulares, quam ad generalem Conuentum statuere me curabo. Vbi cum fuero, agam diligenter, quod et ad rem Mtis vrae, et Regni ipsius, et ad meum officium pertinere arbitrabor

De aduentu Thurcorum in Hungariam, puto iam intellexisse Mtem vram Sermam, idque quod ex hac re mali imminet, omnibus Christianis cogitare, Me equidem mirifice terrent nuncii, qui crebro huc afferunt, Thurcum scilicet quingentorum milium hominum exercitum habere, praeter lixas, calones, et reliquos id genus homines, quorum etiam turba ingens esse dicitur. Castella, opida, Vrbes quasque munitas, partim vi, partim deditione, in

in Hungaria, tum in Austria occupare. Sed in Hungaria nullum iam locum munitum restare aiunt, qui in ptate Turci non sit, praeter Posonium, in qua Arce firma praesidia collocasse Regem Ferdinandum audio. In Austria vero Vienna hactenus se tenet, tametsi a Turcis magna vi oppugnatur, et obsidione gravi assidue prematur, ferunt enim ibi in praesidio posita esse fortissimorum hominum triginta quor millia, in quibus multi Germaniae Principes, et insignes militaris disciplinae viri, commemorantur. De quorum salute, mirifice dicitur esse sollicitus Rex Ferdinandus, satageretque apud suos, Ut praesens et maturum illis auxilium, atque opem ferre valeat. Quod studium illius una cum salute Viennensis illius coetus, ut feliciter procurari possit, ego cum ordine meorum sacerdotum deo omnipotenti supplico. Nam si in illis quidpiam accidat mali, non posset esse sine gravi omnium Christianorum periculo, et iactura, non temere enim est, quod tanto apparatu, tamque valido exercitu Europam sit Turcus ingressus. Tametsi ego sperem fore, quod deus omnipotens, pro sua in bonos clementia, et vindictae puniti modum ponere, et mala quae imminent avertere dignabitur. Ut quieti tandem atque in ocio vivere, illique pia vota, et sacrificia solvere valeamus

Petrus Tomiczki Eps Crac Vicecancell Luce de Gorka Castellº Posnanien & Capitaneo Maioris Polonie generali

M AGce domine, domine et fr honorandissime. Cum nactus hic essem Martinum Przeborowski, qui visendi fratris sui ex Italia revertsi causa huc accesserat, dandas illi duxi has lras ad M. Vram, quibus illam viso et saluto, utque diu felix sit et incolumis ex animo cupio. Nam de his quae nunc in Hungaria fiunt et geruntur Magtia vrae scribere superua-caneum videtur, cum et illi haec eadem non incognita, et omnium tristissima esse existimem. Res etenim haec a multis non est audita seculis, quod Turcus tam ingenti, tamque instructo exercitu aliquod Regnum unque invasisset, quanto nunc miseram Hungariam propugnaculum quoda

egregium Christianitatis, prouinciamqz illi uicinam Austriam, populis et opibus abundantem, depopulari est aggressus, dicitur si quidem supra quinquaginta millia bellatorum hominum induxisse, que multitudo non solum vrbes obtinuit et euertit, sed nomine solo et numero suo in vltimis vsqz terris Christianos quosqz terrore eiusmodi affecit vt non solum de ijs qui sunt in periculo puti desperare, sed de suo etiam capite et fortunis grauiter metuere uideantur, intelligunt enim Hungaria et Austria occupata, fusisqz et expugnatis (quod auertat deus) Viennen. 69 præsidijs, in quibus lectissimi quiqz milites, et in militari disciplina fortes et exercitati, plurimi duces sunt collocati, facilem ad reliqua occupanda Turco futurum additum, Que quidem res, quia nimium in se habet ad cogitandum acerbitatis et molestiæ, tantum mihi doloris ad primam illam sollicitudinem, quam ex morte fris accepi, adiecit ut egritudinem febricule catharralis, passionisqz melancolice conflauisse mihi censeatur, propter quam passionem et febrim, ab aliquot iam septimanis, me domo continere oportuit, Nunc gratia deo mihi uideor medicorum opera aliquantisper subleuatus, reliqua tamen molestia, scz melancolica, quam cito me dimittet, augurari non ausim, quemcunqz tamen hec spes valetudinis meæ exitum habebit, per orationem Magtiæ vræ scribere non pretermittam, et si quid etiam de externis et vicinis rebus habuero, non patiar illam ignorare. Interea me amori, et beneuolentiæ illius fraterne ex animo commendo, eamqz felicissimam esse et cum suis omnibus recte sanam et incolumem vehementer desidero. Datum Cracoviæ viii Octobr.

Petrus Tomiczki Eps Cracouien
& Regni Poloniae Vicecancellarius
Andreae Cricio Epo Plocensi

Rme in Chro pr et domine, nepos charissime. Plurimas ago et habeo d. urae Rmae gras, qd me suis literis et nuntio, quem huc misit, vi-
sere simul et salutare non praetermiserit, quod illius officium, sicut
et alias semper, ita et hoc quoqz tempore, quam gratissimum mihi
extitit, nisi qd lrae illius, quibus casum in quem nuper inciderat descri-
bit, non modico me dolore, et animi molestia perturbarunt, non tam
quidem ipsius Syncopis caussa, quam in ualentibus crebro, et absqz ullo
periculo contingere sum expertus, quam quod d. vram Rmam pro-
pterea animaduertam mente et animo esse deiectam. Sed profecto no
est, quod uel desperet, uel metuat D. vra Rma, eiusmodi enim stupor
et sensuum alienatio subita, non vitio naturae, sed fortuito aliqua intri-
sera, seu extrinsera impressione hominibus prouenit, periculumqz
omne simul cum languore perimit, et tollit. Quare ego plurimum
Rogo d. vram Rmam Vt hanc curam sollicitudinemqz maiorem ex
animo pellat, fortitudineqz animi sui quod imbecillitas corporis ofendit
corrigat. Nam et ego, qui ex febre et melancolica passione ab ali-
quot septimanis langueo, letum animu et spem recuperandae valetudi-
nis, inter cetera medicamenta adhibitam, praecipuam mihi propono ex
omnibus consolationem, tametsi in hac graui Chrianae Reipub. perturba-
tione, dificilimum sit cuiqz probo letam, et molestijs vacuam mente
praestare, Maior siquidem calamitas, nulli Regno Christiano a
seculis contigisse memoratur, quam sit ea, que isto tempore Regnu
Hungariae et Prouinciam illi vicinam Austriam, bello Thurcoru
acerbissimo premit et exagitat. Certissimis quippe affertur nun-
ciis Thurcorum supra quingenta millia bellatorum hominum addu-
xisse praeter lixas et calones, et id genus reliquorum hominum, qui-
bus late per Hungariam et Austriam dispositis, vrbes Castella pati

vi, partim deditione capit et occupat. Nunc tamen Hungaria ferme tota in potestatem suam redacta, praesidiisque passim ibi collocatis, ad oppugnationem Viennae et novae Civitatis aliorumque firmiorum fortiorum Castellorum cum trecentis militibus accessit, In quo quidnam proficiat, non dum satis licet coniicere Viennae enim et militum lectissimorum, plus, quam viginti millia, et praefertorum militaris disciplinae peritissimorum copia dicitur esse conclusa

De ceteris rebus varii afferuntur rumores, sed quicunque ex his certo aliquo nuntio erunt confirmati, perscribentur a me D. vrae Rmae quam diligentissime, Utinam id contingat, quod et nobis iocundum auditu et reipublicae Christianae salubre ac frugiferum esse possit. Comendo me amori et benivolentiae fraternae D. vrae Rmae quam sanam, salvam, ac incolumem esse vehementer opto. Datum Cracoviae xi octobr

Andreas Crziczki Eps Plocensis
Petro Tomiczki Epo Cracoviensi.
Regni Poloniae Vicecancellario.

Rme in Chro pr et domine domine mi colendissime. Quantum exhilaratus literis vrae D. Rmae de illius renalescentia exprimere non possum, gratulorque illi plurimum, quod pro sua sapientia excutiat istas omnes causas, et materias egritudinis suae, si quae sunt, magis animum quam corpus infestantes, nam et ego, ut prius scripsi, partim ipsius egritudinis vrae Rme D. partim etiam examinationis meae causa in balneo, ita animo languere ceperam ut nisi memet mihi magno nixu asseruissem, haud dubie de animo meo actum fuisset, nunc ad prosternandum et propulsandum penitus cordolium meum accedunt lrae vrae D. Rme, non secus quam fallanx aliqua confertissima

Rerum istarum, quas nunc mundus agit, tametsi funestissimas, nihil est tamen

quod me magnopere permoueat, aut conturbet, veluti extra mundum positum, preter hoc, q Rex Joannes cum domino Gritti scripserunt. Scio enim quantum aliqui infesti sint patrie sue, et que coram me minati sint quorum hec videntur preludia. Scio item quantum res pertineant apud nos ad seditionem domesticam, ob eas ipsas res potissimum, de quibus illi scripserunt non dubium est, quum ille s. Laski non obtentis illis subsidiis in Germania, que sibi promittebant censetur ista in se odia, istas repulsas, et captiuitates militum hac transeuntium, que nescio an sint vel fuerint in rerum natura. erit itaque prudentie vrarum D. ita rescribere, ut ex hac scintila, sicut scribunt illi, non oriatur aliquod magnum incendium, tam externum, quam domesticum. Cuperem tamen ita illis responderi, vt cognoscerent quam gratiam inituri sint apud nos his viuis, et quam pro vro tanto fauore indigne se gerant aduersus nos. Scribit mihi Lamprecht Canonicus vratislauien summum Pontificem dedisse omnem suppellectilem Eccram, omniaque bona spiritualium Serenissimo Regi Ferdinando in dominiis eius contra Turcos, cum vltima totius cleri ruina. mihi res hec maxime non probatur, nam et Pontifici pace illius s. dixerim magis congruebat hanc pecuniam, qua nunc militem alit aduersus hostes priuatos, in hunc publicum vsum conuertere. Et Serenissimus REX Ferdinandus expendere debuit, quantum olim Serenissimus Rex Ludouicus profecerit aduersus Turcos spoliatis Ecclesiis, et spiritualibus ad pugnam adactis, imo quam nulli vnquam Principi bene hec res successerit. nostri Seculares arrigunt aures, et vorantibus animis arripiunt exemplum, ut est cecitas et malignitas huius temporis. Commendo me gratie vre Rme D. quam diuus deus et restituat et seruet nobis diutissime incolumem. Ex Arce mea Poltouiensi die V. Nouembris. Anno domini M° D°. xxix°.

Petrus Tomizki Eps Cracouien & Regni Polonie Vicecancellarius / Ioanni Choienski Archidiacono Crac Secretario regio.

Venlis domine fr in Chro charmě. Desiderio expectamus Mtis Regie et vrum omnium huc ad nos reditum, Nam ut nobis scripsistis fore confidimus q Mtas sua quemadmodum statuit, propediem ad nos reuerti dignabitur, unde nos non mediocrem capiemus voluptatem, partim propter negocia publica quibus proderit interesse Mtem suam, partim propter valetudinem Mtis sue, que me plurimum angit et cruciat, metuo enim ne quid periculi in se habeat ista dispositio lingue Mtis sue, de qua mihi scripsistis. Mutatione tamen istius celi Lithuanici inclementioris, spero etiam Mtis sue valetudinem fieri hic posse confirmatiorem

De Camenecen Epatu conferendo quid rescripserimus Mti Regie, credimus vos recenti adhuc memoria tenere, postea tamen quod in commendationem domini felicis Naropinski ea de re alr scripsimus, non eo animo fecimus, ut a priore sententia discederemus vel quod illum ad id aptum censeamus. sed q precibus vrimusq Rs fris ut id faceremus, adacti essemus. Quare referetis Mti Regie hanc rem non ex iudicio nro octa esse, sed ad importunas preces hominum factam, manet enim eadem mihi sententia que prius, et Mtas sua illius Epatus prouisionem in aduentum huc suum differat, et ei quem digniorem ad id repererit, illum conferat. Domini autem Archiepi querella, quod ratio non sit habita commendationis sue Ep Slupowizki, an sit equa, perpendere ipsa Mtas sua, uel ex eo solo pot, quod in moribus prioris Epi quem ipse D. Archiepus commendauerat, animaduertit

Non fuimus hallucinati in perscribendo nomine Tribunatus vacantis, quem domino Jarzimirski conferri optabamus. Buscen enim tribunatum quemadmodum scripseramus vacare certum erat, quare non fuit opere precium, Mas Mtis

sue ad tribunatum Belzen ad nos mittere. Sed Jarzimirsski hoc sue ati; buat culpe, qui multorum patrocinio ut nihil obtineat uti maluit. Nos officio nro fecimus satis

De Turcorum in Hungariam adventu intelligetis ex aliorum literis, et nonnihil etiam ex nris quas Regie mti scripsimus. Res est plane misera et Christianorum omnium lachrimis digna, qui ex Turci dominatione et potencia, nihil nisi triste et asperum expectare possunt. Cui quidem rei cum nos aliter subvenire nequeamus, supplicamus assiduis apud deu cum clero nro precibus ut hanc calamitatem Christianorum submovere, et ad felix ocium nos quoque restituere dignetur, ac utinam impetremus quod cupimus. Utcunque tamen ceciderit res, non erit nobis in dei cleme, na desperandum, casusque omnes, equo ferendi erunt animo, de quibus ut erunt et Mtem Regiam et nos certiores facere non cessabimus. Interea nos optime et feliciter valere optamus. Datum Cracovie XV. Octobr. Anno domini M°. D°. XXIX°.

Stefanus Brodericus Eps Sirmien
Petro Tom. Epo Crac. R. P. Vicecancell°
Chr[oro] de Szidlo[c] Castel. Crac. Cancell°.

R[me] et Ill[is] ac Mag[ce] domini, domini mihi observan. Salutem et servitiorum meorum commendacionem. Non aliud neque nunc habemus, nisi, quod proximis his perscripsi. Caesar adhuc oppugnat acerrime Vienna, intelligimus esse in ea, multa bellatorum millia, duce Comite de Zolyom et Joanne Corianner, ac quibusdam aliis, sed hoc de his qui Vienne sunt obsessi, puto Vris d. q nobis esse notiora

Mitto ad V. D. exemplum lrarum Regis Ferdinandi ad Imperatore et Imbrarbassa, ex vero exemplari transcriptum

Commisit Caesar firmissime, Sansaco, quem hic cum rebus et pecunia

sua reliquit. Vt omnes naues que ex partibus superioribus per Danubium veniunt conquirantur, et sic ubi in eis reperiantur Hungari captiui, vel ad Coronam Hungarie pertinentes dimittantur. Prepositi sunt huic rei investigande et captiuis eliberandis, homines Regii et Sansari, hodie reperti et liberati sunt viri, femine, pueri, et puelle cclx. nullis enim minis atque interdictis effici potest, nemini hiis qui loca Danubio propinquiora colunt, naute faciant aliquam rapinam

Pro literis et pro nouis vrarum D. Rme et Illris ago eisdem gratias immortales, offerens seruitia mea, et personam meam vris D. humiliter commendans

Quodo dominus deus reduxerit iterum Regiam dnum nostrum gratiosissimum, cupio in sua Mtis gratiam seruitutem meam humillimam commendari. Imo et nunc et semper V. d. cupio felicissime valere. Ex Buda xii. Octobris. Anno domini. M°. D°. xxix

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell
Stefano Broderico Epo Sirmiensi.

Rme in Chro pr et domine, amice charme ac honorande. Binas iam a d vra Rma Buda, accepi lras simul ad me et d Castellanum Crac scriptas, ex quibus quod intellexi Serenissimum D. Regem Joannem recte valere, secundaque fortuna ad omnia uti, vehementer gaudebam. Sumque Mti sue gratulatus, cui non eam solum fortunam faueo, que calamitatem sublevat et amouet, verum etiam et illam que ex perpetua pace et iucundo ocio hominem facit beatum.

Ceterum, quod v. d valetudinariam esse intellexi, maiorem in modum illius vicem dolui, tantoque id magis, quod et ipse prope, a duobus mensibus mala quadam affectione impeditus in domo me contineam, et solari amicos

egros non possim. Hic nihil novi est, praeter illud, quod Viennam gravissime a Thurcorum Imperatore, et oppugnari, et obsideri dicunt. Qua re bonorum omnium animi magnopere affligantur, et sint consternati, mihi etiam ad egritudinem meam plurimum haec res molestie adijcit, Tamen quia rursus haec considero sine divina providencia fieri non posse, sublevo me ipse cogitatione mea, itaque me in spem erigo, ut confidam post hanc procellam, deum opti. atque maximum cito submissurum esse tranquilitatem, et Christianos Principes iam aliquando tandem ad pacem et concordiam reducturum Cuius nomine quottidie ego cum toto ordine Sacerdotum mee dioecesis domino deo supplico

Alia hic non sunt in presens, que putem digna fore cognitione d. vestre Rme. sed si que eiusmodi contingent non patiar illa d. vram Rm. ignorare. quam plurimum rogo, Ut me Serenissimo Regi et domino suo, et Item Rmo domino Colocen, Domino Palatino Siradiensi, et eius filii domino Preposito Gnesnen, et domino Cancellario, sepius comendet, ipsaque me certiorem crebro de omnibus rebus que istic erunt faciat, pro suo in me amore et benevolencia singulari. Cui ego me ex animo comendo, et d. vram Rmam felicem esse semper et bene sanam vehementer opto. Datum

Petrus Tomiczki eps Crac
Regni Polonie Vicecancellar
Antonio Rinkoni oratori regis
Gallie . Francisci

Mag^ce^ domine , amice honorande . Reddite sunt mihi lre Mag^tis^ vre
ex quibus preter alia que scitu et cognitione fuerunt digna , hoc
gratissimum fuit , qd et Sacram Mtem Serenissimi Regis Hungarie , et
M . vram recte valere , et prospera vti fortuna intellexi . Cete-
rum et officium d . vre . erga me quod in perscribendis que istic
aguntur mihi declaravit , fuit mihi summe gratum , pro quo vicissim
ago illi omnem benevolentiam meam defero , ut illa utatur ar-
bitratu suo . Vbi vero ipse sponte mea potuero quid gratum prestare
M . vre , facile equidem et promptum officium , gratificationemque
meam experietur , illam tantummodo oro , ut me et ipsa amet , et
Serenissimo Regi Joanni per orationem comendet , Successus etiam
sue Mtis et suos qui deinceps erunt sepius mihi perscribat , nam
preter hec que ex lris Magcie vre et domini Sirmiensis habemus ,
nihil certi afferri ad nos solet . Cupio felicem et saluam esse M .
vram . Cuius me amori et benevolentie frne . ex corde comendo
Datum Cracovie vltima Octobris . Anno domini . M^o^ .
D^o^ . xxix^o^ .

Petrus Tomiczki Eps Cracovien
et Regni Poloniae Vicecancellarius
Hieronymo Laski Palat° Siradien
Regis Joannis ministro.

Magce domine, amice charissime ac honoran. Perspexi ex litteris Magcie vrae
quas proxime simul ad me et dominum Castellanum Crac. scripsit, quam
offenso, exacerbatoque in me fuit animo, propter dehortationem profe-
ctionis e regno apud milites Magcie vrae litteris et nuncio, communi meo
ac domini Crac. nomine factam. Que quidem res tametsi non tam ex
meo iudicio vel aliqua voluntate quam ex importuna contentione et
rogatu, domini Sigismundi de Herbeisten Serenissimi domini Regis Fer-
dinandi Oratoris suscepta sit, molestissima tamen vel ob id tantummo-
do mihi accidit, quod me tam subito in suspicionem inimici animi apud
M. vram adduxit, cui ego cum alias nunquam, tum maxime post re-
ditum nostrum in gratiam nihil malevoli vel indigni cogitavi, nedum
quod aperte eiusmodi iniuriis sponte illam lacessere deberem, ac profe-
cto si facti eius rationem, et ex autoris instituto, et ex litterarum ipsarum
missione expendere volet Magna vra, facile me eiusmodi suspicione
quam de mea erga se animo et aliena voluntate concipit liberabit
Namque et argumentum quo litterae scripte sunt, et assensum meum
domini Sigismundi ingens importunitas extorsit, sicuti planius verbis,
dominus Prepositus fr. Magcie vrae coram hec declarabit. Illi enim ego puto
rem prout est exposui. Quare cum nullo instituto nocendi id ita su-
sceptum, nec ad incommodum aliquod Magcie vestre perductum sit
plurimum ab illa rogo Ut id factum boni consulere, et de mea erga
se benevolentia, sicuti sibi quam scribit persuadere velit, nam mea
tuenda servandaque sicuti bona fide animum meum semel despon-
di M. vrae, ita eundem semper firmum et constantem illi prestare
volo et cupio, cuius nunc quoque amori et benevolentie fraterne me commendo
sanamque illam salvam et incolumem esse vehementer desidero.
Datum Cracovie. iiii Octob.

Petrus Tomiczki Eps Cracouien Vicecanc
Hieronymo Laski Palatino Siradiensi
Joannis Regis Vngarie ministro.

Mag^ce domine amice charissime ac honoran. Reddite sunt mihi lre magcie vre, eodem ferme argumento, quo et superiores erant quas ad me nuper et ad d. Castellanum Cracouien simul perscripserat nisi quod in his postremis magis aperte et nominatim me varietatis et inconstancie nomine accusat, nimium acerbe multa ad iniuriam et exprobans et pronocans propter illas lras quas ad Comites suos sub meo nomine et sigillo datas, siue vidit siue intellexit, que mens Magcie vre tam preceps et irritata, tametsi sit mihi propterea molesta, quod meo nullo merito accidat, quia tamen intelligo non tam ex consilio quam ex impetu iracundie ea illam scripsisse, fero id vtrunque est aequo animo, donec et ex fratre suo domino Preposito Gnesnen, et ex meis lris quas illi ferendas dedi, facti illius racionem et innocenciam meam, tum denique animum erga se meum prospiciat et cognoscat. Spero enim fore, quod re cognita, genus hoc suum scribendi immutabit Mag^a. vra, et de meo erga se animo et fide non addubitabit amplius. Ego autem quas primas lras post aduentum ad se fris Mag^rie vre ab illa accepero, ita illis, ut feret res et argumentum, respondebo, jam tum enim non dubitabo consulto illam non ad opinionem aliquam incertam scripsisse omnia. Interea temporis me fraterno amori et beneuolencie Magcie vre commendo, quam felicem esse et recte incolumem vehementer opto. Datum Cracouie die xix^a Octobris. Anno domini M^o. D^o. xxix^o.

Ludouicus Gritti filius Ducis Venetorum
Petro Tomicio Epo Crac. R. P. Vicecancell°
Chrofero de Schidlouiec Castell° et Capit°
Cracouien. Regni Polonie Cancellario.

Rme et Spectabilis ac Magci domini amici honoran. Salutem fe-
licitatem et mei comendationem, ex relatione Magci domini Stanislai
de Thanczin Castellani Lublinen, qui nuper apud potentissimum et
inuictissimum Turcarum Imperatorem Oratorem egit Serenissimi domi
Regis Polonie intelligere potuistis, qua cura, sollicitudine et labore
usus sum apud Caesaream Mtem, ut negotia Serenissimi Regis vestri
bonum exitum haberent, quod dei voluntate effeci, nunquam tamen
id perficere potuissemus, nisi expresse in federe iurato promissum
fuisset per Oratorem vrum, ut Rex suus hostes Caesaree Mtis pro
hostibus, et amicos loco amicorum haberet, Nam et eius Caesarea
Mtas, non modo copiis promisit iuuare Regem vrum contra suos ini-
micos, Sed et si fuerit necesse propria persona. Quanti autem momenti
sint apud vos iuramenta, et quam sancte promissa colatis, si non ocu-
lis fere prospicerem non crederem, quid enim minus pie agi potest, quid
magis contra iurata federa, quam existente nunc Caesare in limitibus
vris non modo deseruistis Regem vicinum, et cui obnoxii estis ut
amicum Caesaree Mtis et iustam fouentem causam, Sed et illos
qui eum iuuant prosequimini, et gentes quas magno et precio et labore
ex longinquis regionibus conquisit captiuatis, domum remittitis, et
per Poloniam transire non permittitis, cum tamen ex iuramento tene-
amini Regem Hungarie et ex debito iuuare, profecto ego nunquam iudi-
rem magis crudelem, et a Christiano Principe alienam, Sed non
credite id impune cessurum si ad aures Caesaree Mtis peruenerit
perueniet autem, vel me referente. foui enim vram causam cum licuit.
nunc autem nec licet, nec possum, presertim cum inauditam videa
iniquitatem, Quare Rogo D. vras veluti amicos charissimos velit

ita consulere, et huic rei mederi, ne ex hac scintilla maximum incendium oriatur, quod non ita erit difficile extingui ut hoc, quo nunc Austria flagrat. In me habebitis optimum amicum in rebus honestis. In tam autem iniqua causa, malo esse fidus Caesareae Mti, et eius amicis, quam fidem meam ponere in discrimen. et D. vras felicissime valere opto. Budae die ultima septembris. Anno Dni. xxix.

Ioannes Rex Vngariae
Petro Tomic Epo Crac. R. P. Vicecancello Christofero Szidlowiecio Castel. et Capit. Crac. & Regni Poloniae Cancellario.

Rme in Christo pr, ac Spectabilis et Magce, amici nostri charissimi. Salutem et felicitatem. Nemini melius constat, quam D. vestris, quae negocium hoc tractauerunt, et omnia iura tam nostra, quam hostis nostri in manibus habent, quali iniuria iniusta et iniqua affecerit nos Ferdinandus hostis noster, quibus nos armis presserit, et quamuis (teste deo) iustam fouerimus causam, nunquam tamen ab aliquo potuimus aliquid habere praesidii, ne quidem ab his qui optimo iure nobis succurrere debebant. Id autem pro certo affirmare possumus, si Serenissimus dominus Rex Poloniae pater noster charissimus illi parti adhesisset, quae iusto iure nitebatur, nec hostis noster ita grassatus temere fuisset, nec nunc ea pateretur quae patitur nec nos illis incommodis fuissemus obnoxii quibus scitis. et quamuis omnia illa fuerunt magna, omnia tamen tulimus ut potuimus, et dum sciscitaretur a nobis Inuictissimus Turcarum Imperator, an subsidium illud quod ex federe sertum iurato debebatur, nobis per Serenissimum Regem Poloniae fuisset praestitum, satis temperate respondebimus, nunc autem cum Magcus Hieronymus Lasci inmenso sit odio nosque apertis afficiamur iniuriis, quae omnino celari non possunt, quid futurum sit cogitate, nam non modo ipsi Lasci eius Mtas est infensa, sed et copiis illae quas nos grauissimis impensis ex longinquis Regnis con-

duci fecimus, grauissimis afficiuntur iniuriis, et ad propria remittuntur. quod nos grauiter ferimus animo, nec pati possumus hanc insignem iniuriam, que ita aperte nobis infertur vt etiam nolentibus nobis ventura sit ad aures potentissimi Imperatoris, quem nos quoque inuiti tamen et non sine magno animi dolore (suspicamur enim quod inde sequetur) ad hoc reddemus certiorem. Scripsimus ad ipsum Serenissimum Regem vestrum super hoc negotio, verum quia in omnibus magnis et arduis rebus eius Mtas utitur consilio vrarum D. istinc etiam discedens voluit vos vices sue Mtis gerere, nec quicquam agit magni vobis inuitis. Rogamus vras d. ne permittatis tam insignem nobis inferri iniuriam, ne patriam vram, que nobis (ut propria) chara est, et cuius salutem maxime optamus, in apertum ponatis discrimen et ruinam, nescimus profecto quam causam dedimus vt talia in nos machinentur, et quia sine causa id patimur, ferre non possumus, nam hoc non est neutralitatem (cui nos numquam consensimus) fouere, sed quiddam maius et diuersum. Reliquum est vras d. feliciter valere optamus. Datum Bude vltima die mensis Septembris. Anno domini M°. D°. xxix. Regnorum vero nostrorum. anno tertio

Sigismundo primo Regi Polonie
Petrus Tomiczki Eps Cracouiensis
Et Regni Polonie Vicecancellarius

Sacra Regia Mtas et domine domine clementiss.e

Post humilem seruitutis et orationum mearum commendationem. Cum proximas literas scriberem Mti vestre Sermē, quibus pollicebar me ad Conuentus particulares descensurum esse, aliter tum sperabam de futuro valetudinis mee statu, quàm nunc euenisse experior, hactenus enim eadem que ab initio me premit et angit molestia, tametsi medicis uideatur iam longe minor esse affectio, qua quidem durante tantum mihi non fuerit mouere loco ne in maiorem incidam egritudinem, quare Mti Vre humiliter supplico, ut hanc meam causam ita uti se habet, accipere, illamqz boni et equi consulere dignetur, quod restat, ego curabo quantum in me erit diligenter una cum medicis Vt me in aduentum Mtis Vre firmum et valentem preparem vtqz me Piotrconiae ex iussu et mandato illius ad diem dictam deo bene iuuante statuam,

Mitto cum presentibus Mti Vre Sermē exempla lrārum quas ad me simul cum domino Castellano Crāc Serenissimus Rex Joannes et d. Ludouicus Gritti scripserunt ex quibus intelliget Mtas Vra Serenma quantum nos accusent, quantumqz interminetur nobis propter interceptos, et à profectione in Hungariam prohibitos Germanos milites, quos ad se ex Germania per fines Regni Mtis Vre duci falso acceperant, hoc idem etiam credo apud Mtem Vram Regem ipsum Joannem per lrās si hactenus non egit, acturum esse de nobisqz expostulaturum. Confido autem ad hec Mtem Vram Serenmam pro summa prudentia dignitateqz sua Regi Joanni id quod uidebitur expedire, responsuram esse, Ego etiā cum domino Castellano Crāc, capiemus ad id consilium, respondebimusqz illis, quod simul et rectum et honestum nobis videbitur

De Turco constanter omnes afferunt, & ex Austria discessit, postquam Viennam reliquerit, quam simul et nouam Ciuitatem per aliquot septimanas et obsidione et expugnatione grauiter premebat, Verum in opidis, viris, villis, vineis et colonis etiam rarum dicitur ac inestimabile damnum, Turcus in Austria fecisse, partim cremando edificia et casas, partim etiam extirpando vites et homines quosdam interficiendo, quosdam vero in perpetuam seruitutem adducendo, que omnia tametsi misera mihi et calamitatis plena videantur. Quia tamen Vienna de qua iam ceperat desperari, incolumis seruata est, ego cum ordine meorum sacerdotum, deo omnipotenti, et vota soluimus, et gratias agimus immortales, precamurque supplices, Vt Christianis Principibus vnanimem quodoque voluntatem et consilium resistendi tanto hosti dare dignetur. Ego sum in quottidiana expectatione cum voluptate coniuncta de aduentu Illustrissime Dominationis vestre, quem procul dubio confido et maturum et fortunatum futurum. In quo vt ego Illustrissime Dominationi vestre Serenissime obuius esse, illamque procul adiuuante domino deo excipere possim, pro facultate mea curabo. Interea me seruitutemque meam gratie illius suppliciter commendo, illamque felicissimam esse et per multos annos cum Serenissima Coniuge sua et liberis recte incolumem vehementer desidero. Datum Cracouie. iiii Nouembris. Anno domini millesimo D. xxix.

Petrus Tomiczki Eps Cracovien
& Regni Polonie Vicecancellarius
Ioanni Choienski Archidiac° Crac
Pl^to Poznanien: secretario regio.

Ven[bilis] domine, fr[ater] in Chro charissime. Intelligetis ex l[itte]ris n[ost]ris quas ad M[aies]tem Regiam scripsimus, et ex exemplis l[itte]rarum quas ad me et d[omi]num Castellanum Crac scripserunt, Sezonus Rex Joannes, et d[omi]nus Lodo; uicus Gritti, in quantam inuidiam preter causam adductum fuerit apud Regem Joannem officium nostrum. In qua re quia scimus ad M[aies]tem Re; giam idem quod nobis esse ab illis scriptum V[estrum] putamus esse officii et prudentiae, ut nomine Regiae M[aies]tis consulto in hac re respondeatis, habi; ta r[ati]one diligenti et facti n[ost]ri et dignitatis sue M[aies]tis. Nos etiam cum d[omi]no Castellano Cracouien id quod uidebitur esse ex re n[ost]ra et publica honestate respondebimus. Sumus adhuc in priore statu ualetudinis, ta; metsi nonnihil ad conualescentiam ut medicis uidetur accedamus, quo fit ut particulares Conuentus obire nequeamus, speramus tame[n] nos in aduentum M[aies]tis Regiae melius ualituros, quod si erit, non negli; gemus ad diem dictam Piotrcouiam uenire.

Turcus iam ex Austria exiuisse dicitur, Vienna quam oppugnabat non capta, fortasse propterea q[uod] tormenta maiora bellica adduci sibi cito non poterant, ille autem operiri diutius ea nolebat, Vtcunq[ue] tame[n] est, recte accidit q[uod] sit hec Vrbs ac etiam Ciuitas noua seruata incolumis, in qua optimi duces et milites exercitatissimi multi fuerant collocati, que equidem res plurimum nos est hic consolata, tametsi et illa non minus afferet solacii, q[uod] aduentum R[egiae] M[aiesta]tis appropinquare intelligimus, quem cum summo desiderio vtcunq[ue] egri expectamus, Cura; bimus tamen, ut ad illud tempus cum domini dei auxilio recte valea; mus. Interea loci vos quoq[ue] bene valere, et felicem esse optamus.

Datum

Querela Vngarie de Austria

Autore Michaele Wrantio Dalmata Discipulo Stanislai Hosii :: Quam Scripsit annos XV natus: scripsit autem anno vno ante adventum Turcorum in Austriam.

Dic age crudelis, cur optas Austria, toto
pectore, nostra tuo subdere colla iugo?
Quis deus hoc ferret? quę celi tanta fuisset
impietas? tantum dii prohibete nefas.
Scis bene, quod nunquam dominę sum passa superbę
imperium; scis te sępe fuisse meam.
Tempore Coruini scis quando lęta triumphum
egi fracta meo cum fueras populo:
Mesta triumphales tunc cum precedere currus
iussa, orbi toto ludibrio fueras.
Tempore Joannis longe peiora uidebis,
iam pęnas sceleris iam scelerata dabis.
Improba captiuam speras me reddere posse,
undique desertam cum modo me esse uides.
Cum iuuenum fractas uires, qui sanguine pro te
complerunt campos prataque ubique mea:
Cumque uides segetes contritas (vota colonum)
occisos proceres, magnanimosque duces:
Incensas Vrbes: direptaque fama deorum
Desertas villas; nobiliumque domos:
Tot viduas: orbosque senes: totque orba parente
pignora, totque pati barbara uincla simul;
Hec tu cuncta uidens, facile iam posse putabas
indigne uinclis nectere colla mea.
Nec satis hoc fuerat, nisi et atro gramine Circes
Pellicere ad te pignora chara mea.

Pellecta et matris lacerarier usque uberes
Viscera: ve: miseram nunc peperisse pudet.
O utinam matris grauide cum uentre iacerent
Clausa, potens uteri diua necasset ea.
Nam mihi (parua licet) natorum plus doluere
Vulnera, quam Thurce plurima facta manu.
Sed iam poenas scelerata uenefica sumam
de te, que Circen, Colchida que superas.
Nam si nulla mei miseratio tanget amicos;
Nec mihi suppetias qui daret ullus erit:
Hostes magna tamen tanget miseratio nostri,
Et caput hoc mergi non patientur aquis
Thelephus et uulnus suscepit cuspide Achillis,
eiusdem posthac sensit et auxilium:
Sic mihi qui nocuit, nunc idem proteget ipse,
hostis qui fuerat summus amicus erit.
Oblita es quantos ego sum perpessa labores
Improba, iam a longo tempore, uel simulas?
Cum daret assiduos ictus meus ereus umbo:
Tam te quam Christi populum dum tueor.
Tu letas choreas ducebas iuncta puellis:
Ast ego ducebam corpora ad arma mea.
Te curis uacuam, securus somnus habebat,
Tradentem molli pinguia membra thoro
Ipsa sed insomnes ducebam languida noctes
intenta excubiis, non nisi strata solo.
Tu instructas epulis mensas celebrare solebas:
Curabasque cutem dulcia uina bibens:
Corpore pascebam uolucres ego: sanguine nostro
In mare purpureas hyster agebat aquas
Quid uerbis opus est? Tu nullo fracta labore:
contra ego non paruis obruta semper eram

Interea nostris tu dives farta metallis:
Pinguibus et bobus iam saturata meis:
Attollis cristas: fastigqz inflata superbis
Improba, q vix te iam tua terra capit.
Non satis est gurges, q mea Bohemia quondam
arressit titulis pene coarcta tuis:
Sed nobis etiam minitaris freta Leone,
Quo qz greges nostros spargere posse putas
Est lupus est nostris in ovilibus impia, qui iam
teqz, gregesqz tuos cum qz leone feret
Quo duce longinquos possem vel tendere ad Indos
Indomitosqz Scytas, aethiopesqz nigros
Hoc duce quos hostes habui, nunc utor amicis.
Iuncta quibus, nemo est qui mea Regna petat.
Hoc duce tu nostrum decorabis mesta triumphum
nam nullo parto potes iam effugere.
Tu modo qui nutu terrarum concutis orbem,
Ut mea fortunes h[a]ec bene cepta precor.

Cum autem idem Michael Wrantius
a Magistro suo Hosio reprehensus esset
q suprascriptam querelam parum pie
scripserit. idem se corrigens, hanc
alteram sequentem querelam scripsit

Alia querela Hungariae contra Austriam.

Autore Michaele Wrantio Dalmata.

O celum, o terra, o fulgentia lumina solis,
O Phebe, o celsi sidera clara poli:
Cum vestre tot iam durentur secula vite
A nati mundi principio atque chao:
Ecquem vidistis tam longo tempore, tantis
cladibus oppressum seditione suum?
Ecquem tot quondam populis opibusque superbum
Chei mihi) vidistis, tam subito ruere?
Si mihi causa mali tanti foret advena quisque:
Leniri posset forsitan iste dolor.
Nunc cum consumunt heu me mea viscera, que nam
Que lachrimis nostris esse medella potest?
Nam quod queso malum quod non sum experta? bonum quod
Ex tantis quod non perdiderim superi?
Clara viris, armisque potens, opibusque beata,
consiliisque fui tuta, feraxque solo.
Nunc horum iam ne ipsa quidem vestigia restant.
omnia perdidimus, sorte venante fidem.
Quoque magis doleam, iam vulgi fabula dicor
Exemplum cunctis iam mea vita dedit.
Ad quid me, fortuna potens, maiora reservas?
Cur ne fones tandem me miseram exitio?
Non semel hostiles acies vidi ignibus atque
Barrhatas ferro per mea Regna Turci:
Funera tot vidi campis heu strata meorum
Direptum et vidi templa domosque deum,

visa (nefas) etiam: mihi sunt mea signa per agros
    Inter se nostros Marte coire graui
Et toties nostros nostro quoque sanguine vultus
    conspersos: uidi quicquid erat miserum:
Nil graue tam posset fieri, nil denique triste
    cui non succubuit iam mea vita malo.
Sed que tanta fuit tante mihi causa ruine
    O Superi? tantum cur meruj exitium?
Quo tandem vras lesi pia numina mentes?
    Quod nostrum offendit pectora vra scelus?
Sexcenta in nris Regnis immania templa
    Extant, que vestris laudibus vsque tonant.
Non ego uos templis pepuli: vras ue figuras
    Direptas aris, ignibus imposui.
Connubia in nostris nullus scelerata sacerdos
    exercet regnis, nullaque virgo sacra.
Non pietas in vos vel honor, reuerentia nulla,
    Relligio aut pulsa est finibus vlla meis
Non ego vicinis indicere bella cupiui,
    Oppressis magnis cladibus ante satis.
Non ego vicinum Regem detrudere Regnis
    optaui, contra fas que nefas que suis.
Non ego germanos armaui in prelia fratres.
    Non suasi ut bellet cum genero ipse socer.
Hec nunc pro tali pietate reponitis? his ne
    imeritam placuit fluctibus obruere?
Quis, me, pro Chro est maiora pericula passus?
    aut cuius toties imbuit arua cruor?
Thracius ille furor, cum iam sua sub iuga tantos
    misisset populos, sexuirio et premeret,
In me, que tantum restabam sola, ruebat:
    faucibus et nostris ponere frena volens

Germanos a contrario notat.

Obstiti et opposui tanquam meatergora murum.
  Nec sivi rabiem longius ire suam.
A qua tot iam sum misera vexata per annos,
  nec data pax ulla est: nec mora: nec requies.
Utque Atlas celum valida cervice ferebat,
  Sic ego perpetuo Barbara tela tuli.
Nec fuit inventus qui pro me hoc munus obiret
  Alcides: nec qui fasce levaret eo
Sola repugnabam, traxi tot sola labores,
  Sed non victa (mihi credite) sola cadam
Parcere crudelis parto fortuna triumpho,
  parcere, nec telis perfida parce tuis.
Vicisti (fateor) vicisti: quid mea cessat
  Tertia Parcarum rumpere fila soror?
Vel potius, si cursus habes o diva regressus
  (ut prohibent): si nec perpetuo una manes:
Respice nos clari vultu, risuque benigno
  omnipotens: merse porrige quaeso manum.
Sola homines summo deturbas culmine rerum
  In solio rursus sola locare potes.
Sed quid ego in cassum fortunae acrepta potenti
  hec refero? vel quo denique vana feror?
Vos, o vos proceres (nequeo iam vera tacere)
  Huius vos estis causa caputque mali.
Vestra meos manibus laceret discordia vultus
  Et mihi iam toties vestra soluta fides.
Huc dudum proceres video vos tendere cunctos
  una ut vobiscum funditus interea.
Nec vos clara monent maiorum facta parentum:
  nec vos Nobilitas: nec monet ipse pudor.
Iam vos nec superos ullos, credo esse putatis.
  Infera nec ditis credere Regna fore.

Odium, decorisqz sui, decorisqz suorum
oblitj: o famę gens inimica suę
Quę furię tanto, vel quę vos turbine dirę
transuersos agunt in mea damna, duces?
Quo pietas in nos? quo vri cura recessit?
Quis per vos linquor preda cibusqz feris?
Quę mea vel in vos iniuria ferit iniquos?
Cur tantis vris distrahor aut odijs?
In quo me tandem sensistis, dicite, auaram?
Aut potius quid non largiter exhibui?
Non vobis auri, non nobis copia deerat
Argenti: pinguis fertilitasqz soli.
Vos nec equos estis peregrinis ducere Regnis
Assueti, aut validos vestra ad aratra boues.
Vos fontes gelidos habuistis, flumina, montes,
Planicies, Siluas, Opida, Castra, Lacus.
Cum vobis nil deest, vos vobis (hei mihi) deestis.
vos vri gladij, vestráqz dextra nerat.
Nam quę tanta fuit vobis hęc dira cupido
nostra [Ferdinando] peregrino subdere colla Duci?
Matthias quicquid magno sudore recepit,
Externos vidi perdere id omne duces.
Matthię similem, Matthiam reddere qui sit
Quęrite, vel bello consilio'ue graui.
Quęrere non opus est longe: Rex ipse Joannes
Quem vos deseritis, credite talis erit.
Cui si depones nomen venerabile Jani
Matthias proles ipse erit Huniadis.
Et bene si memini, talis fortuna secuta est
illum, at post magnum rexerat Imperium.
Sic spero exhaustis post tandem mille periclis,
Hostibus hic victis Ungara sceptra reget.

Hunc mea progenies, hunc vobis sumite Regem,
Deserere virum tecta cruenta Ducis.
Hic libertati vos optat reddere; at ille
Vestra in servili ponere colla iugo.
Hic vobis parcens externo milite bellat:
Vos ille inter vos stringere tela iubet.
Ne vestras in vos assuescite vertere vires:
Proiice tela manu mox, mea progenies;
Et venias veniam peccati exposcere tanti
(Rex est hic mitis) ne dubita, dabitur.
Mitte meos ad me, Fernande remitte volentes,
Cur retines nugis viscera mea tuis?
Nil agis, invite qui frena imponere tentas:
Altera iam quaeras altera Regna tibi
Desine iam tandem iam desine velle quod optas
Nil agis invite, quod petis alter habet.

Particula seu fragmentum Epistole Petri Tomicii Epi Cracouien: ad Cardinalem S. quatuor Coronatoru Regni Polonie protectorem. scripte.

De Turcorum aduentu in Pannoniam non dubito plena iam istic esse omnia, et quid agant, quidue moliantur, crebro d. V. Rmam et ex vicinioribus locis, et ab expertis magis hominibus cognouisse puto. Ego tamen etiam hic in proximo agens, sentio et intelligo rem hanc plane miseram esse, et reipub. Christianae plusquam perniciosam, Certum est enim supra memoriam hominum, nunquam auditum esse ut tam ingenti exercitu, tamque magno apparatu et omnium rerum copia aliquod Regnum Christianum, ab infidelibus oppugnetur, quanto nunc sumptu et armorum facultate Regnum Hungarie Turcus immanissimus hostis dicitur esse aggressus, Affirmant enim qui conspexerunt supra quingenta millia hominum bellatorum preter lixas et calones illum in Hungaria habere. Naues etiam et tormentis bellicis et commeatu onustas infinitas fertur aduerso Danubio inuexisse, cum quibus una et cum exercitu in Austriam usque ascendit expugnatis primum in Hungaria omnibus. Arcibus et locis que presidiis Sermi Regis Ferdinandi munitae erant, in Austria vero vicos, Villas, Castella, Oppida et Incolas eorum que circumcirca Viennam et nouam Ciuitatem sita erat igne, ferro, vastauit et est depopulatus. Viennam ipsam obsidione multorum dierum et oppugnatione valida usque in hanc diem pressit. Cum tamen non succedere sibi circa id animaduertisset, hyememque instare videret. soluit illam obsidione, Castraque retro mouit. Incertum an consilio domum abeundi, an hiberna faciendi in Pannonia, quam per discordiam et ambitionem duorum Regum in potestatem officiumque suam redegit et per quam ad reliquas Christianorum Prouincias et amplissima regna occupanda aditum sibi patefecit, quod quidem

Tametsi augurari et diuinari mihi periculum fuerit et nefas, presens tamen Christianorum et immensa calamitas, atque maximorum Principum dissensio, pessima quoque in futurum sperare iubet, nisi forte dei benignitate concordia et animorum firma consensio propediem et in vniversum Christianis inducatur. Sed de hijs que sunt in coniectura rectius puto ~~ad~~ d. vram Rmam qualia sint futura prouidere posse, quam et summa prudencia preditam esse, et magnam in rebus experienciam atque vsum tenere scio. Quare hec illi cogitanda dispiciendaque relinquo, et quod restat, me et seruitutem meam iterum atque iterum commendo, quam felicissimam esse, et quamdiutissime recte sanam, saluam et incolumem vehementer opto. Datum Crac. penultima Octobris Anno domini M°. D°. xxix°.

Epigrama Andree Cricii Epi in Germanos, qui Turcum, Draconem nominantes, in Austriam aduenientem cum exercitu 500000, caput et potenciam eius, se contrituros iactabant, intra ipsam Germaniam. Qua tamen peruastata saluus inde ad sua egressus rediit. Et notantur hoc Epigramate Almani impietatis Luterane: qui cultum et imagines Diuorum e templis suis eiecerunt.

Contritum Almani iactant caput esse Draconis
Illorum in fere cum populetur agros
Margareta hoc solum potuit quod Georgius olim
Et possent istud nunc quoque conterere diui
Sed postque explosit Sanctos Germania diuos
Factum est quod saluum fert caput iste Draco

Petrus Tomiczki Eps Cracouien et Regni Polonie Vicecancellarius Anthonio Foggero.

Magce domine, amice noster charissime. Superiore estate plures a d. vrā accepimus et officiosas lrās, quibus quod hucusq3 non respondimus, non est factum oblivione vel negligentia nrā, sed quod neminem per id tempus habuimus, cui certe lrās dare possemus. Nunc vero occasionem scribendi nacti, d. vrām in primis rogamus ut boni et equi tam diuturnum silencium nrūm consulere velit, deinde illi magnas agimus grās, quod tam amice tamq3 benevolenter de multis rebus que istic et alibi agebantur nos fecerit certiores, in quo tametsi parem gratiam omnino illi referre non potuimus, egimus tamen qntum in nobis fuit, ut negociis d. vre que hic habet opera et patrocinium nostrum non deesset. sicuti id puto eo Georgium Hegel d. vre perscripsisse aut proculdubio perscripturum esse. Sumus autem ea mente et animo prediti erga d. vrām, quod ad omnem operam presto esse velimus opera nrā cuicunq3 necessitati vel negocio illius modo intelligere possemus gratum quid nos illi prestare posse

De Turco et impetu crudelitateq3 illius, quam et in Austria et in Ungaria maximo omnium Christianorum damno perpetravit, singula scribere et longum et non necessarium putamus, cum d. vre non incognita esse putemus omnia que ab illo sunt acta et tentata, at hec qualiacunq3 sint cedunt in perniciem et ignominiam non solius tantummodo Hungarie et Austrie, sed etiam totius orbis Christiani. Cuius summi Principes nisi privatis odiis et simultatibus depositis mutuam concordiam ineant, facile et de reliquis Christianorum Provinciis, actum erit. Verum hec divine clementie committenda sunt cuius proculdubio voluntate et permissu ad vindicanda scelera et hominum prevaricationes aguntur et fiunt. Nos qntum in

nobis est ab deo optimo maximo precari et orare cum clero vre du:
cesis non cessamus vt horum malorum vincentibus nobis finem et exi:
tum bonum submittere dignetur.

Scripsimus in vrbem Romam lras in quibusdam negociis nris quas
in manus d. vre mittimus, eamqz plurimum rogamus. vt illas il:
luc in vrbem transmittere. Doctoriqz Stanislao penitenciario Polo:
no illas dari committere velit. Ceterum vt sumptus ad expeditio:
nem diplomatu illic Rome haberi possit, d vram rogamus vt pre:
nominato Doctori Stanislao penitenciario vel in eius absentia Bar:
tholomeo Cathskowski Polono, ducentos et duodecim aureos nume:
rari faciat, quos nos hic iam factori d vre domino Georgio Hegel
dari et numerari fecimus, et d vre istud beneficium multa grati:
tudine animi prosequemur, quod etiam virissim illi omni beneuo:
lentia et gratificatione amica hic et vbi poterimus, referre cura:
bimus. Valeat optime d. vra, et sit quandiutissime felix et inco:
lumis. Datum Cracovie penultima Octobris. 1529

Sigismundo primo Regi Polonie

Petrus Tomic. Eps Cracouiensis
& Regni Polonie Vicecancellarius.

Sacra Regia Mtas et domine domine clementissime. Post humi:
lem seruitutis et orationum mearum commendationem. Cum attulisset
mihi lras Ossolynski Cubicularius Mtis vre Sermae quibus me de
saluo et incolumi suo ad nos reditu certiorem facere dignata est.
Ingenti gaudio et animi voluptate exultare cepi, tametsi tum adhuc
quitus sum ex morbo languerem. Etenim hoc nunctio gratius in pre:
sens nihil, neqz magis optatum nunctiari mihi potuit. Quare ma:
gnas ago in primis gras Mti vre Sermae, quod me tanti gaudii
per lras compotem facere dignata sit, deinde illi de saluo et incolumi

reditu mirifice gratulor. Postremo etiam cumulatas illi ago et habeo gratias, quod pro sua Regia in me pietate et clementia, declarare dignata sit Maiestas Vestra Serenissima egritudinem meam fore sibi molestam, in qua quod me Maiestas Vestra pie et clementer hortari dignatur, ut mihi constantia animi non desim, prestabo id pro maiori qua in me est facultate et fortitudine virili, modo id quod spero de recuperanda pristina valetudine cito valeam consequi. Et quidem si fuero consequutus Maiestati Vestrae primum eam quam in me declarare dignata est clementiam et liberalitatem Regiam omnibus officiis et servitute diligenti acceptam referre curabo. Quam Maiestatem Vestram simul cum omnibus liberis et Serenissima Coniuge sua semper sanam salvam, felicem et incolumem esse vehementer opto, cuique me et servitutem meam etiam atque etiam suppliciter commendo. Datum

Petrus Tomiczki Episcopus Cracoviensis Vicecancellarius Ioanni Choienski Archidiacono Cracoviensi Secretario regio

Venerabilis domine frater in Christo charissime, Magno nos gaudio et animi leticia affecerunt Maiestatis Regiae et vestrae litere, quibus de reditu suae Maiestatis et vestro nobis scripsistis. Quare simul et agimus gratias, et gratulamur vobis, optamusque ut quemadmodum bonis auspiciis discessistis ita etiam secunda fortuna ad Regnum applicetis. Sitisque omnes cum Maiestate Regia et Reginali liberisque eius domini salvi et incolumes.

Ceterum quod de egritudine nostra perturbatos vos esse scribitis, facitis hoc abundantia quadam amoris et officii vestri erga nos, qui animus et favor erga nos vester, plurimum nos delectat, estque nobis gratissimus. In quo etsi in presentia non possimus, cupimus tamen per occasionem aliquando vobis gratitudine et benevolentia nostra, parem gratiam referre. Bene valeatis, felixque sitis. Datum Cracoviae XVI Novembris. 1529

SIgismundus primus Regi Polonie

Petrus Tomiczki Eps Cracouien & Regni Polonie Vicecancellar.

Sacra Regia Mtas et domine domine clementissime. Post humilem seruitutis et orationum mearum commendationem. Multa quidem hic grauia et indigna propter absentiam Mtis Vre committuntur ac fiunt, et que in maximum cum Mtis Vestre, tum Vniuerse reipublice Regni sui vergunt incommodum. Verum tamen hoc precipui momenti mihi esse videtur, quod plurimi homines et status partim in Slesia, partim in Hungaria, partim vero etiam in Valachia monetam suam ad instar monete Mtis Vestre, et sub eodem signo cudant, fit enim hoc cum non mediocri et Mtis Vestre, et subditorum omnium suorum iniuria ac detrimento. In qua re, quod Mtas Vestra locorum Prefectis et Magistratibus Ciuitatum mandare dignata est, ne vllo ex loco falsam monetam in regnum et dominia sua importari patiantur magnopere mihi vtile presens et necessarium videtur consilium. Verum hoc etiam necessarium et ad rem magis accommodatum videretur, si Mtas Vra litteris datis ad Voiewodam Moldauien, ad Principes Slesie; ac ordines quosque ad quorum scientiam hec iniuria Mtis Vre pertinet, expostulet grauiter cum illis de hoc, atque illos adhortetur, ne in preiudicium Mtis Vre et Regni sui vniuersi monetam falsam vel ipsi cudant vel suis cudere permittant. Ad Serenissimum tamen dnum Regem Ferdinandum precipue in hanc sententiam necessario scribendum fore putarem, Vt omnes quidem, qui sub eius ditione talia committunt in Mtem Vram edicto suo Regio cohibeat. Sed presertim tamen Wratislamien interdicat et interminetur seuerius, qui emulatione quadam et inuidia ducti Regno Mtis Vre insignia semper incommoda struunt et moliuntur Vt suam ipsorum vrbem cum iniuria Mtis Vre ditem et locupletem faciant

Et ista quidem ratione arbitror aliquid proficii posse ne tam audentes fiant falsificatores monetarum M^tis V^re, interea dum huc ad nos illa felix revertitur, Nam cum venerit, puto fore facilius, ut tante rei co: mode et cum omnium consilio intercedatur et provideatur.

Caeterum Ill^mi d^nus Dux Carolus et d^nus Wratislamen Ep^us repetitis viribus apud me, instant ut Magistrum Martinum Dobrogost Conio: natorem veterem apud Ecclesiam dive Marie Crac: illis mittam Cuius opera uti vellent in renovandis ad religionem vera Euangelii predicatione, provincie sue Dominibus. His cum me semel excusarem ob multas rationes me id non posse facere ut eum hominem dimitterem, quinetiam rogarem ne illum ex hac Ciuitate avocent, in qua ille maio: rem partem etatis sue magna sua laude, et publico omnium fructu consumpsit, efficere tamen non potui, ne iterum ob illum me sollicitent, et urgeant. Quare nunc extremum cepi consilium et rescripsi illis M^tem V^ram supplicationibus Civium Crac: adductam mihi mandasse ne eum Concionatorem, qui tot annos hic exegit, quique sua consuetudine et mora diuturna Civium in se studia et animos ita convertit, ut pre: ter se alium nunquam ad id munus querere cogitarent, spe tota in eius hominis perseverantia collocata, quia autem verebar ego ne vel Dux Carolus vel d^nus Ep^us Wratislamen M^tem V^ram denuo hac de causa agrediantur interpellare prescribere id mature M^ti V^re volui, quam enixe rogo, ut si aliquis horum per literas hanc rem agere instituerit, di: gnetur id mandatum suum fuisse agnoscere et confiteri, meque et conciona: torem tueri, ne ex mea diecesi abducatur. Ille enim solus efficit partim authoritate et innocentia vite sue laudata, partim predicatione docta et vere Christiana, quod populus is in tanta advenarum frequentia et eorum maxime qui ad sectam nove heresis sunt proni et aclinati, sit hactenus ab omni mala contagione servatus incolumis, et si hinc quod absit abduceretur, meturerem equidem, ne exorirentur hic alique in popu: lo perniciose et diu damnate hereses. Dificile enim foret alium homi: nem Germanum reperire, qui et ita doctus in religione, et apud po:

pulum gratus existat et acceptus, faciet Mtas Vra rem se dignam et religionis nostre professoribus vehementer gratam et vtilem. ego vero id perpetua fide et seruitute mea illi demereri curabo, qua nunc vna mecum rursus in gratiam Mtis Vre Serenissime suppliciter commendo, felicissimamque esse, et in multos annos incolumem Mtem Vram cum Serenissima Coniuge sua et liberis, vehementer desidero

Bone Sphortie Regine Polonie
Petrus Tomiczki Eps Cracouien
& Regni Polonie Vicecancell.

Sacra Reginalis Mtas et domina domina clementissima. Post humilem seruitutis et orationum mearum commendationem, Cum allatum nuper ad nos esset Mtem Regiam in aduersam valetudinem istic incidisse, consternati erant omnium nostrum pectora dolore animi nihil tamen mihi precipuam quandam attulerat hec res perturbacionem et molestiam, cui nihil in vita iucundius esse potest quam vt Mtas sua optima et diuturna fruatur valetudine, cuique nihil preterea magis orando contendo apud dominum deum, quam vt diutissime nobis et regno et R et incolumis fruatur Mtas sua. Ex eo itaque cum tantopere essem sollicito et perplexo animo, misi hunc meum puerum ad inuisendam Mtis sue et vna Mtis Vre valetudinem, et plurimum ac enixe rogo Mtem Vram vt me de omni Mtis sue statu, plene faciat certiorem, simulque nunciet et perscribat que spes sit habenda felicis Mtatum Vrarum ad nos reditus. Presagit enim mihi animus ita vt proxime etiam scripsi absque Mte Regia nihil in Conuentu publico boni aut vtilis decerni vel statui posse, vnde metuerem ne et respublica detrimentum caperet posset, et Mtas Regia discrimina in posterum omnium rerum curam subeat.

Noui hic in patria nihil est quod ad Mtem Vram digne a me scribi possit, si quid tamen deinceps contingeret, perscribere vbi erit, ad Mtem Vram non negligam. Iterum me et seruitutem meam Mti Vre suppliciter commendo

mendo, quam felicissimam esse et bene cum sereno Coniuge liberisque suis suavissimis sospitem ac incolumem vehementer desidero. Datum in Kielcze die nona Decembris.

Petrus Tomic. Eps Crac. Vicecancell.
Christofero de Szidlovecz Castell. Crac.
Nicolao de Szidlovec Tesaur. Regni

Mag^ce domine, domine et amice honorande. Cum hic essent isti domini militum in terris Russie militantium prefecti, multa verba in hanc sententiam apud me fecerunt, graviter conquerentes, quod non fuerint scilicet illorum emerita stipendia illis dissoluta, cum tamen se dicant scire publicis Conventibus decretis, ita fuisse constitutum, ut milites in Russia duas cum media anni partes serviant, et ex integro stipendium illis exsolvatur, et preterea dicant fore sibi exploratum quod ab omnibus iam Regni incolis contributio fuerit exacta. Cuius quidem rei ratio et ordo, tametsi mihi non satis fuerit cognita, ad eorum tamen me conquestionem et lamenta accommodans, repressi quantum potui illorum animos incensos et exacerbatos verbis mitibus et lenibus, atque adeo etiam sum illos cohortatus, ut firmam spem solutionis habende habeant, neque turbas eas quas verbis pre se ferebant moliantur. Hoc idem ut illis Mag^a vestra cum istic apud eam erunt persuadeat plurimum illam rogo, et amplius etiam operam det quanto maiorem poterit ut eorum stipendia eis dissolvantur, ne et decreta publica videantur esse pessundata et neglecta et illi causam habeant alicuius motus et seditionis in Regno excitandae, quo faciet et vestra rem et illis plurimum gratam, et reipublice magnopere utilem. Cupio felicem esse et optime incolumem M^tem vestram Cuius benivolentie et fraterno amori me plurimum commendo. Datum Crac.

Petrus Tomic. Eps Crac. Vicecancell
Ioanni de Tarnow Palatino Russie
exercituum regni Polonie Capitaneo.

Mag.ce domine frater et consanguinee charissime ac honorande. Reddiderunt mihi heri literas V. M.tis nonnulli Prefecti militum in terris Russie mili-
tantium, quibus declarat V.ra Mag.cia, quantus motus sit inter eos et
eorum commillitones exortus ob nonnullorum ex eis missionem, et quod
aliter cum eis ageretur, quam fuerit in publico regni Conventu constitu-
tum, postulatque a me V.ra M.tas, ut que sit in ea illorum acerbitate si-
stenda mea sententia, eam illi significarem. Ego certe non possum
aliud consulere V.re M.ti quam quod paulo ante consului, ut videlicet
satisfieret decretis publici Conventus, et haberetur ro temporis presentis
et summe contributionum decretarum, que si omnes edite et solute sint
scire non possum, hoc vero affirmare possum, quod prout ex Barala-
rio Notario mag.ci domini Thesaurarii cognovi, ne unus quidem gross.
ex publicis contributionibus secunde et ultime rate in Thesaurum Re-
gium est allatus, spero tamen, quod brevi omnes exactores pecuniam
a se collectam huc afferent aut transmittent, qua stipendia eme-
rita militibus istic militantibus exolventur, quod ut citra moram et
ullam difficultatem fiat scripsi Magnificis dominis Cracovien. et Sando-
mirien. Castellanis, eosque rogavi ut ad hoc curam et operam suam
impendant. Id quod illos non ambigo diligenter esse facturos. Comen-
do me ex animo V.re M.ti et valere illam felicissime desidero. Dat.

Petrus Tomiczki Eps Cracouien
Et Regni Polonie Vicecancellar

Nicolao de Nisczice Capito Plocen

Generose domine amice charissime. In hac aduersa valitudine nostra qua per duos etiam ferme menses continue distinemur, et nusquam de domo pedem efferimus, magna molestia affecti sumus, quod Mtas Reginalis indignatione nescimus ex qua causa aduersum vos concepta, alienauerit vos ab administratione Castri et Capitaneatus Plocen, non attentis meritis vris et parentis vri, ac etiam postbabitis intercessionibus nris quas plures pro vobis diligenter fecimus. Cum vero ita visum est facere sue Mti Reginali que in omnibus actionibus suis constans et immutabilis esse solet, feratis hoc illius factum equo et pacienti animo. siquidem et nos ita fecimus vt debemus. Non videtur autem nobis vt vos resumenum Castro negetis, praetextu non satisfactionis extenuationi septingentorum floren, presertim cum iam anno vno Castrum a Reginali Mte tenueritis, ne ea res pariat vobis aliqua difficultatem et maiorem indignationem Mtis sue Reginalis, quae ob hoc exacerbari aduersum vos posset. Verum potueritis coram eo qui Castrum nouo Capito assignabit meminisse eius summe de qua non est vobis adhuc satisfactum, admonereque illum quo id in memoria sua retineat, et Reginali Mti declaret, rogetque nomine vro, vt vobis et parenti vro satisfactio impendatur. Cum autem non habeatis nunc locum domicilii. Scripsimus Rmo domino Epo Plocen, vt vos in bonis Rozno conseruet, et non dubitamus D. suam Rmam id esse facturam. Bene perpendimus, quod acerba sit vobis ea detrubatio de Capitaneatu, cum tamen fieri aliter non potuit, equo animo vt diximus feratis, nec contra aduersarium vestrum quidquam hostile cogitetis. Habenda est enim vobis ratio in primis status vestri deinde Coniugis et liberorum vrorum. et fortassis dominus deus concedet aliquando vt isipse aduersarius vester dolore et penitudine afficietur, ex hoc quod vos supplantauerit. De nobis

id vobis pollicemur, quod per quamcunque occasionem vobis et fortunis vestris ope et patrocinio nostro prodesse poterimus, id non gravatim semper faciemus.

Ceterum literas quas miseratis ad nos remittimus vobis cum presentibus, optamusque vos bene ac feliciter valere, et iterum atque iterum vos rogamus ut Sanitatem vestram equo animo feratis.

Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell.

Andree Cricio Epo Plocensi: nepoti suo.

Rme in Christo pater et domine, nepos charissime. Declaravit mihi per literas D. Capitaneus Ploczen. summoque id cum dolore et animi molestia, quod Mtas Rgia ipsum officio Capitaneali Ploczen. illum moverit, nulla meritorum suorum ratione habita, neque eius etiam liberalitatis, quam in compensanda summa pecunie que fuit in Capitaneatu ipso Ploczen. inscripta Mti Regie exhibuit. Cuius equidem ego vicem doleo, et fortune compatior, cum propter virtutem suam et merita parentis, tum maxime quod vivente patre certum locum non habeat, in quem cum uxore sua que mihi necessitudine est coniuncta, et tam subito migrare, et commode habitare possit. Quare D. vestram Rmam plurimum rogo ut bonis suis Rozno quibus eum in Epatu suo prefecit non solum eum non privet, sed amplam etiam facultatem habitandi in eis illi tandiu concedat, quoad de fortunis suis aliquo pacto consulatur. Nam hoc facto et mihi plurimum gratificabitur D. vestra Rma, et illum sibi perpetuo devinciet.

Ego adhuc langueo, et animo et corpore, tametsi medicis videar maiore ex parte morbo liberatus, esseque in portu pristine bone valetudinis.

Vienna obsidione Turcorum iam prorsus est soluta. Imperator cum exercitu in Hungariam est regressus, incertum an consilio illic hiber-

versus

nandi vel promouendi vlterius Acies suas, sine etiam abeundi in Ungariam. Nos hic omnes tametsi propter iacturam oppidorum villarum et Castellorum plurimorum qui in Austria Turcus late est depopulatus vehementer fueramus contristati. Nunc tamen rursus de Vienna et noua Ciuitate incolumi seruata magnopere gaudemus et letamur, ego vero insuper cum toto Ecclesiasticorum ordine deo omnipotenti summas perago grās. Supplicoqз illi vt in reliquum tempus vigilanciores et magis inter se concordes faciat esse Christianos Principes, vtqз nos aliqūdo in vita iucundo ocio perfrui patiatur. Bene valeat d. vrā Rma, sitqз semper felix et me mutuo amore et beneuolentia prosequatur. Datum Cracouię feria v. proxīa post festum omnium Sanctorū.

Sigismundo primo Regi Polonię Petrus Tomiczki Eps Crac. Vicecancell.

Sacra Regia Mtas et dn̄e domine clementissime. Veniens huc ad me Miskowski Cubicularius Mtis vrē, lrās mihi ab illa reddidit, quibus impense et suadere et mandare mihi dignatur Mtas vrā, vt propere istuc ad consulendum cum ceteris de publico et Mtis vrē statu veniam, ne viderer meam quietem necessitati reipub. et instituto studiisqз Mtis vrē ante ponere, que tametsi post longam egritudinem quietem sibi necessariam esse intelligat, amplecti tamen illam ante noluit qз respub. consiliis illius et cura diligenti sit in tuto collocata. Quod quidem Mtis vrē consilium quia adhuc cum essem Cracouię fuerat mihi cognitum, vsqз adeo me permouit, vt qзuis tum nimio morbo languerem, continere tamen non potuerim, quin exemplo Mtis vrē in consultationem de salute reipub. deberem descendere: Octauus hic enim agitur dies, qp ego Craco discessi, hoc maxime proposito, vt Piotrcouiam ad excipiendum Mtem vram et ad prestandum illi et publice rei officium meum contenderem. nec sane qp serius istuc venio,

mutatione prime voluntatis mee accidit, sed quod currus onerarii, qui
propter difficultatem itineris promovere non poterant, tantisper me fu-
erant remorati. Nunc tamen cum demum accessit in hoc voluntas et man-
datum Maiestatis Vestre Serenissime ut istuc veniam obtemperabo illi non inmi-
tus, quantumvis eger adhuc et extreme languens: neque enim valetudini et
comodis meis magis indulgere volo quam voluntas et iussa Maiestatis Vestre pa-
ciuntur, pro qua ego non incommoditatem solum itineris et morbi exa-
cerbationem sustinere, sed vitam etiam profundere nunquam recusaverim, qua-
re nil aliud agam nisi equos ex labore paululum reficiam, et res com-
ponam, istucque quanto celerius fieri poterit veniam, nisi forte (quod
nolim) aliquid gravius mihi contingat, propter quod sedi sine peri-
culo vite non possem. Comendo me et servitutem meam in gratiam sacre
Maiestatis Vestre, quam diutissime salvam et felicem cum Serenissima Coniuge
sua et liberis incolumem vehementer opto. Datum in Kielcze die
VIII Decembris.

Petrus Tomiczki Episcopus Cracoviensis Vicecancellarius
Christoforo de Schidlowecz Castellano et Capitaneo
Cracoviensi, Regni Polonie Cancellario.

Magnifice domine, domine et amice honorande. Delectat me quidem expe-
ctatio ista, in qua me esse et apud se, et apud Maiestatem Regiam Magnificentia
Vestra scribit, nam propter hanc solam, sine non venire liceret, ego istuc
si sanus essem venirem libenter, ut fructum tante gratitudinis et cape-
rem, et in presentia acquiescerem. Verum egritudo illa, que dudum me, teste
Magnificentia Vestra, affligit, augeri indies mihi videtur, non patitur me mihi per-
suadere, ut meus istuc adventus vel utilis, vel necessarius quamvis gratus
esse possit. Et quoniam ita est humanitus comparatum ut si veli-
mus officiosi et obsequentes esse, non id faciamus quod conducit nobis,
sed quod vel amicis videtur vel Principi libet, adversari amplius de
veniendo istuc Magnificentie Vestre et mandato Regie Maiestatis nolo; tametsi con-

stanti, eram quoque in hoc hactenus voluntate, ut discedens Crac(oviam)
M. V(est)rae me facturum receperam: nisi quod currus oneratos post terga
relicti promovere iter huiusque non sivissent. Nonetamen rursus
et Mag(nificenti)ae V(est)rae et Reg(iae) M(aies)t(a)tis litteris, quae ex opera Mag(nificenti)ae V(est)rae scriptae
sunt provocatus, alacriore quo potero animo iter suscipiam, et quam
celerius potero istuc veniam, modo et difficultatem itineris, et morbi
molestiam sustinendi adsit vel difficultas, vel potestas. Commendo
me amori et benevolentiae Mag(nificenti)ae V(est)rae, quam felicissimam esse, et
per multum tempus cum suis omnibus bene salvam et incolumem
vehementer opto. Ex Kielcze die VIII Decembr(is)
Anno domini M° D° XX 1X°.





Gasztold Wdy Kanclerz od Bony w Sądzie litewskim. 860 refutatio 863.

O Monecie złotey 53.

Hieronim Łaski Wda Sieradz. 69, 199. 238. 311. 312. 313. 423. 426. 441. 762. 767. 882.

Do Herbersteyna 93

Gritti. 214

Jan Bisk. Upsalski 236.

Ważne i mnogie listy Krzyckiego i Tomickiego

Rok 1529. 637

Unia Mazowsza. 660

Do Litwinów. 693. 714. 756. 788. 789

Wspomn przeciwko Austryi 890. 893.

Въ рукописи четыреста тридцать шесть (436) листовъ.

1897 IX/13.

IX/13 97

